

M.S. in 4.° pergamino con 429. hojas

Commentaria legalia 1664.

Rotulata

Relationes Canonicae.

Commentaria ad celebrem tit. de probationibus.



Autore.
D. D. Eusebio Falcó.
Sta. Metropolitanae Ecclesiae Praeposito dignissimo.

Iuris Canonici in eximia Valentina schola, publico, primarioque Antecessore.

Scripsit D. Joannes Baptª. de la Torre, et Orumbella

a die 22. Octobris anno 1663. usque ad diem anni 1664.

Ad titulum celebrem de probationibus.

Autore D. D. Eusebio Fralc[?]

Primario Iuris Canonici

Antecessore.

Commentaria ad celebrem tit. et in ore omnium scholę et foro accomodatissimum de probationibus extra in capita distributa quibus omnia Pontificia decreta titulo conformia, et non aliis rubricis coherentia solemni recitatione proponuntur enucleata.

Huius tituli utilitas commendatione non indiget ipse enim se ostendit, quibus verbis Ulpianus commendat tit. de in integrum restitutione in l. 1. ff. eod. et quia hęc res difficilis, quotidiana, et frequens plenius ut antecedentibus litteratis tractationibus feci eam elucidare decrevi I. C.ti Pauli sententia ductus in l. 25. ff. de liberatione legata: ibi. Plenius rogo quę ad hęc spectant attingas quotidiana enim sunt. Capitulus igitur discretis recto rationis, et consecutionis ordo expositis tanquam in propria mensura famigerabilis hic collationis probationum tractatus continebitur. et antequam ad vastum huius materię pelagus descendamus aliqua

quæ prævia, et proæmialia refferre necesse est argumento textus in l. 1. §. 1. ff. de confirmando tutore, ubi docet Hermogenianus, quod si quæratur an ex inquisitione recte datus sit tutor quatuor antecedentia pro decissione quæstionis consideranda esse an debuerit qui dare potuit, an acceperit cui quærat dandus, et is datur cuius dandi facultas erat, et pro Tribunali decretum interpositum quæ demonstrabunt immediata capita sequentia, sine ambagibus, sua-dentia spectantia ad hunc titulum pro futura, non solum scholæ, sed foro, nam simulatam, et scelebrinam Iudico Iuris prudentiam is duabus conditionibus, et circunstantiis non constantem hac ratione Fabius lib. 2. institut. oratoriar. cap. 10. scholæ materias, quam simillimas veritati forensi, et Iuditiorum legitime excercitationi octavã alias enim Iuventutis Civilis, et canonica educatio in fabulosum excersitium, et notum deliramentum resolvitur eodem contextu risu, et lachrymis dignum hac ergo designatione studiosè interpretationes ad epistolas Decretales rubricæ conformes, et non vagantes societatem artificialem accipient cum I. Ctorum responsis et Imperatorum sanctionibus, quia peculiare munus perfecti Iuris periti est hæc duo examina componere, et exponere, ita ex postulante publica utilitate iuxta traddita Rebufo de nominationibus quæst. 5 nº. 17. ubi Cic. ab eo relatus hæc habet. Nudos ad gerendam rempublicam convenire, qui solum habent legalem scientiam, nisi Ius Pontificium noverint, quod est coniunctum.



Probationis quid nominis, rei, et effectus caput I.

Probationis quid nominis, rei, et effectus cap. 1.

1 Verbum probare latissimam significationem continere nemo est qui nesciat, in frequentiori, et vulgaro usu stimatur pro eo quod est dubium, et obscurum certum reddere, et efficere l. 9. et 10. ff. qui satisdare cogantur l. 7. §. non solum ff. de minoribus cum alijs adductis a Brisonio de verbis Juris verbo probare in qua acceptione probatio non est dissimilis argumento hac ratione invento, ut rei dubiae probabilem fidem faciat, ut ex sententia Cic. et Quintiliani docet Brisonius ubi sup. verbo argumentum l. generaliter C. de non numerata pecunia l. sicut C. de fide instrumentorum conferunt textus in l. 3. §. eiusdem ff. de testibus l. 5. §. a barbaris ff. de re militari l. 1. §. idem Cornelio ff. de quaestionibus cum similibus de qua re late in cap. seq. ubi de probationis divisione pertractabitur.

2 Probatio ergo derivat a verbo probo non ita quod probe faciat qui probat nam hoc nimiam generalitatem continet, et tam late patet quam patet communis hominum societas, sed q. efficit ut probus, ac rectus, nec calumniose, aut improbe consistere Judicet quod intendit Donel. Autor damnatus lib. 25. commentar. cap. 1. ubi Osuald. pariter damnatis litt. B. Joannes Calvinus in Lexicon Juris verbo probare. Hinc litigantes probando efficiunt, ut Judex id probum judicet, quod ipsi approbatum volunt et ad ipsos, et non ad Judicem verbum probare apud J. Ctos cavetur relatum nam solis tribuitur litiganti-

bus

quorum potissimum interest probationes fieri quibus omittenda est derivatio probationis a probe tradita ab Hostiensi in summa ad h.t. relato a Mascardo de probationibus q.e 3. n.o 1. Hac ratione Vinnius in processu Iuditiali disp. 15. thesi 1. n.o 1. docet dubium non esse probationem a probo descendere nempe quod probaturus id agat, ut quod intendit Iudicii probum, rectum ve ostendat. Duarenus ad tit. ff. de probationibus-

3.

Hinc sub tit. C. de probationibus, et alibi passim pro verbo probare usurpata leguntur verba haec, docere aliquid factum esse. L. Doce, C. de rei vindicatione L. cum res L. sive C. de prob. L. 6. L. 4. L. 19. ff. de prob. item ostendere quod dicitur L. matrem L. ad probationem La primera C. eod. item monstrare L. si de possessione L. actor C. h.t. Quippe docendo fit ut res intelligatur, et cognoscatur quod probatione efficitur, et ostendendo, et monstrando res videtur, et cernitur quae prius erat obscura, ex illius demonstratio probationi debetur quo illi grati D. Doctor. qua probare dicunt Iuris intentionem implere, seu implere quod dicitur in L. 1. C. de probat. L. 19. ff. eod. orationem dedisse videtur triplici ratione 1a q.a implere quoque significat perficere et consumare L. 5. ff. mandati L. 7. ff. de usucapionibus. 2a q.a intentio impleri dicitur cum id quod asseritur fit planum ostenditur, et demonstratur translatione ducta a viis inequalibus, quae dum foveae implentur planae fiunt Ovial. ad Donel. ubi sup. Litt. D. 3a ratio est quia intentio in Iuditio ex duobus constat ex dicto scilicet, et dicti probatione, et haec res tunc perfecta, et impleta existimatur si non dictum solum sit sed etiam probatum nam dictum non probatum pro eo haber ac si dictum non esset vulgata Lege qui accusare C. de edendo cum similibus,

3.

Conferunt ter. in l. 19. l. 23. ff. probation – l. 14. ff. de inofficioso testamento l. 14. ff. ad Turpilianum l. 1. C. de conditione ob turpem causa l. 3. C. de non numerata pecunia.

4. Probare in genere exaudit quod eo quod est dubium et obscurum certum reddere supra relatis iuribus, et fidem alicui facere l. 12. et passim toto tit. ff. et C. de probat. Huisembechius in paratit. ad hunc tit. Mascardus de probat. q. 2. a n. 17. Robertus lib. 4. sententiar. Hieronimus Treulerius Autor damnatus sed cum expurgatione permissus selectarum disputationum volumine 2. non est hic ommittendum aliquando probare accipi pro laudare Cic. in Catone maiori Mascardus ubique pro agnoscere, et suscipere nomen, eoque ut bono contentum esse l. 36. §. fin. ff. ad Municipalem. Probare etiam dicitur quod tanquam a lege dictum a factum ac probatum l. 26. l. 38. l. ult. ff. locati l. 7. §. illud quoque ff. ad leg. Iuliam repetund. Frontinus l. 11. de aquae ductu probata etiam sarta tecta dicuntur, nam cum ex lege id est pactionis redemptione pacta esse iudicata sunt l. 7. §. 1. ff. ad leg. Iulia repetund. l. oñis §. et l. ult. ff. locati et haec de latitudine, etymologia et derivatione probationis sufficiant alias acceptiones videre licet apud Brison. et Pratëum de verbis Iuris verbo probare, et noviter apud Ioannem Calvinum in Lexicon Iuris verbo probare cum seqq.

5. Probationis diffinitiones variae ab interpretibus adferuntur, ut videre est apud Mascardum de probationibus q. 2. Huisembequius in paratit. ad tit. ff. de probationibus Duaren. ibi: cap. 2. et lib. 1. Disput. cap. 27. Florianum ad tit. C. de probation. Ioannem Vanagel in summa Honorii in princ. n. 1. Osualdus ad Donel. lib. 25. commentarior. cap. 1.

Valent

Valenti ad h. t. Trealterius scelectar. Disputat. volumine 2. disp. 1. thes. 1. Peresium in C. ad h. t. N.° 2. ortiensis in summa h. t. N.° 1. Ezquerram ad rubricam C. de probat. n.° 2. et seqq. omnissis pluribus probationis diffinibus, et ab scribentibus relatis, et traditis sic valet essentialis probationis formalitas demonstrari rei dubiae legitime facta ostensio.

Rei appellationem latissimam esse prima Iuris elementa docent l. 5. et 25. ff. de V. S. comprehendere q. in patrimonio existentia, vel extra relatis Iuribus, quia generali appellatione, et tota rei, et pars eius continentur l. 2. ff. de Iureiurando l. 4. §. 1. ff. de damno infecto l. 3. §. 1. de fundo dotali. actiones etiam comprehendunt quibus persequimur q. nobis abest l. 35. de oblig. et action. l. 11. ff. de reb. authorit. Iud. possiden. et generaliter latitudine sua continet rei appellatio omnia vero mobilia corporalia, et incorporalia l. 1. ff. de rei vindic. l. 1. in fi. de reb. creditis l. 3. ff. de condict. triticar. cum adductis a Valentia lib. 2. illustr. trac. 8. cap. 1. n. 1. et in omni comprehendit omnia quaecunque sub probatione cadere possunt. Mascard. de probat. q. 2. n. 13.

Unde consequenter probatio referatur ad id quod in Iudicio controversum est sequitur annotare rei appellatione aliquando comprehendi litem, causam seu controversiam l. Papinianus 8. §. si quis post rem ff. de inofficioso testamento l. 3. §. in hac ff. commodati l. si fine 21. §. Marcellus et in rubrica ipso ff. rem ratam haberi l. Mela 14. ff. de alimentis, et cibariis legatis. illustrant post Iasonem ad tit. ff. de re iudicata Durel. lib. 2. comment. cap. 6. ubi Thigerius lit. B. Hotomanus de verbis Iuris verbo res et lib. 5. antiquitatum

5.

6.

cap. 12. Cuiac. ad tit. ff. de in integrum restitutione, Brisonius lib. 5. de formulis pag. 413. Val.^a illustri. lib. 2. trac. 2. cap. 1. Pichard. in manuductionib. ad praxim 2. p.^te in praeludiis § 2. n.^o 3.

7. Rei dubia debet esse probatio q.^a notoria non indigent probatione cap. evidentia de accusationibus cap. de manifesta 2. quaest. 1. l. si vero § quin pro rei ff. qui satisdare cogantur l. emptorem ff. de actionibus empti l. 1. § adeo ff. de dote praelegata Lelius Mancinus Iuris sacri controversia ad h. t. disceptat. 4. n.^o 8. Nam vulgare est notorium ab onere probandi relevare non ab onere proponendi cum distinct. tradita a Minsingero lib. 6. observat. cap. 3. ex quibus deducit quod cum res quae asseritur per negationem dubia reddatur l. plures ff. de fide instrumentorum l. 3. ff. quibus proclamare non licet a libertate cap. si clericus de foro competenti cum vulgatis probatio ad id quod negatur terminetur non vero ad notoria extendatur. relatis Iuribus et scribentes in cap. vestra de accusationibus cap. ad nostram de iure iurando.

8. Dicit. probatio ostensio q.^r illud quod obscurum et dubium erat, licet in sua causalitate certum docet, et demonstrat l. 3. § 1. ff. ad exhibendum l. 2. § 1. ff. de doli mali, et metus exceptione l. 34. § Gaius ff. de legat. 2. l. 16. § ult. ff. de manumissis vindicta l. 24. § ult. ff. de fideicommissariis libertatibus cum adductis a Brisonio de verborum significatione verbo ostendere. ex quibus deducit probationem debere esse certam et claram cap. in praesentia 8. h. t. et praecipue in criminalibus l. fin. C. de probationibus cap. sciat 2. q.^e 6. illa namque

quae

quæ probari et ostendi nequeunt pro non gestis
neq. existentibus habentur l. 77. ff. de contrahen-
da emptione l. 17. in fine ff. de in diem adiectione
l. 30. ff. de testamentaria tutela cum similibus
hac ratione describunt imperatores restituendum
esse militi quod evitandi tyrocinij causa dederat
in l. 3. C. de conditione ob turpem causam quæ mi-
litibus militari singulo concedebat immunitatem
a taxationis onere de quo in tit. C. de tyronibus lib.
12.

et non absolute procedebat rei datæ restitutio, nisi apud
competentem iudicem datum de quo quæreret indu-
bia probationis luce constiterit l. 3. C. de conditione
ob turpem causam de cuius interpretatione Perezius
in prælectionib. ad tit. C. de condictione ob turpem cau-
sam, et ad tit. C. de tyronibus lib. 12. n.° 3. quibus ad-
denda tradita a Surdo consil. 5. n.° 46. 113. n.° 13. et
137. n.° 4, Dalganeto de conditionibus p.te 2. cap. 1. q.e
92. n.° 5. Cæsare Angelo de legitimo contradictore,
q.e 15. n.° 107. Rota apud Farinacium decis. 127. tho. 1.
n.° 7. Barbosa in l. si quis intentione n.° 38. cum
segq. ff. de iudicijs Gratiano forensium to. 1. cap.
144. n.° 21. cum segq. Rota Romana apud Serafinum
decis. 1103. n.° 2. Rizio in praxi resolutione 68.
n.° 2. in secunda editione Farinacio de oppositione
contradicta testium q.e 68. n.° 1.

Ex his descendit probationem tributi non sufficere ad probandum quem esse subditum quippe hæc 9.
ostensio aliqua incertitudine laborat quia tributi
prestatio aliud designare potest quam subiectionem
cap. 8. de privilegijs cap. preterea C. cap. quanto in
fine de censibus nam ex solutione annui census non
inducit subiectio, aut exemptio a iurisdictione iudicis

ordinarij d. cap. ex. de privilegijs; q.a solutio potest contingere ratione protectionis cap. ex parte 10. de privilegijs, et non probat hoc esse quod ab hoc contingit abesse cap. tuae in fine de sponsalibus l. neque natales C. de probationibus cap. inter corporalia 2. vers.o sicut alter de translatione episcopi bene ita glossa verbo nullus cap. in presentia 8. vers.o ult. h.t. § 4. C. unde liberi. Exornant pluribus pro explicatione huius regulae non vulgariter congestis Mascardus de probation. conclusione 671. n.o 11. Surdus concil. 5. n.o 46. Valenzuela concil. 110. n.o 20. Mola in emporio tit. 11. in preludio n.o 53. et alij adducti a Don Josepho Vela dissertationum Iuris p.te 1. dissertat. 3. n.o 85. His iungenda tradita a Cyriaco controversiarum controversia 360. n.o 61. et 263. n.o 11. 250. n.o 21., 395. n.o 20., 344. n.o 42. et 219. n.o 45. Rota decis. 380. n.o 10. p.te 5. recentiorum. Decio ad tex. in cap. in presentia h.t. n.o 58. et 62. noviter pijssimo, ac doctissimo viro Prospero Fagnano ad tex. in d. cap. in presentia h.t. a n.o 14. cum seqq. Qui Auctores omninò consulendi sunt pro varietate casuum qui ex tradita doctrina Civilem, et Canonicam accipiunt decisionem.

10. Ex re fata ostensio in qua probatis conditio consistit non absolute debet fieri, sed legitime, id est modis, et circumstantijs a Iure desideratis quibus sufficienter demonstratur ostensionem, et fidem faciendam Iudici l. 3. § 1. ff. de testibus l. 11. ff. de probationibus elegans tex. in l. 3. C. de condictione ob turpem causam, nam illius officij precipuum est probationes agnoscere q.a ut rite Iuditiorum ordo servetur Iudex de re de qua Iuditium daturus est certus esse debet, ut deditas appareat cap. Iudicantem 30. q.e 5. l. Iudices C. de Iuditijs quidquid enim in Iuditijs deducitur de eo ante statui nequit quam si probatum sit, et nisi probet is cuius

ius interest probare vinci debet, et adversarius, et si nil prestiterit liberali l.4. C. de edendo l.9. C. de obligationibus, et actionibus l.2. C. h.t. l.ult. C. de rei vindicatione illustrat Socinus Senior concil. 11. n.º 6. Ygas concil. 40. n.º 10. et alij adducti a Syriaco controversiar. controv. 119. n.º 83. Treulerius selectar. disputat. volumine 2. disputat. 4. thesi 1. et disputat. 23. thesi 3. et ibi adducti Lit. C.

Iudicii ergo in probatione Iuditiali liquere debet quod in Iuditium deductum proponitur qua ratione Iure Romano Iudices sepe in lite obscura, et dubia si constat pronunciare solitos, Amplius deliberandum, vel non Liquere eo q.to casu ad deliberandum spatium dabatur l. Pomponius 13. § ult. ff. de receptis arbitris alij d.to iurasse absolute, rem sibi non liqueret l. 27. §. ult in fine ff. de liberali causa, et q.d non Ius quod semper in thesi est certum licet in hypotesi dubium, et in certum reddatur sed probatio deffuebat l. 30. ff. de testam. tut. a necessitate Iudicandi in hac specie liberari Iudicem docet tex. in l. Pomponius 36. ff. de re Iudicata Iuncta l. ubi 22. C. ad leg. Cornelias de sicarijs. Hac formula veniunt explicanda Iura obscura non satis, ut vulgo notat in l. et siquis 14. § sed interdum vers.º quod si Iudici; ibi: Quod si Iudici liqueat non debet eum qui convenit absolvere ff. de religiosis, et sumptibus funerum l. 7. § 2. ibi: ut Tubero parum sibi Liquere ait ff. de supelectili legata ¶. Consentiunt Donel. lib. 26. commentarior. cap. 1. et ibi Osvald. lit. [illegible] Richardus in manuductionibus ad praxim 2. p.te in preludijs n.º 15. Valensia trac. 2. cap. 11. n.º 15. Cuiac. lib. 6. observat. cap. 27. Sarrea devissione granatensi 39. n.º 35. Budeus in annotationibus prioribus ad leg. 2. ff. si quis cautionibus Pancirola lib. 2. thesauri cap. 33.

11.

12. Quibus consequens est asserere quod cum illa verba: amplius non deliberandum: l. nondum siquere non sint damnantis, sed dubitantis, ut tenet Seneca lib. 1. controvers. 3. Iudex illis verbis non pronuntiat, nec litem iudicat, nec controversiae finem componit ob defectum ostensionis rei dubiae, quae necessarium in Iudicijs debet Iudici liquide constare. cap. Iudicantes 3. quaest. 5. l. Iudices C. de Iudicijs l. 3. § 1. ff. de testib. l. fi. C. de sententijs, quae sine certa quantitate &c.

13. Sed superioribus docemur tot probationem esse rei dubiae ostensionem, obstare videtur. Nam probatio potest etiam esse rei non dubiae, sed saepe argui text. in l. 9. § 4. ff. finium regundor. Baldus in l. 3. ad l. Aquil. cuius veritatem nec ipse Iudex ignorat Respondetur illam non esse proprie probationem, sed potius probationis exclusionem, quia notoria non indigent demonstratione, eo quod sint ipsa notorietate probata cap. de manifesta de accusationibus. Wesembec. ad h. t. n. ..

14. 2.° et melius Respondetur quod quamvis res certa sit, et Iudici quoad conscientiam privatam sua certitudine nota, dubia, et incerta haberi debet supposita adversarij negatione l. Iudices ff. de fide instrum. l. 8. quib. proclamare non lic. ad liber. et similib. quia Iudicis privata scientia non attendit, qui considerat ut persona publica l. 12. ff. de Iudicijs l. 13. § fi. eod. l. seq. ff. ad Trebel. cuius conscientia informari debet exactis, et probatis cap. qualiter, et quando § ad corrigendos in fi. de accusationib. cap. 3. vers. decendas de simonia l. 16 ff. communi dividundo l. ult. C. de fideicommissar. libert. bonus tex. in l. Bebrius Miridius ff. de pactis dotal. arg. tex. in d. cap. cum dilectus de fide instr. l. illicitas § veritas ff. de officio Praesidis. Treuler. selectar. disput. Disp. 23. thesi 3. Et illud quod scit, ut privatus nec dicat, ut Iudex non scire, sed ignorare intelligitur ~~...~~

q.a ad n.

nihil deest.

q.ᵗ non deducat, nec et privatus in juditio velari Juribus Larrea decis. granaten. 42. nº. 46. et in hoc sensu potest dici rei certe, et Judici notæ posse dari probationem. e re est elegans decisio tex. in cap. 2. de offitio ordinarij. ibi. q.ª non ut Judex scit Videndi Panormitanus, et Barbosa in d. cap. 2. Ex his petenda est ratio decidendi ad celebrem, et ancipitem questionem, qualiter Judex ex actis Jus dicere debeat adversus ea que privatim cognoscit. De qua re, late et docte Covarruvias lib. 1. variar. cap. 1. per totum, et noviter Paresius ad tit. C. de oficio Rectoris Provinciæ a nº. 8. Lelius Maricinius Juris sacri consult. ad h. tit. dissertatione 4. cap. 17.

Dicit etiam in diffinitione legitime facta ostensio nulla habita mentione expressa Judicij, ut in diffinitione tradita a Vallensi in pnti, et et ut Vuesimbequio in paratit. ad h. t. q.ª sufficienter eo ipso; quod legitime fiat, intelligitur respectus ad Judicem L. 3. §. 1. ff. de testibus L. 11. ff. de probationibus cap. ex litteris 3. h. t. L. 1. bunetta L. 3. C. de condictione ob turpem causam L. 1. C. de rebus alienis non alienandis cum similibus Mascardus de probationibus lib. 1. quest.ᵉ 5. anº. 22. et alij adducti a Barbosa in d. cap. 3. quod adeo verum est, ut instrumentorum productio debeat coram Judice fieri, ut non sufficiat coram Notario, et testibus exhiberi, argumento tex. in l. adoptio ff. de adoptionibus tex. in cap. accepimus cap. contingit. ubi glosa et Felinus de fide instrumentorum Covarruvias lib. 1. variar. cap. 1. nº. 5. et practicarum cap. 20. nº. 6. vers.ᵒ instrumenta. 15

Vocat ex alio capite probatio legitima ostensio sine demonstratione Judicij, ut comprehendat 16

extra Iuditiali probatio in definitione nostra illa scilicet, que fit ad perpetuam rei memoriam, que vera probatio est autentica sed etsi quis C. de testibus capitis §. 1. vt lite non contestata, fit pariter legitima ostensio; quando modis idoneis a Iure desideratis verum esse id, quod dicit, ostenditur argumento tex. in L. 17. C. de probationibus, Iuncto ottualdo ad Donel. lib. 25. commentar. cap. 1. lit. C. modi sunt expressi a Divo Isidoro in cap. forus de V. S. et passim in hoc tit. et de testibus, presumptionibus, et fide instrumentorum. Qua de re in cap. seq. Solet hic queri, an detur probatio in genere; de qua re, vt ne immoremur in re inpertinenti consulendus Lelius Mancius Iuris sacri controversi ad h. t. disertatione 4. cap. 2.

17. Certissimum in probatione requiritur iuxta relata in superioribus, vt sit liquida, et certa rei liquide ostensio, et preter iura ibi addicta fulcit hoc principium ex tex. in cap. in pntis h. t. L. 6. ff. de probat. L. 3. §. 4. ff. de suspectis tutoribus L. 17. ff. de manumissis testamento L. 2. C. de in litem iurando L. 19. C. de rei vindicatione L. 4. in fine C. de contrahenda stipulatione L. 10. 13. et 17. C. h. t. Menochius de presumptionibus lib. 1. quest. 97. n. 27. Treutlerius selectar. disputat. volumine 2. disput. 4. thesi 7. Vnde illud omne, quod in iudicium deductum est, et controversia, et negatione fit dubium debet comprehendere probatio, vt legitima, et liquida sit rei dubie ostensio; vt patet exemplo liberti alienantis in fraudem Patroni, cuius alienationis revocationi est locus; quando simul probatur rem alienatam fuisse dolo, et fraude; quia qui alterum tantum probat nil agit argumento tex. in L. 6. L. 1. §. alienatio ff. si

quid

quid in fraudem patroni, aliud exemplum petendum
est a Quarino ad h. t.

Sequitur, ut de probationis effectu agat. Effectus
igitur probationis est, veritatis factorum, victorem q.
fidem Judici facere l. quinquaginta ff. h. t. non 18.
adversario l. inter stipulantem §. 1. de V. O. l. 1.
juncta l. 3. C. de condictione ob turpem causam l. 1. ff.
quando dies legatorum l. si quem C. de testibus capite
statutum §. cum vero de rescriptis in 6. cap. in
nostra cap. ex hereditate de testibus. Ut secundum eam,
si sufficiens sit, pro ad allegante pronunciet Judex
l. argentarius 10. §. fin. ubi Bartol. et Doctores
ff. de edendo l. 2. 5. et 9. C. de rei vindicat.
l. 17. l. 25. §. 3. et 4. ff. de probat. l. 11. 12. 16. et to-
to tit. C. eod. Treuler. select. disput. volumine 2.
~~3. et~~ thesi 8. Valensi in paratit. ad h. t. Calvinus 20
in Lexicon Juris verb. probationes alioquin tan-
quam litem faciet suam, nam in id, quod litigatoris
interest condemnabitur l. 10. in fine ff. de edendo,
quod si pares sint probationes authoris, et rei
pro reo tanquam favorabilior pronunciabit cap. ex litteris 3. h.
t. l. 125. ff. de R. J. conferunt quae frequenter ab interpretibus
notantur in cap. fi. de re Judicata, et tradita a Val.o illustr. lib.
2. trac. 2. cap. 12. n.o 12. alias pro illo debet sententiam
ferre Judex, qui melius, et magis sufficienter probave-
rit. cap. licet. §. ex promissi h. tit.

Cum probatio sit rei dubiae ostensio, et Judicij sub- 19.
stantia l. Judices C. de iudicijs l. ex stipulatione C. de sen-
tentijs, et interlocutionibus omnium judicum cum vulgatis
Fulvius Pacianus de probat. lib. 1. cap. 3. n.o 29. et cap. 5.
n.o 5. Vanagerius de exception. cap. 2. n.o 2. Treuler. se-
lectar. disput. volum. 2. thesi 1. et iudicium secum melio-

res iurisprudentia, nō a citatione, sed à litis contestatione incipit elegans tex. in l. amplius ff. rē rata haberi, fundatis traditis a Lelio Mancino Iuris sacri controvers. in rub. de iudicijs dissertat. 3. cap. 6. hinc ante litis contestationem in actoris possessione, et rei responsione contingente cap. vnic. de litis contest.^a in 6. cap. 1. et 2. h. t. in 6. l. vnic. Cod. de litis contestat.^e Donel. lib. 24. cap. 1. et lib. 19. cap. 8. Pichard. in §. omnium instit. de action. probatio nec proponenda, nec ammittenda est. cap. 1. vt lite nō contestato l. eff.^a cap. vnic. de litis contestat.^e cap. dudum 54. de electione cap. cum causa v.° iudices de appellationib. Mascard. de probation. [illegible] 683. et 1367. Hilligerus ad Donel. lib. 2. cap. 1. lit. e. Petrus Gregor. lib. 48. syntagm. cap. 8. in fi. quib. adde Treuler. Select. disp. volum. 2. thesi 6.

20. Quod dixit deum probanda prone ante litis contestationem nō verificat in exception. delatoriis, et peremptorijs quoque privilegiatis l. 52. vbi Bartol. ff. de iudicijs. Perecius ad tit. C. de probat. n.° 7. l. 13. C. de exception. novel. 53. cap. 3. l. 13. et 24. C. de procurator. §. 10. et 11. instit. de exception. sunt enim similes exceptiones de differendo iudicio, eiusque constitutione, impediunt Cuiac. lib. 9. observ. cap. 13. 18. et 24. Huesemberg. in paratit. ad tit. de exception. n.° 7. nam litis ingressus obstant initio, et statim monstrari debent cap. 1. et 2. vbi Doctores de litis contestatione in 6. l. 23. §. 3. de condict.^e indebiti l. 9. C. de longi temporis praescriptione. cap. inter monasterium 28. de re iudicata cap. cum causa 61. de appellat. nisi post litis contestationem, aut elapsum tempus ortae fuerint, aut ad scientiam suam tunc pervenisse iureiurando affirmet reus cap. Pastoralis 4. de exception. vel talis exceptio sit

tio sit, quæ retro actum processum, reddat nullum, vt est exceptio, quæ arguit mandati, vel iurisdictionis defectum cap. cum venerabilis versi. liceat autem de exception. cap. in nostra de Procuratoribus.

Possunt etiam probationes fieri, et testes recipi ante litis contestationem, quando ex mora periculum imminet, ne pereat probationum copia; vt habet in cap. cum dilectus vers. nosi- 21.
giæ de confirmatione vtili, vel inutili. cap. quoniam fre-
quenter vt lite non contestata cap. significaui. cap. Albertus
Miles de testibus, nam Magistratus est curare, vt vnicuique sit
salua verum probatio l. 22. de testib. huic probationis conser-
uandæ causæ in l. Aquilia, si deletum chyrographum esse di-
catur, in quo pecunia sub conditione debita promittebat. et
testibus hic probari possit, qui non existere possunt eo tempore,
quo conditio extitit, statim vlla lite contestata recipiunt testes,
et summatis re exposita non statim condemnationis ex actio com-
petit, sed cum debiti conditio extiterit: et si defecerit, condem-
natio nullas vires habebit. elegans est responsum Pauli
in l. 40. ff. ad l. Aquil. quo iure in l. Aquilia habet ra-
tio damni præteriti, scilicet tabularum, et futuri; quod con-
nexam rationem habet cum præterito: qua ratione non pug-
nat cum l. 29. §. item Labeo ff. eod. videndum Suarez ad
l. Aquil. lib. 2. cap. 4. n. 23. confert tex. in l. quidam 32. de furtis.

Probationis distributio.

cap. 2um.

Ab omnibus interpretibus illa communiter approbatam, et accep- 1.
tam agnoscimus probationis distributionem, quam vno ore

2.

tradidere Oratores. Arist. lib. 1. rethoric. Cicero in topicis, et lib. 2. de Oratore. Quintil. lib. 5. institutionum cap. 8. scilicet Vt probatio alia sit artificialis, inartificialis alia. Sequunt hanc probationis divisionem Zuwcembequius in paratit. ad tit. ff. de probation. Valentia ad h. tit. §. 2. Fulvius Pacian. de probat. ~~Valentia ad h. tit.~~ lib. 1. cap. 4. Duaren. lib. 1. disp. cap. 17. Aelius Mancinus Iuris sacri controversi ad tit. de probat. dissertat. 4. cap. 5. Treuler. select. disp. volum. 2. thesi. 2. Calvinus in lexicon Iuris verb. probationes Donel. cap. 5. de probat. Menoch. de praesumpt. lib. 1. q. 601. n. 6. cum seqq. Artificialis probatio est quae ratiosin actione I.C.ti, sive advocati colligit ex eo, dicta quod parte enuat. Inartificialis, quae protinus vel ipsas sine ullo discursu, sive ratiocinatione demonstrat, ex eo dicta quod nec arte sumat, nec ex arte tractet, ad eamque in adveniendam ars nihil prodest ita relati a Calvino in lexicon Iuris verbo probationes. Artificialis quod est a I.C.to, vel Oratore desumpta ita supra laudati inartificialis a litigantibus, illa in argumentis sistit, haec in testimoniis, et instrumentis, et quamvis argumenti appellatio generalius pro omni probationis genere accipiat l. generaliter C. de non numerata pecunia l. sicut C. de fide instrum. ea tamen probatio sibi facit proprias appellationes, vt argumenta ea tantum dicant, quae ex ratione exordiunt cap. forus de V. sign. hinc Cicero relatus a Calvino vbi prox. argumentum dicit probabile inventum ad faciendam fidem conferunt tex. in l. qui filium 74. ff. ad Trebel. l. si is qui ff. de Publiciana in rem act. l. in omnes §. a Barbaris ff. de re militari: Cetera sunt

Cætera sunt, et dicunt testimonia, quæ propriã et peculiarẽ sibi fecerunt probationis appellationẽ. Tellius Mancinus Iuris Sacri controversi ad h. tit. dissert. 4. cap. 3.

Hinc Isidorus in cap. forus de V. Sign. omnes causas argumento ~~continere debere~~, et probatione constare debere, non quod arguta non probetur. Nã asserit argumentũ sola investigatione adinvenisse veritatẽ, ut cavetur in d. cap. forus ibi: sed sola investigatione etc. sed quod testibus, et tabulis, quæ ipsa individua testimoniorum appellatione comprehendunt. Sine ullo circuitu probet argumentũ per circuitus, et oblique. Unde Isidorus non voluit excludere arguta, sed comprehendere utramq. probationes artificiales scilicet, et inartificiales. Tellius Mancinus ubi sup. cap. 1. et 3. Lato igitur argumentorũ ambitu, non minus testimonia absq. instrumenta, quæ rei dubiæ fidem faciunt, quam cæteræ probationes continent. Cap. inter quatuor de Clericis peregrinis cap. cum de usuris. cap. ad Apostolica §. de heresi de senta, et re iudicata in 6. l. 3. §. eiusdem quoq. ff. de testibus l. 1. C. quorũ appellationes etc. l. 1. C. de condict. ob turpẽ causã. l. si quando C. de testibus. 2.

Nihil decet. Duarenus.

3 Duarenus lib. 1. disputat. cap. 27. non inconcine artificialem probationem obliquam vocat; nam argumento per circuitum, et oblique probatur, et investigatione adinvenit veritas cap. foris de V. S. et hac ratione hanc indirectam, et obliquam; inartifitialem directam vocat. Utramque probationem tam artifitialem, quam inartifitialem ex effectibus frequenter distribuunt interpretes in plenam, et semiplenam probationem: 1ª que plenam, et adequatam fidem Iudici facit de re, de qua agitur; ita ut secundum eam, ullo alio desiderato, Iudex litem pronuntiatione terminare possit cap. 1. h. t. de quo in capitibus seqq. hec probatio est, que fit per duos testes, vel plures omni exceptione maiores cap. 2. et 3. h. t. Nam regulariter ad plenam fidem faciendam duo testes sufficiunt cap. in omni negotio 4. cap. licet 23. de testibus iuncta l. ubi numerus ff. eod. excepta Iure canonico causa, que agitur contra episcopum, contra Presbiterum, diaconum, subdiaconum, Acolitum, exorcistam, lectorem, ostiarium, et contra clericum notatum aliqua infamia; quia in his criminibus non duo testes sufficiunt; sed est requisitus maior testium numerus, distinctio personarum habita cap. presul, cap. placuit 1ª q.e 2ª.

4 Semiplena probatio, que et imperfecta etiam appellatur, est, que Iudici fidem facit, sed non plenam; quoniam non est tanta illius ostensionis vis, ut ea ea iure moveri possit Iudex afferendam pro hac, vel illa parte sententiam; et hec probatio est, que fit per unum testem omni exceptione maiorem l. iuris iurandi C. de testibus. Vel per comparitionem litterarum l. comparitiones cum autentica seq. C. de fide instrumentorum. aut per scripturas privatas l. instrumenta C. de fide instrumentorum. Hec quoque probationes, in plenam, et semiplenam probationem divisio frequenter traditur ab interpretibus Glosa in l. admonendi et in l. boni fidei ff.

ff. de Iure Iurando Perezius ad tit. C. de probat. nº. 4. et 5. Cuiac. ad Legem 3. C. de rebus creditis, et Iure Iurando sed disentit Iulius Patianus in rub. C. de probat. Qª. semiplena probatio cum non faciat fidem nisi adiungantur alia adminicula, quibus confirmetur, non convenire ei probationis diffinitionem docet; nec I. Ctos unquam usos fuisse vocabulo semiplene probationis; qª haec, que semiplena probatio vulgo appellatur, rectius nominatur presumptio, quam probatio.

Quamvis in hac persuasione sit Iulius Patianus ubi sup. non arbitror reserendum a recepta probationis divisione in plenam, et semiplenam, qª haec licet non plenam Iudici fidem faciat, est legitima veritatis ostensio, quamvis non adequata, et perfecta, quoad effectum terminandi, et demonstrandi factum controversum L. Iuris Iurandi C. de testibus Valensi paratit. ad h. t. § 2. nº. 4. qª tam probat, qui probat semiplene, quam qui plene probat, licet effectu inequalis, ut in superioribus cavetur; at haec questio non est de effectu probationis, sed de illius substantia, et constitutivo legitimo; in quo re nil interest, an probatio sit vera, et quoad extensionem, et effectum omnem respectu facti controversi legitima ostensio; nam probationem esse sufficit. Lelius Mancinus Iuris sacri controversi ad h. t. disceptatª 4. cap. 14 quo loci docet prefatus Author inutile esse hoc argumentum: illud non est plena probatio: ergo et non propia: nam plenitudo effectum, et quantitatem, sive extensionem probationis significat; proprietas vero essentiam, et qualitatem dicit: nec rarum est, ut quod verbo apud I. Ctos scriptum non reperiatur, ut ipsa adinveniatur. Ita Lelius Mancinus ubi sup.

5.

Non improbo veteres probationis divisiones frequenter ab interpretibus adductas, et approbatas; sed artifitiosius Iudico has divisiones posse his terminis claudi, ut summa probationum divisione quedam sint vere; 6.

presuntive quedam haec divisio videtur probari ex coniunctione, qua concipit rubrica ff. de provat. et praesumptionib. Vera probatio est ostensio ad factum, de quo quaeritur, sive intentionem provantis demonstrandam accomodata; ut in explicatione diffinitionis cavetur probatum. Haec iterum duplex, propia, et impropia; propria, quae per se ipsam fidem facit, sine alio simpliciter, quam oratores inartifitiale vocant; et haec est probatio, quae fit per duos testes omni exceptione maiores, vel per instrumenta cap. fore de V. S. iunctis traditis in superiorib. Impropria probatio, quamvis vera (modo in superioribus expresso) est, quae per se ipsam fidem non facit perfecte, sed propter aliud; ut paret in semiplena probatione iunctis aliis adminiculis, quae ex fama constanti producuntur; unius tamen de veritate deponentis testimonio confirmata glosa, et Doctores in cap. veniens. de testibus. alias fama inconstans non probat, sed tantum coniecturam facit; nam saepe fallax est rumor l. fin. de haeredib. instituend. ita supra laudati. Hoc aliud duplex est, unum, quo probato consequenter probandum intelligitur, quod est in quaestione positum; alterum, quod probatione quidem nulla indiget; sed eo posito ab onere probandi is, cui alioquin probatio incumbebat, relevatur: hoc ultimum ex dictis, et in notorietate consistentib. contingit, et ad hanc speciem possunt refferri tex. in cap. cum ad sedem de restitutione spoliatorum. cap. 1. de confessis in 6. l. 1. ff. de interrogationibus in iure faciendis l. qui sententiam C. de poenis.

7. Ut coherent indicia, quae posita sunt in naturali coniunctione, et affectione, quae est inter rationem probandi, et ea, quae probat, quae coniunctio, aut affectio natura efficit quod quod intelligendum est de indiciis indubitatis l. fin. C. de procuratorib. indicium ergo est nota quaedam, et demonstratio rei gestae. Hinc Cicero pro Cluentio: Omnia, quae solent esse indicia, et vestigia, in illius mortui corpore reperta sunt. et oratione

3a.

3.ª in Catherinam. Sed de hac re postea.

Præsumptivam probationem aliqui interpretes eam dicunt, quæ factum, eiusve qualitatem ex alio demonstrant: Hoc enim in se verum est, sed per aliud probat, ut in superioribus dicitur, et tamen vera probatio est. Unde diffinitio illa præsumptivæ probationis suo difinito latior est contra regulam tex. in L. 1. §. dolum ff. de dolo malo. Quæ ut intra terminos suos peculiares contineatur hac ratione concipiendam arbitror huius probationis diffinitionem: propositæ quæstionis ostensio facta ex alio probabiliter: Et hæc est probatio, quæ a præsumptione dimanat. Sed ut hæc omnia sine scrupulo pateant venit notandum, quod præsumptio est coniectura probabilis ex certo aliquo signo proveniens ad instruendam rei dubiæ fidem Valenz in paratit. ad tit. de præsumptionibus §. 1. n.º 1. Sed brevius præsumptio est: argumentum probabiliter concludens non necessario ad veritatem semper relatum: et hinc à fictione differt, quæ est Iuris in re probabili contra veritatem ex iusta, et necessaria causa utili constitutio. Mantica de coniecturis ultimarum voluntatum Lib. 11. tit. 12. n.º 16. Duaren. ad tit. de probat. cap. 11. n.º 6. et alij laudati a Valentia illustr. to. 3. trac. 1. cap. 1. n.º 2. Præsumptio argumentum de contingentibus sumit, fictio fit de eo, quod non est, nec fuit. Sironius in paratit. ad tit. de præsumptionib. huius rei argumenta præstant fictiones postliminij, et legis Corneliæ L. postliminium L. in bello 12. §. si deportatum L. retro 16. ff. de captivis, et postliminio reversis L. illa institutio §. 1. ff. de hæred. instituen. cum vulgatis. 8.

Præsumptio alia hominis, Iuris alia, ita communiter inscribentes ad tit. de præsumptionib. Præsumptio hominis est conceptus in mente hominis elicitus ex aliqua coniectura. Et dicit^{ur} hæc præsumptio hominis; quia ullo Iure expresso inducta, sed ex circunstantia aliqua, sive facti qualitate desumpta. Hæc autem 9.

qualitas duplex, vel rei adherens, vel extra eas posita, et rursus rei inest, vel natura. Vnde qui praesumit bonus, quousque probet contrarium L. cum quidam, et L. cum pretor §. rogo ff. de legat. 1. itemque perfectae formae L. non sunt liberi ff. de statu hominum. vel ex industria, et huiusmodi est praesumptio, quae desumitur ex dignitate, ~~et~~ eruditione, muneribus, et officijs; extra rem est fortuna; aetas, aut tempus, vel locus, cuius rei exempla, quae ea late congerit Treuslerius selectar. disputat. volumine 2. thesi 11. et 12. non refero. nam alia peculiaria me vocant.

10. Hominis praesumptio dividitur in probabilem, quae desumitur ex aliqua possessione probabili; de qua in superioribus haec questio 3. aut vehemens, et violenta, quae facit plenam probationem sufficientem ex simili praesumptione sententiam diffinitiva cap. 12. cap. 14. de praesumpt. cap. de hoc de simonia L. conciliarius C. de accessoribus, et Domitius Oval. ad Donel. lib. 23. cap. 9. lit. R et lib. 25. cap. 3 et 24. cap. 9. lit. O. Farinacius in praxi criminali, et ibi adducti 3. parte tit. 3. quaestione 86. n. 52 = aut non vehemens, et minor, quae solam semiplenam probationem inducit cap. inquisitioni vers. fin. de sententia excommunicationis. sed si fama publica, vel alijs adminiculis iuvetur plenam fidem facit cap. tertio loco 13. de praesumpt = Alia praesumptio est non probabilis, sed levis, aut temeraria, et haec stat in conceptu ab homine elicito ex aliqua non probabili coniectura, et haec nihil probat, imo reicitur a iure cap. inquisitioni §. in secundo de sententia excomunic. cap. ovei pastore. ibi: <u>omnis suspicio est potius repellenda, quam probanda vel recipienda</u>. 6. quaestione 1. cap. primo semper 2a. q. 1. ibi: <u>nullus suspitionis arbitrio iudicetur</u> de hac suspicione est intelligendus textus in L. absentem 5 ff. de poenis. ibi: <u>Sed nec de suspicionibus debere</u>

bere aliques condemnare. iuncta doctrina Gothofr. in notis ibi lit. M.

Distinctioni relatæ inter vehementes, et non vehementes præsumptiones quoad effectum, ut prima pro vera probatione habeatur. secus 11.
alia; nisi alijs adminiculis proponatur iuvata; obstare videtur tex. in
cap. 14. de præsumpt. quo loci etiam supposita vehementi præsumptione, non potest quis condemnari de crimine heresis, ut patet. ibi: Aut
propter solam suspicionem, quamvis vehementem, nullatenus illum de tam
gravi crimine condemnare etc. Resp. tex. non esse intelligendum de
præsumptione vehementi, et violenta legitima; sed de alia minus idonea, quæ non sufficit ad probationem, et condemnationem confitentis crimen heresis; nam illa præsumptio ex minimis signis, et conlecturis desumitur, et quia illa signa, et coniecturæ aliquam probabilitatem inducebant, ut constat ex contextura d. cap. 14. iuncta integra; hinc Pontifex propter Iuratoriam cautionem iubet discretam poenitentiam iniungendam, ex qua valeat apparere utrum reus in luce
habitet, an vero sit vere poenitens, an ficte conversus, et si cognitus
fuerit vere Catholicus esse non debere molestari; alioqui tanquam
hæreticus, præcipit Pontifex condemnandum, ut habetur in fin. verbis
d. tex. Videndi Panormit. et Felinus in præfato cap. n. 5. 21. et
22. Ferdinandus Vasquius lib. 2. controversia. usu frequentium
cap. 32. qui arguunt verba illa: quamvis vehementem. esse solum
accipienda non de vehemente, et legitima proprie præsumptione,
sed de probabili solum, alias sibi parum constans esset Pontifex quod non est dicendum.

Sed adhuc obstare videtur, nam in crimine heresis sufficit leve
argumentum ad hoc ut Iudex procedere possit l. 1. § fi. C. de hereticis. Resp. 12.
ind. iure leve argumentum sufficere in causa hæresis quoad facultatem
inquirendi, non vero quoad effectum, ut quis habeatur tanquam convincendus, ita communiter omnes.

Contra q.d caveb. in superioribus expendi potest etiam tex. in cap. praeterea 27.
13. de testib. quo Iure videtur demonstrari solam violentam praesumptionem, quae pro probatione habetur cap. adferte de praesumptionibus adductis in superioribus non sufficere ad sententiam diffinitivam; nisi Iuvetur alijs adminiculis. Respondetur in d. cap. 27. non probari praesumptionem violentam corroborandam esse testimonio de visum, auditu, et alijs adminiculis; nam per se ipsam sufficit ex regulis Iuris ad hoc, ut ad pronuntiationem procedat Iudex; sed violentam praesumptionem deducit ex testimonio de visu, auditu, fama interveniente, alijs etiam adminiculis suggerentibus, quae omnia Iudicis arbitrio remittuntur ad hoc, ut appareat, deducta ex illis positionibus probabilibus sit violenta praesumptio, necne, ut habetur in fine dicti capitis 27. Iudicis enim est ex sententia animi sui stimare, quid credat, aut parum probatum sibi oppinetur l. 3. §. 1. ff. de testibus.

14. Est et alia praesumptionis probationis, seu praesumptionis divisio communiter recepta in praesumptionem Iuris simpliciter et Iuris, et de Iure posthumus praesumptio Iuris tantum est; q.do Ius in re dubia aliquid praesumit, nil de super constituendum q.d pro Iure habeatur, hancque praesumptionem ita Ius constituit, ut facultatem probandi contrarium adversario non adimat; imo permittat, ita Lex praesumit neminem Iactare suum l. de indebito ff. de probat. et ex tacita voluntate nubentium Iura nuptialia reservantur filijs communibus, et si parentibus haeredes non extiterint novella 22. et ex generali fideicomisso, seu obligatione quaedam dicuntur excepta novella 39. et argentarij, qui de usuris praestandis pacti sunt videt. de testibus tantum cencisse novella 136. cap. 3. Et tacitas hipotechas, vel stipulationes inducit Iusta praesumptione est tex. in l. fin. C. in quibus causis pignus, vel hypoteca. Et aliam Aviam videri acquirere nepotem non de suo, sed de patrimonio nepotis traditur in l. Herennius ff. de negotijs gestis. Ut mulierem praesumit donasse

filijs

filijs praedia sua, quae filiorum nomine in censum retulit res-
tripserunt Imperatores in L. si Praeses C. de donationib. eadem
rationis filo venit asserendum fideiussorem sine scripto, Iudicio
rei exhibendae causa non teneri ultra duos menses, eo quod
non praesumatur in tempus longius fideiussisse L. penult.
C. de fideiussoribus alia exempla peti possunt ex tex. in L.
chirographo 24. ff. de probat. L. qui duos §. cum bello ff. de
rebus dubijs cap. ex studijs 3. cap. mandata 6. cap. cum iu-
ventute 15. de praesumption. Iuncto Vallensii in paratit.
ad d. t.

Praesumptio Iuris, et de Iure illa est, quam Ius ita 15.
constituit, ut secundum eam Iudices protinus Iudicare
necesse sit non admissa contraria probatione, et ob hanc
causam a Doctoribus appellatur necessaria, seu violentis-
sima; quod Lex, vel canon circa eam firmum Ius statuit;
ita ut eam pro veritate habeat. Unde in hac re constitu-
enda est haec regula, ut contra praesumptionem, quae
sit omni luce clarior, vel contra quam Iure prohibitum
sit probationem non esse admittendam, ullo modo admit-
tatur glossa in L. si de possessione C. h. t. primum exem-
plum extat in cap. 2. de restitutione spoliatorum in quo si
agenti de restituenda beneficij possessione reus objiciat
actorem post ammissam possessionem beneficio renuntiasse
sua sponte hancque exceptionem probare paratus sit non au-
ditur; quod praesumitur non sua sponte renuntiasse rem,
cui ea possessio erepta erat. 2um. extat in cap. veniens cap.
ad id cap. is qui fidem de sponsalibus, aliaque habentur
Iure canonico exempla in cap. de illis de sponsatione impu-
berum cap. per tuas de conditionib. appositis cap. signifi-
cavit de eo qui duxit in matrimonium, quam per adulte-
rium polluerat.

Conferunt ex Iure Civili tex. in L. antiquae 23. 16.
C. ad Velleian. quo Iure si instrumento publico confe-
cto, et a tribus testibus obsignato scriptum sit mulierem
accepisse pecuniam, ut pro alio intercederet, praesumit

illam accepisse, et non iuvat beneficio S. Cti Velleiani. Deinde in l. fin. §. fin. C. ad Macedonian. ubi filius fam. miles, qui mutuam accepit pecuniam presumit in causam castrensem accepisse, ut se beneficio S. Cti Macedoniani tueri nequeat. Extat etiam in l. fin. C. arbitrium tutela ut si publice confecto inventario bonorum pupili tutor confessus sit certam quantitatem summa pupillaris; presumat eam quantitatem esse; nec postea auditur, etiam si paratus sit probare quantitatem fuisse minorem.

Quæ plenam, aut semiplenam probationem efficiant, et quibus modis inartifitialis probatio perfecta constituat. Cap. 3.um

1. Efficiunt, et constituunt plenam inartifitialem probationem duo testes omni exceptione maiores Deuteronomij cap. 17. vers. 6. et 7. et cap. 19. v. 15. Mathei cap. 18. v. 16. Joannis cap. 8. vers. 17. et segg. Numerorum cap. 35. Pauli ad Corinthios cap. 13. et in epist. ad Hebreos cap. 10. cap. in omni 4. cap. veniens 10. cap. cum a nobis. cap. super eo 22. cap. Licet universis. de testibus. cap. si testes §. item numerus. 4. q. 3. cap. fin. 15. q. 6. L. Jurisiurandi 9. §. 1. C. de testibus l. ubi numerus 12. ff. eod. L. 3. C. de naufragijs lib. 11. l. Maritus penult. ff. de questionibus l. si quis ff. ad Silanian. l. ubi probatio ff. de probationibus Cornel. lib. 24. commentarior. cap. 19. et lib. 25. cap. 15. Speculator lib. 2. p.te 2. tit. de probationibus §. 3. Mining. in cap. Licet universis 23. n.o 34. et seq. de testibus Cuaren. ad d. tit. cap. 3. Petrus Fab. lib. 2. semestrium Pichard. in §. cum paulatim inst.a de testamentis Balboa in cap. 2. de probat. Quibus omnibus addo Fachineum lib. 8. controversiar. cap. 16. Cuiac. ad tit. ff. de dote prelegata in l. Teopompus Petrum Magdalenium in trac. de numero testium cap. 1. n.o 1.

2. Adeo verum est velatum principium, ut nulla causa unius testis testimonio, quantumvis ~~testimonio~~ legitimo terminari

minari valeat cap. licet 23. cap. 28. de testib. cum supra relatis. Divus Hyeronimus contra Rufinum. Valerius Maximus Lib. 1 cap. 1. ibi: quoniam unius testimonio credere, pessimi est exempli. elegantur Quintil. declamatione 328. ibi: Succurrant nobis Catones, et Scipiones, et tot clarissima nostrae Civitatis nomina, quorum unico testimonio fides nunquam est habita. Cuius illorum Canonicae illa ratio est, quod cum secundum utriusque Iurisprudentiae ellementa sententiae,
Nihil deest.
ex integris, et legitimis sint ferendae, et dispositiones sacrae paginae, Pontificiaeque sanctiones caveatur, veritas ostensio regulariter determinata ad duos testes dictis Iuribus, et canone 75. Apostolorum: hinc conditio personae dignioris, et excelentioris non potest efficere, ut illius solo testimonio legitime probetur, et terminetur causa in Iuditium deducta, excepta tamen Authoritates Sedis Apostolicae cap. 28. de testibus, hoc ita exposcente, Iuditiorum utilitate, et fide publica desiderante, Lironius in paratit. ad tit. de testibus, conferunt Duaren. ad d. t. cap. 3. in princ. Visual. ad Donel. lib. 24. commentarior. cap. 19. l. f. hinc soli Episcopo non creditur, nisi in his, quae extra Iuditium fiunt, veluti in literis commendatitijs, et similibus, quibus sigilum adhibetur. glossa in d. cap. 28. de testibus Inocentius Lironius ubi sup. et ratio est; quod tunc Episcopus non adhibetur, ut testis cap. possessionem de probat. ibi: Quibus standum est donec probetur contrarium.

Contra praefatam illationem frequenter, et vulgariter adduci solent. tex. in cap. omnes 11. q. 1. quo Iure disserte proditum est testimonium unius Episcopi sufficere ad hoc, ut Iudices ad sententiae prolationem procedant, adeo indubitanter testimonio recepto; ut nullus alius audiatur. Lironius ubi sup. respondet tex. in d. cap. omnes, interpretandum de Episcopo, non adibito ut teste in Iudicio sed de eo, qui confessionem criminis sibi ab aliquo 3.

facta exponit: q. diversa a decisione tex. in d. cap. 28. de testibus. Sed hac interpretatio (salva tanti viri censura) divinationis vitio laborat, vt apparet ex contestura tex. ibi: Malitiosa litium semina comprimentes: qua verba indistincte, et demonstrative docent episcopum virtute illius sanctionis extitisse in iudicio tanquam teste vnde ad aliam interpretationem recurrendum arbitror.

4. Doctissimus preceptor Balboa in cap. 2. de probat. n°. 35. et alij tenent tex. in cap. omnes 11. q. 1. continere privilegium episcopis a Carolo Magno Imp. concessum, quod iam hodie contraria consuetudine abrogatum est, vt ex sententia Felini in cap. cum a nobis de testamentis Ant. Scapi de Iure non scripto lib. 3. cap. 63. docet predictus Autor, et constat relatum caput omnes. esse desumptum ex l. 1. C. Theodoriano de episcopali audientia, et ita habetur in cap. 181. capitularium vt tenet Cironius vbi supra, vnde predicta decissio continens privilegium episcopi, vt illius solo dicto stetur, si Iuraverit, nullam potest habere authoritatem; vnde sumpta fuit ex tex. in d. l. 1. §. quacunque. C. Theodosiano de episcopali audientia, arguto tex. in cap. fin. de reb. ecclesie alienandis, vel non cum similib.

5. Quamvis Inocentius Cironius vbi supra referat sententias aliquorum asserentium nullo loco expresse demonstrari prohibitum, vt dicto solius episcopi, vt pote persona illustrioris, et excelentioris alijs creddatur; tenendum est regulam generalem esse, vt dictum vnius persona quacunque donetur dignitate, non sufficiat ad hoc, vt intelligatur plene, et perfecte probatum cap. in homine 12. cap. 28. de testib. et attestationib. cum adductis in superiorib. n°. 1. et 2.: Et non apparet exceptio aliqua respectu episcopi, qua possit Iuvari ad hoc, vt illius dictum solum sufficienter, et plene probet; q. si aliqua esset caveretur in tex. in cap. omnes 11. q. 1. quem vt in superiorib. probatum constat nullam autoritatem habere. Deinde q. dum in d. cap. a nobis 28. stabilitur hac regula; solum ~~vbi eo~~ vnica habet exceptio decreta, qua expresse excipit a regula generali Sedes Apostolica

lica, vt habetur ibi: Salva in omnibus sedis Apostolicae auctoritate. et per consequens ex regulis vulgatis debet firmare regulam in contrarium, etiam in ordine ad episcopos, et alias personas illustres.

Arduum redditur propositum principium ex difficultate vulgari tex. in l. Teopompus ff. de dote prolegata, vbi testatoris voluntas expressa sufficienter probatur ex dicto illius testis, scilicet Poliani sufficiet ergo vnius testis fides ad efficiendam, et constituendam inartificialem probationem perfectam, quod ex diametro pugnat cum supra relatis Iuribus pro evidenda hac ratione dubitandi Iason in l. 1. §. fin. nº. 7. ff. de V. O. vbi etiam Bartolus nº. 5. et alij relati a D. Fr.co de Amaja ad tex. in l. 2. C. de Iure fisci lib. 10. nº. 19. constituunt Ius singulare continere textum in d. l. Teopompus quod frequenter versatur in causis hereditatis petitorum tractandis; nam tunc duo periti sunt advocandi, quando facilis est peritorum copia, aliaquin vnum sufficere docent Menochius ex sententia multorum de arbitrarijs capu 114. nº. 27. Sanchez lib. 2. de matrim. disput. 113. nº. 17. quod Ius peculiare deducunt ex d. l. Teopompus autentica de non alienandis §. non autem, seu novella 7. cap. 3. Iuncta l. fin. C. de ponderatoribus. 6.

Interpretatio horum Doctorum aperte pugnat cum principijs Iuris; quando enim venit aliqua controversia dirimenda ex peritorum Iudicio, aut depositione, vnius periti dictum non sufficit; sed a fortiori desiderantur duo l. semel C. de re militari. l. Iuris Iurandi C. de testib. l. 1. in princ. de ventre inspiciendo, et custodiendo partu cap. proposuisti 4. et cap. pen. de probat. cap. fraternitatis, et cap. fin. de frigidis, et maleficiatis. cap. ne aliqua 27. q. 1. cap. significasti 2. de homicidio, ita relati a D. Fran.co de Amaja ibi sup. n. 14. Quippe in dictis Iuribus non apparet verbum aliquod, quod 7.

possit suadere relatum opinamentum, ut patet ex luce, qua donant illa Iura, et precipue tex. in d. l. Seogompus, q. velictis, et ammissis pluribus interpretationibus, quas tradunt Covarr. lib. 2. cap. 13. Padilla in l. siquis mar. nº. 12. C. de transaction. Ostual. ad Donel. lib. 25. cap. 25. lit. B. est interpretanda, et exaudienda; ita, ut Polianus in specie l. Seogompus plenam fidem, et probationem faciat ad hoc, ut solida dos deberet; quia dictum solius Poliani sufficiebat; 1º. quia ita apparebat ex testatoris voluntate committentis declarationem suæ dispositionis obscuræ Poliano ibi: Polianus sciens mentem meam. Quod potuit efficere testator virtute legis 12. tab. l. verbis legis. ff. de V. S. quia tunc contingit non ut creditur dictum unius testis, sed testatoris; quia nihil interest an testator aliquid dicat, decernatve; aut ille cui potestatem decernendi commisit, vulgata lite 6. §. 1. D. quod cuiusque universitatis nomine. Amaya ubi sup. Don Michael Luna et Arellano antinomiarum Iuris Canonici lib. 2. antinomia 6. nº. 4.

8. Nec tex. in l. fi. C. de ponderatoribus facit contra nos, nec pro opposito opinamento stat, nec decisio illius Iuris ratione singulari procedit in ponderatore, qui ad æstimanda auri quantitatem præficit; quia fides eius publicè a populo aprobata est. ita Amaya ubi sup. asserens minus obstare, quod deducit ex d. authent. de non alienandis §. quod autem, nam illud Ius specialiter est admissum in rebus Ecclesiæ, ut sufficiat unius declaratio ad effectum sciendi, quantum pro re in Emphiteusi data prestandum sit; cum adesse debeant Episcopus Œconomus, Presbiteri, et Diaconi conveniunt

niunt his, quæ latè diximus in trac. de officio, et potestate Iudicis delegati in D^e. illa an periti in arte adhibeantur tanquam testes, an vero tanquam Iudices.

Alia ratio dubitandi deducitur ex tex. in cap. 8. de procuratoribus, ubi mandati revocatio solo unius testis testimonio apparet provata, nam et si ibi duo iuraverint, unus actoris vice fungebatur: sed Archidiaconus et fr. concilio fidei adquirere non licebat l. nec ff. de testib. cap. nullus 3. q. 4. Marc. Tulius in orat. ait. ibi: More maiorum comparatum est, ut etiam in minoribus rebus amplissimi hominis testimonium de sua re non dicerent. Auget difficultas ex tex. in cap. præterita 12. de sponsalib. ubi matrimonij impedimentum pleni unius testis dicto pr. facit tex. in cap. tantas 86. dist., quo iure soli Cyriaco Abbati credit de criminibus a Ianuario episcopo commissis. 9.

Sextum in cap. ex insinuatione 3. de Procuratoribus D^ct q. ibi mandati revocatio fuit sufficienter, et perfecte probata ex iuramento unius testis, et partis, q. deferente Iudice iurabit, nam in dubijs controversijs ex inopia probationum, etiam uno solo teste extante solent Iudices iusiurandum tam ab actore, quam a reo exigere l. admonendi 31. de iureiurando. ~~Duaren. lib. 2. disput. cap. 33.~~ l. in bonæ fidei C. de rebus creditis. cap. fin. §. ult. de iur. iur. Duaren. lib. 2. disput. cap. 33. Orical. ad Donel. lib. 24. cap. 19. Mascard. de probat. clone 1116. n. 12. et præcipue in q. q. causæ principali principalis non erat. Arguto tex. in cap. cum Bertolius de re iudicata. cap. ex literis de in integrum restitut. D. Mich. Luna de Avellano. antinom. I. Canonici ubi sup. n. 8. 10.

Nec obst. tex. in cap. 12. de sponsal. nam ibi non fuit pertractatum de dissolvendo matrimonio, iam contracto nam in hac specie plures desiderant testes. cap. super eo 22. de testib. cap. 24. de illo, qui cognovit consanguineam uxoris. Mascard. de probat. clone 1137. n. 2. 11.

Gutierrez lib. 1. q. Canonicarum cap. 12. n. 28. Diversi iuris est q. agit de impediendo matrimonio, et qd. conti de actu, qui potest insidere in dispendium salutis æternæ; nam in hac contingentia periculi incerti vitandi causa dictum vnius testis sufficit, nam illud testimonium non modicam præsumptione inducit, imo sufficientem, vt patet ex tex. in cap. super C. 22. de testib. ibi: quia præsumptio non modica est, q. se linea consanguinitatis attingant. Hinc marito tettanti de consanguinitatis impedimento creditur: sed non asserenti nullum esse matrimonium; ita Luna, et Arellano vbi supra.

12. Huic interpretationi non obst. tex. in cap. 1. de consanguinitate, et affinitate, nam ibi testis auditu solum testificasse videtur, q. probatio levissimi momenti est. cap. 33. et 47. de testib. idem quoque observandum est, qd. vnicus testis circa impedimentum matrimonij non deponit iuxta formam a Canonib. determinatam cap. 47. de testib. cap. ma nos de consanguinitate, et affinitate. Vnde Alexander III. in d. cap. 1. duplici ratione ductus, non solum dictum vnius testis, sed duorum reijciendum decrevit, q. ibi nullus ita se audiisse iuravit, et sic non de re sibi nota asseruit: Aliy noluit dictum Iuramento firmare q. prebuit Ocasione regulæ duorum in d. cap. 1. deinde q. illo Iure non solum de impedienda coniugali coniunctione, sed de separanda actum erat, et sic testes, qui surrexerunt iuris facti impedimentum proponentes, licet Veritatis investigationi actionem præbet; non tamen ad dissolvendum coniunctionem sufficere possunt cap. 33. et 47. de testib.

13. Minus turbat Habilitas tex. in cap. tanta. dist. 86. q. ibi plena fides adhibetur Ciriaco Abbati, q. tanquam Iudex cognoscit per inquisitiones, et informationes legitime habitas ex commissione Magni Gregorij, vt illud q. Gregorio dictum erat relatione Abbatis probaret, vnde Cyriacus relationes, et consultationes actis Iuditialib. roboratas remittens plenam fidem veritatis perhibuit tanquam Iudex, non vero vt testis, patet in d. cap. tanta. ibi: q. ita se cognovisse perhibuit. q. solutio perse sufficiens est; q. quæ in iudicio solemnicant pro veritate habentur, iuxta in §. illicitas §. veritas. de officio præsidis d. cap. tanta. iuncto cap. 1. 8a. quest. 3.

14. Sed adhuc obst. tex. in cap. cum a nobis § 28. de testib. vbi solius Iudicij dictum non sufficit ad probationem actus ab ipso gesti; nisi simul alius ~~gesti~~ testis addiciat, qui simul cum eo fidem faciat de gestis in iudicio. Huic

roni

roni dubitandi frequenter det. regula d. tex. procedere q̃d Iudex, vt privatus rei gestae testimonium dicit etiam si de Iudicialibus deponat, vel de ttt.s aut contractibus fidem verbis sui interponere vellit, q.d Iudicia acta nisi testibus probentur, aut scriptura notarij fulciant, et roborentur fidem publicam n. faciunt, vt expresse habet in cap. quoniam contra h. tit. vbi ne propter falsam iniqui Iudicij assertionem, vt privati deponentis inocens litigator negans solemnitatem aliquam scilicet citationem, aut contestationem, et alias interfuisse, que vere abfuerunt plerumque ledat auxilio generali statuit, vt haec omnia cessent in quolibet Iudicio ordinario, aut extraordinario Iudice teneri notarium secum adhibere, aut duos viros idoneos, qui omnia actu Iudicij in scriptis redigant arg. tex. in cap. statuta ll. §. notarium de rescriptis in 6. at in d. cap. tanta n. vt privatus Abbas fidem facit sed vtens congregatione Apostolica, et virtute mandati fidem adhibet de his, que coram eo legitime sunt probata cap. 1. 2. q. 3. Don Rodericus de Acuña in d. cap. tanta. Don Michael Luna, et Arellano antinom. Iuris Canonici lib. 2. antinom. 6. n. 11.

Propugnat in superioribus numero duorum, aut trium testium omni exceptione maiorum plenam, et perfectam inartificiale probationem contineri, q.d obscurum reddit, nam multoties duo testes false extiterunt Regum cap. 21. Danielis cap. 13. Mathei cap. 26. ibi: novissime venerunt duo falsi testes. et constat in ttt.o in scriptis non duo testes sufficere, sed septem desiderari l. hoc consultissimo C. de ttt.is §. sed cum paulatim instit. de testamentis ordinandis idem iuris esse in nuncupativo. Rescriptum est in d. l. hoc consultissimo, et d. §. sed cum paulatim, in codicillis quinque testes debere interesse habet in l. fi. C. de codicillis in instrumentis scripturis que contractuum, et si in parva re minimo que negotio tres testes adhiberi praecipit in authent. siquis C. qui potiores in pignore habeant. authent. de instrumentorum cautela, et fide. §. si quis est, et si is qui contrahit imperitus st. decrevit Iustinianus quinque testes adesse debere, et ex his vnus, qui 15.

sit tabellarius, q.o res in instrumentis n. gerit. quinq. testes desiderant in specie legis testium C. de testib. Donel. ad d. tit. in scitata lege certi Iuris est etiam ad convincendum Cardinalem episcopum testes septuaginta requiri, Praesbiterum 47. Diaconum 27. Subdiaconum, Acolitum, Exorcistas, Lectores, et ostiarium 7. cap. Praesul. 24. q.e 4. quibus iungendi casus in quib. duos testes non sufficiunt traditi a Farinasio in tract. de testib. quest.e 63. cap. 5. per totum.

16. ~~Ut in Concordia~~ in concordia sancitae assertionis istae, et similes rationes dubitandi reducant respondetur q.d cum omnis homo ex defectibilitate, et corruptione natae mendax sit, ut habet in Psalmo illo: Ego dixi in excessu meo omnis homo mendax pluresq. exemplis in superioribus traditis tamen q.t medio aliquo fidei humanae ex se defectibilae acquiescere opus est, Ut actiones hominum Iustitiae expeditione fine civilem politicum, et sociabilem respicia, ne ex plurium personarum inopia Iustitia occultet, et veritas lateat, huius fidei duorum, aut trium testium testimonio legitimari opportuit cap. fin. de testib. cogendis cum similib. Cuius utilitatis conservandae causa statum est in cap. 40. de testib. delegatum necessarium in teste removendum a Iudicando, et alium subrogandum, nam, ut tenet Abbas in d. cap. 40. n. 10. facilius reperiuntur centum Iudices, quam unus testis, hinc in praxi traditum est receptum quem posse in testem producere ordinarium causae Iudicem, q.o velle sit profuturus est necessarius testis ~~Ex~~ grapianus in cap. si testes exigat 4. quest.e 3. et 4.

Nihil decet. Verum igit. testi

Verum igitur testimonium dicere, et plenam fidem facere duo, aut tres merito Iudicantur, nam non est credibile eos simul mentiri, cum ex regulis in superioribus repetitis neminem malum presumere debemus, nisi probetur: et quia in actibus humanis, super quibus constituuntur Iuditia, et exigunt testimonia circa contingentia, et variabilia non valeat assignari demonstrativa certitudo, necesse est, ut moralis demonstratio, et ostensio rei dubiae sufficiat modo nobis connaturali, qui facilior, et perfectior existimatur ex dicto duorum, vel trium testium; ut ne res Iuditialis maiori numero implicetur, et expeditio eius difficilior reddatur hac ratione hac media via, quae in rebus difficilis investigationis semper amplectenda est. l. si pater. ff. de hered. instituend. §. fin. inst. de ex quibus causis manumittere non licet. Haec igitur, quae continet duorum, aut trium testium fidem omni exceptione maiorum, ita Luna, et Arellano ubi prox. et conferunt, quae vulgariter, et frequenter tradunt Scribentes ad tex. in cap. in omni negotio de testib. 17.

Quod dicitur de testamentis et codicillis non obstat; quia septenarius, et quinarius testium numerus non tam ad probationem dispositionis decedentis adhibetur, quam ad solemnitatem actus; ut defuncti Iuditium omni stabilitate confirmatum remaneat l. 22. C. de testam. l. si quis ita 14. ff. de reb. dubijs. l. 1. ff de exercitoria actione: ibi: nam interdum locus, tempus non patitur plenius deliberandi consilium. Hinc dum queritur, an facti sint codicilli, vel testamentum conditum? duobus, aut tribus testibus plene probari poterit: Hoc tamen non obstante testamenta vel codicilli Iuris solemnitate celebrari debent; ut Legitimae censeantur dispositiones, non quia vere factae non appareant duorum, aut trium testium exhibita fide, sed quia acta celebrati contra legem, vel eius solemnitate praetermissa, ulla validitate Iuvantur, argumento tex. in l. non dubium C. de legib. l. 5. C. de Iure fisci lib. 10 cum similib. 18.

19. Quae recto stylo poterant hic aduci pro ratione dubitandi, quae sunt peculiaria materiae testium ommittimus, sed consulendi Richardus in § sed cum paulatim inst. de test. ordinandis Alciatus in cap. novit. n. 47. de Iudicijs Fachineus lib. 6. controversiar. cap. 47. Menchaga de successione creatione § 22. in princ. adducti a Senedo collectanea 159. in cap. cum esset de test. Covarrubias ibi n. 3. Spino in speculo testium Glossa 3. n. 38.

20. Ex his petenda est interpretatio ad tex. in d. autentica si quis C. qui potiores in pignore habeantur. § si quis igitur, et § oportet. nam quod secundum tempus, et locum maior exigit fidei, et veritatis cautela eam a lege positiva adhiberi sacra verba prohibent. quod quod dicit in ore duorum vel trium stare omne verbum, non excludit, quod interesentibus rationabilibus circumstantijs non possit numerum testium extentionem admittere ad ampliorem numerum, ut patet in causis Episcoporum, et aliorum in cap. nulla 2 q. 5. cap. praesul. 2. q. 4. quod in usu fuit apud veteres, ut apparet ex causa Sancti Marcelini Romani Pontificis apud Baronium in agnalibus eclesiasticis ecle. 2. anno Xpi 303. ex n. 38. ob quam rationem fuit congregatum concilium Sinoesanum; ut habetur to. 1. concillior. post vitam Marcelini. observat Cuiac. lib. 17. observat. cap. 9. quod Ius singulare ex pluribus causis fuisse constitutum docet Angelicus Praeceptor Divus Thomas 2a. 2dae q. 7. artic. 2. ad 3um quippe grande scandalum verebatur exordiendum; si Cardinales, Praesules, et aliae personae eclesiasticae passim in Iuditium traerent. sed tota haec constitutio postea in desuetudines abijt, et causae relatorum, etiam graviores duorum, aut trium testium fide, et autoritate terminari caeperunt Cenedo pluribus relatis in collectaneis collectanea 22. ad decreta Iulius Clarus in practica criminali § fin. q. 56. Scacia de Iure non scripto lib.

1. cap.

1. cap. 10. ex n.° 15.

Quibus convincuntur relati a Farinacio ubi sup. cap. 5. n.° 241. asserentes q.d in d. cap. praesul, et cap. nulla. Jure requirit ille numerus testium in causis prelatorum; q.to testes improbitatis, et fidei suspectae nota laborant; q.d in d. cap. praesul 2. q.e 4. testes illi, et accusatores sine aliqua infamia debent esse, vt patet, ibi: testes, et accusatores sine aliqua sint infamia. non ergo ratione infamiae, improbitatis, et suspectae fidei, auget numerus testium in causis praelatorum, et aliarum personarum conditionis ecclesiasticae; sed propter splendorem in illarum dignitatum prerogativa sistentem. 21

Sequitur, vt elidatur ratio dubitandi deducta ex tex. in l. testium C. de testibus. ideo ibi commissa interpretatione Silquerij in d. Jure Farinacij de testibus q.e 63. cap. 5. n.° 246. plena et perfecta probatio non continetur duorum testium fide; nam ius singulare illius quaestionis Imperatoris Justiniani constitutione determinatae verificatur in debitore, qui peccuniam a se debitam esse in scriptis retulerim, in qua specie placuit eum; si apocam non acceperit a creditore non posse solutionem probare, nisi quinque testibus adhibitis integrae opinionis, qui Jurati dicant se interfuisse solutioni non vero in debitore, qui sine scripto aliquid debuit, et sine scripto quidquid eidem solvit nam in hac contingentia res reducenda est ad solemnem numerum testium ita vt duo sufficiant vulgata lege vbi numerus 12. ff. de testibus cap. in omni negotio eodem tit. 22

Ratio disparitatis est, q.a sine scripto solvit, q.d sine scripto debebat, si se solvisse asserat, caret omni suspitione; q.a asserit rem gestam, vti frequenter in hominum more comparari solet, et cum nil tam naturale est, quam vt eisdem modis, quibus quid colligatum dissolvi debeat l. nil tam naturale 35. juncta l. fere 153. ff. de r. iur. at ~~inter~~ qui scripto interposito debuit, si dicat nullo apoca a creditore recepta se solvisse haec affirmatio iustam habet fraudis, et mendacij suspitionem; q.t est contra hominum solventium receptam 23

consuetudinem; nemo enim tam negligens rerum suarum existimatur, quod si chirographum dedit creditori, non hic vellit recipere ab eo; ut si chirographum adversus se aliquo proferat contrario scripto se tueri possit: cum ergo id ommiserit debitor; ne duobus emmendicatis, et corruptis testibus falsum probet, ut suspitionem contra se habitam evitare possit singulari Iure prospectum est; ut in solutione quinque testes desiderentur, qui solutioni, et confessioni creditoris rogati interesse debent d. l. testium, et autentica rogati C. de testibus ubi late Donel. et Osual. lib. 25. commentarior. cap. 15. a litt. D. cum seqq. quare si apocam, aut chirographum incendio, naufragio, aut aliquo fortuito casu proponat deperditum duobus testibus licebit debitori casus ammissionis, et debiti solutionem probare, ut tenet Accursius et Gotofredus in d. l. testium 18. Osual. ubi sup. quia tunc desinit praesumptio illa fraudis, et mendacii; cum per scripturam cautum fuerit debitori, et extra hanc speciem qualibet solutio plene probatur duorum testium fide d. l. ubi numerus ff. de testibus cum supra laudatis, ita Donel. et Osual. ubi prox. omnino consulendi pro interpretatione aliquorum Iurium, quae prima facie videntur hanc Iuris prudentiam obnubilare.

24. Adhuc obscurum reddit propugnatum principium textus in cap. 1. de appellationibus. Quo loci, ut attentatorum revocatio procedat, necessarium est, quod attentata probentur, non solum duobus testibus, verum, et desiderat, ut simul cum duorum testium numero iubet authoritas fidei, famae testimonio, ut patet ibi: (Veritate per idoneas personas, et famas loci inquisita. Auget difficultas textus in l. 2. C. de testibus ubi rescribit, quod si ingenuitas si controversia fiat, qui questionem status patitur; debet eam defendere instrumentis, et argumentis: Ratio constitutionis habetur in calce tex. in cap. in omni negotio 4. cap. ex nobis

28. de

28. de testibus l. fin. C. de probat. cum alijs in superioribus propositis.

§. Primae rationi dubitandi R.det ideo in d. cap. 25.
1. praeter testes desiderari famam loci, ut attentata probent; q.a testes non integre concludunt novata post appellationem; nec dicti rationem reddunt: et cum adhuc non sit legitime facta ostensio attentatorum, necessarium est, ut testium deffectus suppleat per famam loci arguto tex. in l. si quis ex argentarijs §. coguntur ff. de edendo. Ubi Jazon, et Baldus n.o 2. cuius interpretationis est Decius in d. Jure n. 11. nec verba illa per idoneas personas etc. obstant q.a precisse refferunt ad qualitatem, et conditionem testium; ne scilicet sint personae viles, aut alia ratione inhabiles, q.a ex Juris regulis arcentur a testimonio ferendo; non vero respiciunt idoneitatem testimonij, q.a ibi Pontifex non asserit, q.d veritatem per idoneos testes, et famam loci solicite inquisita, attentata probent; sed per idoneas personas quod ac obscure arguunt deffectum extitisse in dicto, non v.o in personis, quibus credendum est, earum existimata conditione, si legitime concluderent, reddendo dicti rationem.

Haec est communis, et frequens interpretatio, sed 26.
ut aliquid proprio Marte excogitatum dicatur pro interpretatione cap. 1. de appellat. R.det 2.o Romanum Pontificem illo Jure non statuere aliquid speciale in materia attentatorum. Certum est in omni negotio duo testes omni exceptione maiores sufficere, et q.r contra ad probanda attentata, arguto generali regula contenta in cap. 4. cap. 28. et cap. 33. de

titibus; Nam vulgare est, quod ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus l. de precio ff. de Publiciana in rem act. Solum ergo inscribitur ab Alexandro Tertio, quod inquisita veritate, legitimeque per idoneas personas, et famam Loci, si inventum fuerit ecclesiarum concessiones (ut proponebatur) factas fuisse post appellationem; eo ipso procederet ad earum revocationem ex regula tex. in cap. ad hoc 6. cap. adcrescentia 17. cap. quo gater 25. cap. 26. cum alijs de appellationibus. Late Pichardus in manuductionibus ad Praxim parte 4. §. 15. et 16. Salgado de Protectione Regia part. 2. cap. 12. num. 13. Unde illa verba: per idoneas personas, et famam Loci, non ita accipienda sunt; ut illa coniunctio forma in attentatorum probatione desideret; nam certum est, quod si praecisa fama per duos testes apparuerit attentatum a Iudice; veniet revocandum arguto tex. in d. cap. 4. de testibus cum supra laudatis; nam Pontifex solum scribit, quod legitime inquirat veritas illis modis; non vero docet, quod si plene per duos testes, non concurrente fama, probent attentata, non sint revocanda quippe ad illorum revocationem ex dispositionibus laudatis duo testes sufficiunt: et illud quod decisioni videtur deesse, supplendum erit ex illis Iuribus Authenticis omne verbum in ore duorum, vel trium stare, quod satis vulgare est in Iure, arguto tex. in l. oratio ff. de sponsalibus l. 4. §. si quis ff. de re iudicata

27. Ratiocinationi deducte ex l. 2. C. de testibus Recurrens Respondet verba d. l. 2ae esse exaudienda ita, quod soli testes sine iureiurando, vel soli, si non reddunt dicti sui rationem non sufficiunt ad ingenuitatis probationes. Sed hoc totum cerebrinum refugium est. Unde tenendum

Recur-

vocula non refferenda, non ad verbu sufficiunt; s.ad vocula soli, quasi dicat non soli, vt in l. 9. §. 1. ff. si quis cautionib; vnde sensus est, testib; potest probari ingenuitas, sed non solis, nã etiam testibus, atq instrumentis probari potest professionibus parentu, test, qua libertas matri adscripta est, actis Iudiciarijs libertatis ei datæ, et argutis cu non de facto, sed de Iure quærit; vt quod Matre libera editus, q. in Iudicio contradictorio ingenuus pronunciatus est l. ingenuus ff. de statu hom. Osual. ad Donel. lib. 25. com. cap. 15. lit. L. Absurdu enim esset ingenuitatis probationẽ non fieri per testes, nã aliàs omnissis instrumentis status totus euerteretur contra tex. in l. 6. C. de fide instrument. Et non ignoti status est status causa eisdẽ regulis regendã, quibus et aliæ arguto tex. in l. 30. §. 5. ff. de Procuratorib; l. 6. C. de rebus creditis. Ita Osual. vbi proxime.

Vt igitur absurdus intellectus vitetur, q. eveniret; si ingenuitas non posset solis testibus probari; vocula non in d. l. 2. C. de testib; non refferri ad verbu sufficiunt, quasi a proximius extremu, q.a q.do verba possunt refferri ad duo extrema, ad illud a fortiori refferenda sunt, inquo nullu patiunt absurdu, etiã omnisso proximiori extremo l. 9. §. 1. ff. si quis cautionib; iuncta doctrina Osualdi vbi sup. ex quibus lucem accipiunt, iura aliàs difficilia in cap. 3. de emptione, iunctis traditis in tract. de reb; ecclesiæ aliendndis, vel non. cap. 3. l. vnica §. eis aute C. de rei vxoriæ actione. 28.

Secundo efficiunt, atq constituunt plenã, et perfectã inartificialẽ probationẽ instrumenta publica cap. testes §. si debitu, 3.a quæst. 9. cap. 2. Cap. cu Ioannes Heremita de fide instrumentoru fide, et cautela §. si quis igitur §. si tamen quisquã l. in exer- 29.

cendis 15. C. de fide instrum. l. 31. de novationib. Novella 73. cap. 1. et 3. conferunt tex. in l. instrumenta l. rationes l. exemplo C. de probat. cum similib. Vasensis Arodius, et Joannes de Vanagel in paratit. ad tit. de fide instrum. Colluvar de processibus executivis p. 3. cap. 1. nº. 81. Minsingerus ad rubr. de probationib. nº. 27. et segg. et ad tex. in cap. 1. de fide instrum. nº. 24. Treulerus scelectar. disput. volum. 2. thesi 1. noviter Birlichius ctonum practicabilium 1. p. ctone 36. nº. 7. Conferunt late congesta a D. Nicolao Frs. de Castro ad Justiniani tit. de emptione, et vend. in princ. §. 25. Osualdo ad Donel. lib. 24. com. cap. 7. et 8.

30. Instrumentum generaliter acceptum est omne id, quo res aliqua instruitur ad commodiorem tractationem, et usum eius, q. significatio variationem accipit ab adiunctis, qua ratione instrumentum fundi est apparatus rerum diu mansurarum, sine quib. possessio exerceri non potest l. quæsitum 12. ff. de fundo instructo. Donel. ad rubr. C. de fide instrum. nº. 4. et ss. Metaphora artes, quasi adiumento aliæ scientiæ exeunt, earum instrumenta dicuntur. Osual. ad Donel. lib. 24. com. cap. 7. lit. B. Conferunt Brisonius, et Prateius de V. S. verb. instrumentum Paulus lib. 3. sent. tit. 6. in Iudicijs instrumenta generaliter sunt omnia, quib. causa instrui potest l. 1. ff. de fide instrument. Tamen testimonia, hoc est scripturæ continentes testimonium, et fidem, quæ proprie instrumenta dicuntur l. 3. §. 3. ff. de testib. quia personæ id est testes, et alij per quos negocia administrantur ut servi actores l. 99. §. ult. de V. S. Donel. ad tit. C. de fide instr. n. 12.

n. 12. Sic in Legib. accipitur instrumenti vocula,
quatenus nihil est vulgo q.d opponatur, ut cavetur
oratione Divi Martij in l. 7. ff. de ferijs, et dilationib.
Qua lege rescribitur, non amplius, quam semel dan-
dam esse dilationem instrumentorum l. 99. §. ult. de V. S.
et ita orationem Iuris authores acceperunt, ut ipsa
pertineret n.d tam adjectitiam dilationem scripturae
alicuiius proferendae causa; sed ad postulatam dila-
tionem testium producendorum gratia, vel aliarum per-
sonarum, ut ind. l. 99. §. ult. Donel. ad tit. C. de fide
instrument. n. 13.

in p.nti instrumentum generaliter accipitur
q. qualibet scriptura, q. fides rei in ea contentae fa-
cit, ita Felinus, et alij ad tit. de fide instrum. Ioan-
nes de Sanagel, Valerius, Cironius, et Treulerus ubi
sup. et re sunt tex. in l. 4. ff. de fide instrum. l. 4. ff.
de pignorib. l. 1. C. de probat. l. 11. ff. de edendo, et ex vir,
et fine, quae praestant recentiores Imp. vocant instru-
menta, documenta in l. §. C. de probat. Quamvis do-
cumenti appellatione o.es probationes etiam compre-
henduntur, quae sine scripto fiunt l. in extraneis 29.
C. de donat. et iure canonico instrumenta authen-
tica vocantur documenta ecclesiae cap. postea opia
25. q.e 2. et documenta evangelica cap. 1. 73. dist.
quari solet in p.nti cur scripturae proprio, et pecu-
liari vocabulo instrumenta potius, quam testes vo-
centur. 2 R.nt Donel. et Osual. d. ubi prox. hoc fieri prop.ter
excellentiam nominis, et instructionis; nam testes in

Judicio solum causam instruunt, et solum cum testimonio dicunt; scripturæ vero ab initio, ex quo confectæ sunt, et perpetuo; etiam antequam his in Judicio utantur, nec in Judicium revolentur=

32- Scripturarum usus ea ratione inventus; ut quod actum est per eas scripturas facilius apparere possit L. 4. ff. de fide instrument. Non ad rei gestæ substantiam pertinent; sed ad ostentionem contractus, qui sine scripturis aliunde probari valet L. 12. C. de probat. L. 9. et seq. juncta L. 12. C. de fide instrum- L. 5. C. de transactión. L. 4. ff. de pignorib. Nam rei instrumentis non ... geritur; sed illa in rei gestæ testimonium conferuntur d. L. 12. C. de probat. Donel. ad L. 9. C. de fide instrum. n. 8. cum quo instrumenta propter probationem fiant dictis Juribus; si aliunde probatio suppetat, instrumentorum finis cessat Osual. ad Donel. lib. 24. cap. 8. lit. A- quo alijs probationibus legitimis, quod latebat ostenditur L. 1. et 7. C. de fide instrum- vel editis rationibus adversarij L. 4. ff. de fide instrum- vel si instrumentum casu amisum, alijs argutiis probet L. 5. C. de fide instrum- In qua specie non satis videtur, si testes dicant se vidisse, et legisse instrumentum, quo Titius Caio se centum debere professus est; nam testibus de authentico referentibus, ~~fides nulla habenda est illo non probato L. 15. vers.~~

fides

Nihil deest.

fidei ulla habenda est illo non probato l. 35. v°. eandem C. de fide instrumentorum. Unde non aliter testes in hac re probant, quam si dicant se scire. 1°. apud creditorem instrumentum de quo quaeritur fuisse; eius tenorem legisse, vel debitorem ad probantem audivisse. 3°. desiderat instrumentum scriptum fuisse ab ipso debitore, vel alio eius mandato. Oddual. ad Donel. ubi sup. omnino consulendus p interpretatione tex. in cap. cum ollim 12. de privilegijs.

Ex his descendit ~~hat~~ arra nomine datum non pertinere ad substantiam ~~[illegible]~~ emptionis, et venditionis; nam emptio, et venditio contrahitur, simul atque de praetio conventum est princ. instit. de emptione, et vendit. cum vulgariter traditis a Richardo. ibi: et communiter scribentibus ad tit. ff. de contrah. empt. quia quod arrae nomine datum, argumentum est emptionis, et venditionis, et non tam ad constituendum, quam ad probandum contractum attinet l. quod saepe 35. ff. de contrah. empt. ubi ~~[illegible]~~ arrarum datione non eo pertinere, quasi sine arra conventio nil proficiat, sed ut evidentius probari possit convenisse de praetio, quae arguunt arraedationem continere non substantiam contractus, sed probationem appellatione arguti contenta, ut late dictum extat in cap. 1. Quod peraeque, et utile, et necessarium est contrahentibus; nam cum emptio tota sit facti l. concil. 7. ff. de curatore furioso dando Juncta l. 51. ff. de aedilitio aedicto. et factorum probatio anceps sit lege 32. in princ. ff. de usuris l. 2. ff. de iuris, et facti ignorantia. Factum est, ut omnissis extra arram probationibus; ut ambiguitates eliberent; ab arra data ad emptionem, et venditionem perfectum argumentum, et concludens probatio duceret, quo plenius constaret contrahentes de praetio convenisse: arra enim, ut refert Suidas in dictionario, est pecunia quae in emptionibus primo dependitur ad fidem faciendam de his, quae empta sunt. Quae diffinitio conformis est Caio in l. 35. ff. de contrah. empt. ibi: ut evidentius probari possit 33.

convenisse de pretio. Quoties sanè pecunia numerata statim post contractam emptionis in fidem contractus plenio-res datum; tunc dicit proprie arram intervenisse tunc q.ª vel dictionis iam contractae argumentum est ad stipulantibus Iustiniano princ. instit. de empt. et vendit. et Gaio in d. §. 35. Tum q.ª necesse non habet emptor; ut solidum conventionis pretium venditori numeret; sed reliquam duntaxat quantitatem, quae reciduum arrae est teste Varrone de lingua latina lib. 4. Latet D. Nicolaus Frz de Castro ad tit. instit. de empt. et vendit. in princ. §. 19. per totum, a quo autore petenda est distinctio arrae consistentis in pecunia numerata, aut in auro, argento, et alijs speciebus.

34. Non est hic ommittendum esse aliud genus arrarum, quod intervenire tunc dicit.; quoties ante contrahendam emptionem antecedunt, et traduntur venditori ab emptore, prius quam contractum venditionis adequato consensu perficiant de qua datione arrae non est exaudiendus Iustinianus ubi supra; sed de ea videtur sentire Divus Hieronimus ad Epistolam Pauli ad Efesios cap. 1. ibi. Arrabo est futurae emptionis, quasi testimonium, et per consequens non contractae; ut docet Iustinianus ibi: nam qd arrae nomine datur argumentum est venditionis, et emptionis contractae. exemplum arrae antecedentis emptionem, inter alia, ponit Don Nicolaus Fernz de Castro ubi sup. in fundo vendito, placito legis commissoriae, datis arris, quod deducit ex tex. in l. 6. et fin. ff. de lege commissoria, nam in hac specie asserit emptionem eventu ipso; nisi emptor statuta die pretium obtulerit; resolvi in conditionata; quamvis emptor in hoc, quod datum, vel actum est, teneatur empti iuditio l. 21. et l. 4. ff. de lege commissoria. l. sed senatus 6. §. 1. ff. de contrah. empt. nam licet emptio a princ. censeat pura l. 1. ff. de lege comissoria: tamen expectato eventu pretij non soluti resolvit in conditionatam dictis iurib.; adeo ut intelligat retro iam venditam non fuisse et hac expressione solum probatur iam Titij arram in fundo vendito sub placito legis commissoriae antecedere ipsam emptionem

ones, licet pure, et absolute apprim.°

Aliud exemplo arre antecedentis emptionem potest proponi; q.d.° pacto dum tractat interveniente de re vendenda, emmendaque (quod ab emptione ipsa multum distare docent Vulterius in §. 1. instit. de empt. et vendit. n.° 2. Budeus de contrah. empt. cap. 135. Albericus Gentilis lib. 2. de nuptijs l. e. cap. 10.) arras emptor tradidit venditori, conventurus postea de pretio, et negotium imperfectum sequenti, et futuro consensu perfecturus ad quam speciem potest reduci responsum Ulpiani in l. ex empto 11. §. his qui vina vers.° ego. ff. de action. empti. ita ut annulus in d. Iure ✠ primo deinde emptio, et denique emptionis implementa processerint; q.d. quamvis aliter interpretetur tex. Cuiac. lib. 10. quest. Papini. in l. 22. ff. de contrah. empt. circa fines sed de arra antecedat emptionem sive post illam sequat; nunquam est de substantia contractus sed argumentum, aut probatio; q.d.° antecedit, et ostensio venditionis contrahende d. l. 11. §. is, qui digna, Diuus Hieronimus ubi sup; q.d.° sequit emptionem, argumentum, aut probatio contractus perfecte celebrati princ. instit. de empt. et vendit. 35.

Que dicta sunt de instrumentis, et scripturis non pertinentibus ad substantiam contractus, sed ad faciliorem rerum gestarum probationem l. 4. ff. de fide instrumentorum l. 17. C. de pactis l. 15 C. de transactionibus l. 3. et 10. C. de fide, et ✠ Iure hastae fiscalis lib. 10. non verificantur, si lex nominatim scripturam exigat, velint ita inter contrahentes convenerit ad quam speciem pertinet constitutio Iustiniani in l. 17. C. de fide instrumentorum late Thesaurus decis. 197. per totam. nam constat generaliter scripturam, vel instrumentum significare illud id, quo causa instruit, et probatur l. 99. §. 2. ff. de V. S. ubi Alciat. n.° 5. faciunt tex. in l. 10. §. 2. ff. de edendo l. 8. ff. familiae hercisc. l. 34 ff. de administratione 36.

et periculo tutorum l. ult. ff. de suspectis tutoribus l. 15. ff. de Jure deliberandi

37\. Sequitur instrumentorum divisio ita ut alia sint publica, alia privata. Treulerius selectar. disput. volum. 2. disput. 5. thesi 1. Valentii in paratit. Vanagel, et Struvius ubi sup. probant tex. in l. 1. C. de probat. l. scripturas C. qui potiores in pignore habeantur novella de instrumentorum fide, et cautela. Instrumentum publicum, seu autenticum est scriptura publice, et solemniter confecta atque obsignata cap. 1. et 2. de fide instrumentor. a tabellione, vel notario, vel ab alia persona publica, ad quam spectat instrumentorum confectio, designato certo testium numero l. fin. C. si certum petatur novel. de instrumentorum fide, et cautela, et novel. 44. de tabellionibus cap. 1. Et hoc instrumentum ita solemniter confectum vocatur forense in novella 42. 49. 52. et 73. Quod solet in locis publicis asservari: ne vetustate pereat, et superstitibus adhuc testibus, sive tabellione exempla desumi potest; defunctis vero sufficit per litterarum, et subscriptionum comparitionem: ex contrario vivente tabellione testibus mortuis comparitio non desideratur propter tabellionis fidem novella 73. si proponatur instrumentum vetustate confectum, cuius filum fractum est, ut in cap. 3. de fide instrumentorum in 1. compilat., vel aliquid abrasum, ne omnino pereat, per personam publicam exemplar desumi potest, et eandem firmitatem habebit interposita Judicis authoritate cap. fin. de fide instrumentor.

38\. Plane ut nihil antiquitatis penitus ignoretur prim. instit. de test. et a primis cunabulis instrumentorum publicorum usus deducatur, testante licet in alia re ipso Justiniano in proemio instit. nam rerum, quae vetustate, aut injuria abolverunt; et si nullus iam usus appareat, notitia tamen necessaria

videtur

videt elegans tex. in cap. 2. distinc. 7. observandum est, quod hi qui donationes testam. emptiones, locationes, societates, manumissiones, et alia negotiorum gesta interesse pluribus actis desiderabant, adire soli qui erant Magistratus cuiuscunque loci, Romae quidem Praetorem, aut Praefectum praetorio, et Constantinopoli Magistratum census L. testa. C. de testis. L. in hac re L. secundum C. de donat. Suspas in Artemio. in provincijs praesides L. 7. §. fin. ff. de decurionib. L. fin. C. de Usuris pupillarib. L. 33. ff. ex quib. causis maiores: Duumviros, aut alios Magistratus municipales d. L. in hac re L. nulli C. de Episcopis et cleric. L. 6. ff. de exhibendis reis L. fin. C. de Magistratib. municipalib. aut Procuratorem Caesaris L. 21. ff. de administrat. tutor. Ciprianus lib. 4. epist. 1. vel alios Magistratus, qui actorum conficiendorum habebant facultatem. d. L. fin. His exposita causa negotij singularis, quod publica fide scribendum desiderabat, ab actuario, seu a manuensi insinuabat ut ille contrahentium conventionesque litteris solemniter mandarat, et actuarius (qui ab actis dicebat. L. per hanc §. quorum C. de advocatis diversorum judicum) in hoc statu solum praepositus erat; ut diversa negotia chartis insereret L. 8. C. de diversis officijs lib. 12. L. actuarij § 1 L. jubemus 16. C. de erogatione militaris ann. eodem libro L. actuarius C. de numerarijs actuarijs etc. Lib. 11.

Postquam actuarius publica, et privata negotia litteris mandavit, et specialis contracti causam sive negotij diem, et consulem scripsit L. 1. ff. de edendo solebant adhiberi in testimonium honestissimi viri, quorum plenissima rei gestae fides fieret; adeo, ut non nulli anulis sigilla imprimerent antecedente contrahentium subscriptione in scriptis, vel tabellis, Constat ex Venuleio lib. 2. de officiis Proconsulis 39.

in l. curet 22. ff. de testibus, quo loci docemur hoc facere debere Magistrat cuiuscunque loci, quibus conficiendorum actorum Ius datum est l. nulli C. de episcopis, et cleric. l. iubemus C. de defensorib. l. fin. C. de Magistratibus municipalibus, postquam Praesides, et Proconsules pluribus negotijs obstricti, ubique tot ministerijs interesse non possent, et longè degentib. praesto esse testari volentibus, id est, tabulas publicas postulantib., et testium implorantibus fidem ad conficiendam probationem, quam testationis voce frequenter usurpat l. 4. C. pro socio l. coherede 20. §. 1. ff. de acquir. hæredit. Aulus Gellius lib. 15. cap. 13. et hac ratione exaudienda sunt verba dictae legis 22. ff. de testib. ibi: testari volentibus, et se ipsos, et alios testes, vel signatores praebere, quo facilius negotia explicentur, et probatio rerum salva sit.

40. Actis ita confectis, et celebratis tenore, et serie verborum solemniter scriptura transcriptis, quae breve, vel exemplum vocat in l. 2. ff. de fide instrumentor. l. in fraudem 45. §. ipse autem 6. ff. de Iure fisci Paulus lib. 4. sententiar. tit. 6. et autentica originalia, quae frequenter scripturas vocat, molumentis publicis inserebantur l. 3. C. de diversis rescriptis, ut si forte intercideret exemplum, esset, unde peti possent Paulus lib. 4. sententiar. tit. 6. Hinc legimus actis publicis inseri solitam non solum test. l. 2. C. tlla. 28. cum l. seq. l. 23. C. de testam. sed quodcumque negotium publicum, aut privatum, ut apparet de donat. quae quingentos aureos excederet l. donatio 25. l. 27. l. 30. et passim C. de donat. de damno dolo illato. l. penult. §. 1. C. de defensoribus civitatum l. fin. l. 4 Theodosiano eod. tit. novella 35. cap. 1. de querela non numeratae pecuniae l. in contractib. 14. C. de non numerata pecunia. Iudicis suspecti accusatione l. fin. C. de Iudicijs. Nautae etiam frumentum,

quod

quod Romam vehires apud acta Praetoris exhibebant. Livius lib. 4. et apud acta Praesidis in provincijs, vt appareret, et probaretur in corruptum traditum fuisse l. 1. C. de canone frumentario Vrbis Romae.

Ex his descendit scripturae per acta insinuatae fidem adeo inviolatam, et inconfusam efficiunt, vt nullo praetextu, etiam mortuo, vel absente Iudice, vel ipsis testib. aut signatoribus, qui publice interfuerunt, abrogari possit l. fin. de re Iudicata l. 2. C. de edendo l. in hac 30. C. de donat. ad differentiam instrumentorum privatorum, postea apparebit. Infert etiam quod quamvis instrumenta publica plurimum authoritatis habeant. cap. 2. de fide instrumentor. cum vulgatis; non excludunt probationem testium ad ostensionem falsitatis, vel deffectus instrumenti cap. cum Ioannes de fide instrumentorum conferunt tex. in cap. 3º loco. cap post cessionem vers.º quibus standum est de probationib. cap. cum a nobis de testibus l. in exercendis C. de fide instrumentorum l. cum praecib. l. cum res 12. C. de probat. l. optimam C. de contrah. stipulat. Mascardus de probat. conclusione 1905. nº. 3. Covarruvias lib. 2 Variar. cap. 13. nº. 11 Menochius de arbitrarijs casu 105. nº. 22. et concil. 506. nº. 5. Ossval. ad Donel. lib. 22. commentar. cap. 8. lit. K. et L. 41.

Haec illatio non verificatur in instrumentis, et tabulis publicis solemniter actis, vt perpetuam firmitatem retinerent; sed in alijs in quib. non adest haec authoritas publica Donell. lib. 25. com. cap. 2. Merlinus lib. 2. observ. cap. 33. Pancirola lib. 1. variar. lect. Sic ex sententia horum authorum est intelligendus tex. aliàs obscurus, et difficilis in l. 10 ff. de probation. 42.

quo Iure docemur instrumenta potiora esse testibus;
quamvis in authentica de instrumentorum fide, et cau-
tela disponatur, quod ea, quae viva voce proferuntur, digni-
ores fidem faciant, quam instrumenta; nam isto tex. non
loquitur de instrumento publico palam coram Magi-
stratibus, et tabellio celebrato, sed chirographo, et
privata scriptura. In qua specie dignior viva,
quam mortua vox existimatur; nec unicum tabellio-
nis testimonium sufficit; quod dependet ex eo solo scri-
ptura, sed ex testium, et partium praesentia, à qua au-
thoritatem recipit arg. tex. in l. generaliter C. de
non numerata pecunia — l. quaedam ff. de probat.

43. Ex eodem rationis filo est intelligendum,
scripturae authoritatem, et testium asseverationem
parem esse l. in exercendis C. de fide instrum.
et testibus in ostensione rei dubiae, et obscurae potio-
ra esse instrumenta l. 10. ff. de probat. Nec testium
asseverationem actis praevalere, quae publicis instrumen-
tis inserunt tabularij, rescribitur in l. 1. C. de censib.
lb. 10. Quia non ex testibus duntaxat; sed ex censuali
antiqua professione, quae actis inserta est tabula-
riorum solutio arguitur; patet ibi: (Et quiquis se gra-
vatum probaverit, sua tantum professione pristina agra-
rio. Confirmatur arguto tex. in l. 1. C. de immunitate
nemini concedenda lb. 10.

44. Sequitur pertractare de forensium char-
tarum fide, id est de publicis instrumentis à tabel-
lionibus

lionib. confectis; sed non in monumenta publica re-
dactis, nec coram Magistratib. celebratis, de quib. late
in superiorib. In qua re observandum est tabellio-
nes fuisse contractuum, et aliorum negociorum scrip-
tores l. 1. C. Ut nemo ad suum patrocinium d. lib. 11. l.
annulus 17. C. de fide instrum. Manumissiones etiam que
chartis mandabantur l. unic. §. 1. C. de lat. libert. toll.
Atque in eam rem stationes in foro habuisse, quas et
gradus Græci vocant; ut sese facile contrahenti-
bus præberent Nov.a Justiniani 44. et hac ratione
confecta ab his instrumenta publica, et forensia vo-
cabantur l. scripturas 11. C. qui potiores in pignore ha-
beantur Nov.a 73. cap. 7. l. comparationes 20. C. de fide
instrum. Nov.a 40. et 52. et quia diversæ et variæ ne-
gociorum species, et ambiguitates occurrebant in his
præcavendis, scribendisque alia, atque alia fuit præscri-
pta forma; et non permissum tabulariæ exercercicium
nisi his, qui Juris studium, ut peritiam profiterentur
ac usu, et exercitatione peritissimi contrahentes
Juris ignaros monere possent, et ubique formulas
calentes numeris omnib. ministerii commissi
munera explerent. Constat ex Cassiodoro lib. 5. epi-
stolar. Hinc cum tabelliones inter Juris studiosos
enumerentur ab Ulpiano in l. moris 9. §. nonnunquam
4. ff. de pœnis. Maxime pracmatici adiungunt
quorum ministerium tabellionum exercicio affine
fuisse non obscure liquet ex Cicerone lib. 1. de ora-
tore. Isidoro lib. 5. originum cap. 2. de quo Juris

studioso, et perito nil incongrue potest accipi, quod scribitur in L. Lucius 34. §. Lucius 17. ff. de leg. 2. Junctis L. ambiguitatis 24. C. de testam. et nov.ª 66. cap. 1.

45. Tabelliones ergo ex praescripta Juris formula in Litteris mandare consueverunt contrahentium factiones, ut causas singularis negotij expressissent, quod publica eorum fide confirmandum fuisse L. cum de indebito 25. ff. de probat. L. generaliter 13. C. de non numerata pecunia, tempus, et locum deinde addissent. Divus Ambrosius in Commentarijs in Lucam lib. 2. adscriptis anno conditae urbis, consule, mense, et die L. 2. §. diem 6. ff. testam. quemadm. aper. L. 3. C. eod. L. 1. ff. de edendo L. 3. de accusation. L. 1. C. de operibus publicis lib. 20. Cicero epist. lib. 3. epist. 29. quoad locum confert tex. in L. optimam C. de contrah. stipulat. Praedicta instrumenta plenam fidem faciunt de eo quod dispositive continent, sive pro proferente, sive contra proferentem cap. 2. de fide instrum. ut vulgariter traditur ab scribentibus ibi, et laudatis in superioribus =

46. Longum ex his deducitur discriminibus intervallum inter instrumenta publica quae talia vocantur, quod a persona publica scilicet conficiuntur L. 3. C. de tabullarijs lib. 10. et inter instrumenta per actuarios in publica monumenta relata, nam ista, ut dictum est, perpetuam habent firmitatem, et nullo pretextu abrogari possunt L. fi. C. de re iudicata L. in hac. C. de donat. illa vero forensia nempe non ita firma considerantur cap. cum Joannes de fide instrum. cum adductis ubi supra. Conveniunt tex. in L. 25. §. fi. ff. de probat. L. generaliter 13. C. de non numerata pecunia L. 3. C. si minor se

ma-

maiore etiam ita ut sive diversae sint scripturae, sive pugnantes aliae alijs fide invicem derogent, et nulla firmitatem habeant l. 14. C. de fide instrum. l. 2. C. Theodos. eod. tit. juncta l. ubi duo pugnantia ff. de R. I. = Diversae scripturae sunt, diversitate, et distinctione convenientes, ut si una scriptura dicatur Titio vendidi Tusculanum fundum, altera vero appareat donatum, quod idem est, ac si unius scripturae pugnantes diversae clausulae, seu periodi, quae totidem esse scripturae cencentur arg. tex. in l. si mihi 12. §. fin. l. talis scriptura 13. ff de leg. 1. exemplum pugnantium, et oppositarum scripturarum potest deduci ex tex. in l. optimam C. de contrah. stipulat. vel si altero instrumento dicatur Titium accepisse multas pecunias a Sempronio, aliud vero profertur ex adverso, quo vel Titius, vel Sempronius dicatur, eo ipso die Romae non fuisse, quod ut simul sit verum, et semel nata non paret l. 12. §. 1. ff. de leg. 1. Nam Aristoteles lib. 1. ethicor. cap. 14. interea quae impossibilia sunt nata, et illud recense. ibi: Si adversarius non detenuisse habuisse actionem certa die accederet, ipsa die probemus nos in alia Civitate fuisse. Cic. lib. 2. de inventione. ibi: si vos me istud eo die tempore fecisse dicitis; ego autem eo ipso tempore trans mare fuerim relinquitur, ut ego quod dicitis tantum non fecerim, sed nec potuerim = 47.

Excipitur ab hac generali regula l. 14. C. de contrah. stipulat. species contenta in l. Sempronius de legat. 2. ubi. 48.

Ubi si proferentere scriptura, qua dicat centum tibi debere, alteram vero exhibeas, qua dicat debere tibi duntaxat quinquaginta, non utriusque scripturae fides evanescit, ut in d. l. 14. sed posteriori creditur, quam ego protuli; non eam vi, et fide sua, qua tota simul corruit prolato instrumento contrario d. l. 14 quod tacite veluti confessione ea, qua me obligavi in tantundem saltem pecuniam ostendit.

49. Instrumentorum publica fides facit, ut q.d alioquin privatum aliquod instrumentum scripsit, vel obsignavit; teneatur l. Cornelia l. 1. et toto tit. ff. ad Legem Cornel. de falsis, et is qui publica instrumenta corruperit, vel recitaverit Lege Maiestatis condemnetur; quod publicam legum, et totius populi fefellerit fidem l. 2. in fine ff. ad Legem Iul. maiestatis nam capite 1° eiusdem legis cavetur; ut lege maiestatis damnetur, qui sciens falsum conscripsit, vel recitavit in tabulis publicis. Cic. in orat. pro Rabirio posthumo perduellionis reo. ~~Et res~~ è re sunt exempla tradita ab Eusebio lib. 8. hist. cap. 1. Nicephoro lib. 7. cap. 5. Non est audiendus Accursius qui Ulp. in l. 2. in fine ff. ad Legem Cornel. interpretatur de notario qui instrumento suo aliq.d scripsit contra ~~rem~~ rempub.; nam hoc alienum esse a mente Ulp. non obscure potest inferri ex contextura dictae legis 2ae.

50. Nec sententiam Ulp. turbat responsum Pauli in l. instrumentorum 16. §. fin. ff. ad legem Cornel. de falsis ubi docet eius eos, qui in rationibus, tabulis, litterisve publicis, aliave qua re sine consignatione fecerunt, vel ut verum non appareat, qui celaverunt, subripuerunt, resignaverunt; dubium non esse affici poena legis Corneliae, ac propterea non teneri lege

Ma-

Maiestatis, nam cum Paulus in princ. tex. d. Legis 16. §. fin. surreptorum, et suppressorum dumtaxat crimen non pertinere ad legem Corneliam dixisset, quod surreptio, aut suppressio privati iuditij est, non publici L. qui tabulas 27. in princ. L. sed etsi 31. ff. de furtis. Excipit casum, in quo testamentum surreptum arguit; nam hoc crimen publicum publico legis Corneliae iudicio coercet L. 2. ff. ad legem Corneliam de falsis Paulus lib. 4. sententiar. tit. 7. §. 1. et 2. deinde addiderim in §. 1. L. Cornelia teneri reliquos omnes, qui falsa alia instrumenta signarint, sive ea testamenta sint, sive non L. 1. in princ. L. Lex Cornelia 9. §. poena ff. ad legem Cornel. de falsis recto rationis filo sequitur paulum in §. fin. dictae legis 16. sermonem instituere de eo reo qui instrumentum quidem surripuisset, resignasset citra testamenti causam, tum etiam de eo, qui falsum concessisset, sed citra consignationem; et tamen iste lege Cornelia tenetur exceptus singulari ratione a regula generali, quam praedixerat Paulus, et dum asserit esse publicarum tabularum celatorem, et surreptorem nam quamvis citra consignationem nullius momenti sit publicum instrumentum ante Zenonem in L. 31. C. de donat. coercitione [illegible] tamen dignus est, qui quomodolibet publicam gestorum, et venerandam publicae autoritatis securitatem, et fidem temerari: nam licet pessimo falsarij signatoris exemplo Maiestatis lege puniri non debeat, quod haec solum signatores, non etiam suppressores, aut celatores damnavit L. 2. ff. ad legem Iuliam Maiestatis, meret coercitionem legis Corneliae deportationem communi iuri irrogantis honestioribus, et bonorum publicationem L. 1. §. fin. ff. ad legem Cornel. de falsis L. si quis aliud §. qui ~~[illegible]~~ vivit. 7. ff. de poenis, qua luce interpretatur tex. in L. 1. §. quid rationabiliter 4. ff. ad legem Cornel. de falsis. Cl. Nicolaus de Castro ad Iustinianum in §. 1. de emptione, et venditione §. 32. num. 103.

51. Privatum instrumentum q.a publico in fide, et authoritate distat, generaliter est omnis scriptura a privata persona, non autem a nottario confecta, et hoc instrumentum solet vocari domesticum in l. instrumentata C. de fide instrum. q.a est ex genere scripturarum, quas contrahentes domi confecerunt sine tabellione, et actuario, aut publica alia persona, quae fidem illis faceret. Et in hac acceptione a publicis instrumentis privata Leo separat in l. scripturas 11. C. qui potiores in pignore habeantur appellant etiam haec instrumenta holographa novel. 2. de testib. quasi manu contrahentium scripta: Isidorus lib. 5. originum cap. 4. et chirographa. Divus Chrisostomus ad Philipenses homil. 6. Conferunt tex. in l. in tacitis 103. ff. de legat. 1. l. in fraudem 10. ff. de his quibus ut indignis: Seneca epist. 12. Quasi unius ex contrahentibus manu signata; q.a signagrapha ab utroque signantur D. Nicolaus de Castro ubi sup.

52. Privatis cautionibus, et instrumentis domesticis conficiendis, Romanorum Iure pristino, selebat adhiberi honestissimus aliquis vir, et integerrimae sinceritatis Cic. Cit. pro Quinto Rocio: ibi: Solent dicere qui per tabulas hominis honesti pecuniam expensam tulerunt: ego ne talem virum corrumpere potui; ut meam causam falso in Codicem refferret. ex quib. accipit lucem tex. in l. 12. C. qui potiores in pignore habeant.: ibi: Nisi probatae, atque integrae opinionis etc. in feneraticiis vero cautionibus, et in his casibus, in quib. interponi stipulatio necesse est, et reus devendi, aut stipulandi adesse nolebat oportebat; ut privati aliquis contrahentium servus eorum mandato scripturis adiveret, qui vel acquirere dno obligationem posset, vel eum ex stipulatione obligare l. optimam 14. C. de contrahend. stipulat. confert tex. in l. Scita stipulatus 120. § Crisogonus ff. de V. O. multi functi traddisi a D. Nicolao Fendc. de Castro ubi supra n.o 127.

instrum.ta

~~127.~~ Instrumenta privata regulariter non faciunt fidē p scribente l. instrumenta l. rationes C. de probat. l. in exercendis C. de fide instrum. l. apud eos 13. C. eod. l. si maior 22. C. de transact. l. sola 4. C. de testibus quod verificatur, etiā si instrumentū manu notarij esset confectū, si desunt solemnia ad scripturā publicā necessario desideratā, aut Episcopi manu conscriptū, q nullo Iure cavet; vt illa scriptura habeat vim publici instrumenti cap. cū a nobis de testibus, etiā si agat de favore piæ causæ; qa pernitiosū est; vt ei scripturæ credat, quā vnusquisq sibi adnotatione propia debitorē constituit l. exemplo ff. de probat. 53.

Privatū instrumentū aliud est authenticū, aliud non Joannes de Vanagel in summa honoris ad tit. de fide instrumentor. nº 7. authenticū est instrumentū a duobus idoneis viris loco tabellionis in Iudicio assumptis confectum; etiā sine præsentia testiū, et forense dici potest capite quoniā contra de probat. Scriptura etiā, quæ habet sigillū Episcopi, vel alterius prælati inferioris dicit authentica Joannes de Vanagel vbi proxime, capituli, vel alterius Principis secularis cap. cū dilectus de fide instrument. cap. post cessionē de probat. cap. pure 11. quæst. 3. conventus cap. tertio loco de probat. in epistola ordinarij, vel etiā arbitri in quibuscunq actis probandis plenā fidē meretur cap. possessionē 7. de probat. vbi Mininsingerus nº 17. et seqq. vsq ad finē. 54.

Vtē litteræ, quib principis quæstores, et aliæ personæ publicæ rē aliquā corā se gestā contestantur, plene probant Jason in repetione legis admonendi 31. ff. de Iure Iurando nº 91. post prin.º speculato tit. de probat. §. 3. nº 13 deinde scripturæ earū personarū, quæ alicui offitio in causis politicis publica authoritate sunt præposita, licet publicæ personæ, et notarij 55.

non sint perfectas inartificiales probationes continent. Belinus in cap. scripta de fide instrum. vers.º Libri autē nº. 33. Menochius de arbitrarijs lib. 2. centª. 1. cap. casu 91. nº. 12. libri etiā historicorū, et Philosophorū in scholis plene probant argum. tex. in §. item pretiū instit. de empt. et vendit. l. 1. §. 1. de contrah. empt. l. septimo mense 12. ff. de statu hominū cap. causā 13. de probat. ex quib. Iuribus prefatā deducunt assertionē Bartolus in l. 1. ff. de rebus creditis nº. 22. et seq. Baldus in rub. C. de fide instrumentorū nº. 11. Panormitanus in d. cap. causa conferunt noviter tradita ab Ynocentio Cironio observat. Iuris canonici lib. 2. cap. 1. Pareja de universa instrumentorū ~~vendit~~ editione t. 1. ~~tit.~~ 1. § 1. nº. 53.

56. Non authenticum instrumentū est cartha privata, et scriptura quælibet carens subscriptione testiū, quæ generaliter fidē non faciunt; nisi contra scribentē, eiusq. hæredē l. instrumenta l. rationes C. de probat. cū supra laudatis, Contra 3.us non authenticū instrumentū fidē n̄ facit, nisi vetus sit, et mentionē faciat de facto antiquo Jason in l. admonendi 31. ff. de Iure Iurando nº. 9. Joannes de Vanagel. ubi sup. et quamvis frequenter scripturæ privatæ ulla fides adhibeatur; tamen cõ scribente probat quãdo trium testiū subscriptione munita est cap. 2. de fide instrumentor. Conveniunt tradita a Rebuffo t. th. tit. de chirographorū recognitione per totū Morla in emporio tit. 11. quest. 3. per totū Pereyra de empt.e cap. 6. nº. 16. 17. Vual. ad Donel. lib. 25. commentar. ~~cap.~~ 8. Lit. A.

57. Cuius principij illa ratio est quª. scriptura testium subscriptione munita publice credit.º confecta. Arguto textus in l. scripturas C. qui potiores in pignore habeantur. Covarrubias practicarū questionū

cap 22

cap. 22. n. 3. Valensi in paratit. ad tit. de fide instrum. §. 2. n. 15. nam cum scriptura privata fidem non faciat, ut cavetur supra; si deficiant testes, qui eam probare possent; tota vis pendere ex ipsa parte producente, cui credendum non est cap. 4. 3a. q. 9a. Sanctis l. exemplo C. de probat. authent. de instrum. fide, et cautela §. si tamen quicquam ita Decius in cap. 2. de fide instrum. n. 4. cum seqq. Morla ubi supra Covarruv. practicar. cap. 22. n. 6.

Sed obstare videtur primò tex. in l. scripturas C. qui potiores in pignore habeantur, ubi privata scriptura à partibus subscripta deficientibus testibus, habet vim publicæ scripturæ, quippe ex ea exerceri potest actio personalis contra debitorem. Ant. Fachin. lib. 11. controvers. cap. 29. et 31. Morla in emporio tit. 11. q. 3. cum seqq. prædictam legem loqui de scriptura privata non præcise, sed cognita à debitore, quæ quoad eum præiudicium, ut publica scriptura æstimatur, et actio personalis exercetur absque testium subscriptione: non vero quoad prælationem hipothecæ, seu temporis quoad alios creditores, qui publicam habent scripturam; etiam ~~scripturam~~ si potiores sint, ut non obscurè deducitur ex tex. ibi: sin autem ius pignoris etc. Ita supra laudati DD. 58.

2o expenduntur iura in l. Publia 26. §. fin. ff. depositi l. 13. C. de donat. quibus iuribus debitum sufficienter probatur epistola testium subscriptione non munita. Nicolaus Genua de scriptura privata lib. 3. cap. 1. n. 66. Menoch. de arbitrar. lib. 2. centur. 1. casu 94. n. 9. Fachin. lib. 11. controvers. cap. 33. interpretantur adducta iura de epistola facta literarum comparitione; si in ea sigillum scribentis sit, et recepta fuerit ab eo cui nititur, nam tunc contra 59.

scribente plene probat, subscribunt Minsingerius ad tit de probat. n. 56. Menoch. lib. 2. de arbitrar. cent. 1. casu 94. n. 9. Iasson in l. admonendi 31. ff. de iureiurando n. 139. post prin=

60. Nec opponitur comparitiones litterarum, ut continenter ocasione manifesta criminis falsitatis, improbatas esse l. comparitiones 2. C. de fide instrum. nam hoc iure solum litterarum comparitionem non sufficere ad plenam probationem; imo non probari constat; quod plerumque solet variari littera tempore, ætate, valetudine, seu calamo Osual. ad Donel. lib. 25. com. cap. 8. lit. S. exemplumque præbet novella 78. cap. 3. et hac ratione dispositio testium asserentium videri littera Titij debitoris esse, non sufficit, nisi tantum quoad semiplenam probationem; ex contrario si comparitio litterarum fiat simul cum uno teste de actu principaliter deponente quod tunc plene probat; nam semiplenæ probationes etiam diversi generis, si in unum finem, et effectum tendunt; plene probat Fachin. lib. 11. controvers. cap. 55. Osual. ad Donel. lib. 25. com. cap. 8. lit. S. ubi et lit. R. latè agit de probatione, quæ fit per litterarum comparationem.

61. Constituit etiam plenam, atque perfectam inartificialem probationem scriptura privata mariti confitentis res uxoris esse parafernales l. si ego §. dotis et seq. ff. de iure dotium Iason in l. admonendi 31. in repetitione num. 94. deinde si consuetudine inductum est, ut privata scriptura plene probet Covarrius. practicar. quæst. cap. 22. n. 8. sub fine Baldus in rubr. C. de fide instrum. nu. 79. Dubitari solet an inter partes licite conveniatur ut privata scriptura plene probet in qua difficili concertatione aliqui verioores

ore existimant sententia asserentium ex conventione partium posse scriptura privata plena fide facere. ut arg. tex. in l. ult. C. de testib. l. 14. ff. de dote praelegata, tenent Iason in repetit. tex. in l. admonendi 31 ff. de iureiurando n.° 98. cum seqq. Felinus in cap. scripta 2. de fide instrum. n. 13. Mascard. de probat. clone 129. n. 3. Vincentius Carrocius de iuramento decisorio quaes. 5. n. 18. Gravetta de antiquitate temporum p.te 1. §. viso de verbis enunciativis n. 26. sub fine.

Sequuntur oppositum opinamentum Inocentius in cap. penul. de fide instrum. n. 3. Ludovicus Romanus in l. admonendi 31. ff. de iureiurando n. 56. et concilio 240. n. 4. et 405. n. 3. Bald. in l. de quib. 32. ff. de legib. n. 17. et in l. Imperator in 1. repetitione ff. de statu hominum n. 22. vers. an valeat factum Nicolaus Boerius decisione 2. 95. n. 18. ignarum opinionum concursum 1. sententiam in stricta iuris disputatione, quae in praxi tenenda est, quae praeter iura adducta potest suaderi nam factum quod stetur dicto alicuius testis non iurati sustinetur, ut tenent Bartol. in l. Titius in fi. ff. de fideiussorib. Bald. in l. bonae fidei C. de reb. creditis, etiam si iure dispositum sit testi non iurato ullam fidem adhibere in l. Iur. iurandi C. de testib. cum vulgatis, nam huic dispositioni renunciari potest, ut probat tex. in cap. tuis de testib. ibi: Nisi a Patre remittatur adversa. 62 -

Deinde nam quod non credatur scripturae privatae hoc introductum est in favorem contrahentium directe nam perniciosum est, ut ei scripturae creddatur, qua unusquisque sibi anotatione propria debitores constituit l. exemplo C. de probat. et vulgare est pacto, et renunciatione fieri posse ut introducta in favorem alicuius, et non Iuris publici conservandi 63

causa nō habeant locum vulgata l. in conscribendo C. de pactis cum similib. hac ratione constitutum est, ut nō obstante electione industriae, personaeq. quib. delegationem impedit cap. fin. §. 1. de off.° et potest. Jud. delegati Iunctis traditis a me in commentariis ad d. tit. cap. de potestate Iudicis delegati etiā procedit Iurisdictionis mandatum d. cap. fin. §. 1. quando electio industriae personae introducta est in favorem personarum directe, et non causae demandatae, eodem igitur Iure poterit fieri, ut contrahentium conventione, scripturae privatae testium subscriptione non roborata fides adhibeatur, non obstante qd hæc forma sit praescripta scripturis privatis in cap. 2. de fide instrum. l. scripturas C. qui potiores in pignore habeantur, et publicam utilitatem respiciat l. fin. in prin. C. si certum petatur, nam hæc publica utilitas consistit in eo, ut annotationib. privatis non constituantur debitores qd hæc res mali exempli est d. l. exemplo C. de probat. qd nō verificatur qdo conventio intercessit, quæ cessante testium subscriptione scripturam probare certi Iuris est si pars contenta in eo faciat, et se cognoscat argum.° tex. in l. publia 26. §. fin. ff. depositi Menoch. de arbitrar. lib. 2. centa. 1. casu 99. n. 9. igitur et idem debet operari expressus consensus non curans subscriptionem quantum confessio ita eleganter et docte ratiocinatur Felinus in cap. scripta 2. de fide instrum. nu. 13. ibi fallit 6.

Nihil deest.

ex his

Ex his descendit vtilis, et recepta practica 64.
vt volentes aliquid publice facere praemittant praedictum pactum per
quod solemniter dicatur se ratum habituros quidquid in tali
scriptura contentum apparuerit in eorum manu, et in hac specie, si
negatum fuerit, comparitio sufficiet; postquam subscriptioni renun-
tiatum docebitur: et hac ratione multa sustinebuntur, quia multi
vellent publice pasciscі, sed non publice negotium gerere, ita
Felinus vbi supra.

Quamvis scriptura privata habens testium subscriptionem di- 65.
catur authentica, et plene probet d. l. scripturas C. qui potiores
in pignore etc. cap. 2. de fide instrumentor. non tamen ex se
fidem facit, vt alia authentica instrumenta, sed dependenter
a testibus l. cum praecibus C. de probat. nam authentica scri-
ptura in primo genere, ipsis testibus viventibus, authoritatem
habet deficientibus, et mortuis desinit esse authentica cap. 2.
de fide instrumentor: in quo distinguit hac authentica scriptu-
ra ab illa, quae talis appellatur; quae a tabellione publico confe-
cta est, quae, etiam si testes decesserint fidem facit novella 73.
Cironius ad tit. de fide instrum. Unde non infertur, omnis
publica scriptura est authentica: quia omnis authentica est
publica; quia authentica etiam dicitur, quae privatim a partibus si-
mul cum testibus est subscripta d. l. scripturas C. qui potio-
res in pignore habeantur cap. 2. de fide instrument. vbi com-
muniter scribentes Covarruvias practicar. cap. 19. n.º 1. vers.º
hinc denique Osual. ad Donel. lib. 25. comment. cap. 8. Lit.
A. et V.

66. Non solum publica instrumenta plenam inartificialem probationem constituunt Iuribus in superioribus adductis, sed eorum exempla, seu exemplaria ex originali ipso solemniter desumpta, et huius iudicii exemplata, qua voce utitur Pontifex in cap. ult. de fide instrument. aliàs sine originali nullam fidem faciunt cap. 1. et 2. de fide instrum. conveniunt ex Iure Civili tex. in l. 2. ff. de fide instrum. l. si quae l. Pomponius. familiae herciic. l. 2. in fin. ff. quemadmodum test. aperiantur l. 1. §. sed et si unum ff. de bonor. possess. secundum tab. l. 3. C. de diversis rescriptis l. procurator ff. de edendo authentica de tabellionibus §. nos autem collat. 4. non interessentibus solemnitatibus a Iure desideratis in exemplarium transumptione ex originali, exemplaria tantum coniectura, et suspicionem inducunt, vix delationi Iurisiurandi sufficienter. Valensi ubi sup. §. 2. n.º 1. ex quibus necessaria illatione infertur instrumenti exemplum non solemniter sumptum fidem non facere absque originali supra relatis Iuribus illustrant Larrea, et plures ab eo laudati de universa instrumentorum editione 1.ª parte. tit. 1. resolut. 3. §. 3. n.º 3.

67. Huius principii illa ratio communiter recepta est; nam tabellionis scriptura non probat; nisi in his, in quibus ipse interfuit a partibus rogatus authentica de tabellionibus §. nos autem collat. 4. Deinde nam quando unum instrumentum reducit ad aliud, opportet; ut de primo constet quia sic omnis suspicio fraudis cessat authentica ut sponsalitiae largitates §. 2. collat. 9. quia si exemplo tantum crederet facilis daretur materia fabricandi falsum; cum absque originali de falsitate constare non possit Innocentius in cap. 1. de fide instrum. n.º 6.

nº. 6. et 9. Constat etiam, quod qdº tabellio exemplum ab originali extrahit; non rogatur de principali facto in originali contento; sed tantum de exemplatione, et sicut testis, qui deponit de auditu, non probat glossa in L. 14. C. de testibus verbo præsto sic nec tabellio exemplans instrumentum ab alio receptum quippè de teste ad tabellionem procedit argumentum in hac re L. 27. ff. qui ttª. facere possunt proseq. uuat Mascard. de probat. conclus. 711. nº. 1. Gratianus disceptationum forensium cap. 26. nº. 34. et congesti a Pareja ubi prox. nº. 8.

Quod adeo verum, ut Literis apostolicis exemplatis ab alio non sit credendum Ludovicus decis.ᵉ 432. n. 8. sequitur etiam Iudicem delegatum non posse procedere ad Iurisdictionis exercicium, nisi post acceptationem Literarum originalium, quibus continetur Iurisdictionis mandatum, quâ antecedenter non censetur Iurisdictio adquisita, et de his Literis intelligendus est vulgaris in hac re tex. in cap. supereo 12. de appellationib. ibi: cum Iudices contigerit Literas accepisse. Salgado de protectione Regia cap. 6. ex n. 43. et de retentione Bullarum cap. 26. n. 70. cum segg. Barbosa in collect. ad d. cap. supereo n. 5. et segg. Rota penes Farinaciuм decis.ᵉ 6. n. 2. et decis.ᵉ 9. in posthumis 2. pᵗᵉ relatæ assertionis limitationes, ut alijs occurrat, videre est apud D. Gabriele de Pareja de universa instrum. edit.ᵉ 1º. tho. § 4. a nº. 7. et § 3. per totum. 68.

Obstare his videtur tex. in L. 57. de administ.ᵉ tutor. ubi exemplum instrumenti, id est tutoris inventarium fidem facit. Videtur quod ibi inventario referenti debitum instrumento contentum creditur, quia Iuridice iussu ~~[illegible]~~ 69.

Iudicii, et partibus citatis fuit factum iuxta tex. in cap. fin. de fide instrum. ~~et~~ hac luce sunt donandi tex. in l. publicati C. de [illegible] et in l. in fraudem 11. §. ipse autem ff. de Iure fisci. De qua re late Morla in emporio Iuris tit. 11. quaest. 10. nº. 19. Covarruv. in practicis cap. 21. nº. 4. et 5.

70 Opponit 2º. tex. in d. l. in fraudem §. a debitore vers. ipse autem ff. de Iure fisci. quo loci exempla instrumentorum fiscalium a fisco edita plenam fidem faciunt: igitur exemplare instrumenti absque originali perfecta probatio est. Respondetur instrumenta illa fuisse transcripta ex fisci voluntate interposita cautione, ut adversus eum instrumento illo alius non uteret, et si constet instrumentum transcriptum de partium consensu, et conventione ex originali in illa specie fidem facere. Covarruv. in praxi cap. 21. nº 4. et 5. vers. potenti. Morla in emporio tit. 11. quaest. [illegible] nº. 21. Osual. ad Donel. lib. 25. commentar. cap. 8. lit. v. ratio responsi Pauli in d. Iure illa est; quia in proposita specie exempla edita dicuntur a Fisco; ut patet ex tex. ibi: Ipse autem Fiscus actorum suorum exempla ea conditione edit. Unde per productionem censetur fateri vera esse in illis comprehensa arg. tex. in cap. cum olim de sensibus l. Publia 26. §. fin. ff. depositi. Docent Pareja de universia instrum. editione tit. 1. tit. 1. resolut. 3. §. 3. nº. 47. et 48. et ibi laudati.

71. 3º. insurgit sequens consideratio, nam verba narrativa in ult. voluntate comprehensa fidem faciunt, circa ea, quae narrantur l. qui volebat ~~[illegible]~~ 36. ff. de haeredibus instituendis: ergo exemplum fidem facit absque originali; si in exemplari est facta originalis mentio. Huius rationis dubitandi, elidendae causa communiter obtinuit discrimen inter

Con-

contractu, et ultimas voluntates; nam in his non vitiant dispositionem verba narrativa; sed fidem faciunt; nam demonstratio falsa non vitiat legatum L. si ita legatum 72. L. falsa 33. ff. de conditionibus, et demonstrat. ex contrario in contractibus de quibus est intelligendus tex. in cap. 1. de fide instrum. late Morla in emporio tit. 11. quaest. 1. n. 23. omnino videndus pro interpretatione tex. prima facie turbantis hoc discrimen in l. optimam C. de contrah. stipulat.

Quarto facit contra propugnatum principium tex. §. prohibet ff. de edendo. Ubi quis cogitur edere instrumenti exemplar; quod elusorium esset; si plenam fidem absque originali non faceret; argu. tex. in L. 1. ff. de edendo. Respondet Pinelli. ad Donell. lib. 25. comment. cap. 6. in d. iure edi exemplum; si eo contentus esse velit ad se instruendum L. 10. §. 2. ff. de edendo. At si probare velit, ad fidem ipsarum rationum recurrendum L. 9. §. 2. et seq. ff. eod. Donell. ad authent. si quis C. de edendo. 72.

Quinto. Respondet communiter rationi dubitandi Iura disponentia absque originali exemplar non solemniter transumptum fidem non facere esse interpretanda; quando exemplaria transumpta sunt ex originali alterius tabellionis; nam tunc huic tanquam ex auditu asserenti non creditur: cap. licet ex quadam de testibus. At tex. in d. L. si quis ex argentarijs 6. §. penult. ff. de edendo loquitur; quando primum exemplum transcriptum est ab eodem tabellione; qui [illegible], et rogatus fuerat in originali; nam in hac specie exemplar fidem facit; quia existimat originale: sic intelligendus tex. in L. publicati C. de testib. L. 24. ff. qui test. facere possunt C. dicto de con- 73.

versione coniugatorum l. Sempronius Proculo 47. ff. de legat. 2. Mollã in emporio tit. 11 quæst. 1. nº. 11. quod etiam verificatur; si partes in exemplari consenserint Cuiac. in l. 8. ff. de statu hom. hancque interpretationem communiter receptam agnoscunt scribentes in l. una § 2. qui test. facere possunt ubi Baldus nº. 1. Menochius concil. 175. nº. 28. cum segg. Stephanus Gratianus disceptat. forensium cap. 107. nº. 13. et cap. 182. nº. 13. Don Ioannes del Castillo lib. 2. controvers. cap. 16. nº. 58. Barbosa in colectan. ad tex. in cap. 1. de fide instrum. quod adeo verum existimant prædicti Authores, ut verificet, etiam si non reperiat originale, et illi, qui ex hac exemplatione possent ladi non essent voccati.

74. Hæc tamen doctrina; ut recte ratiocinatur Pareja de universa instrumentorum editione 1. sh. tit. 1. resolut. 3. § 3. nº. 15. non potest sic generaliter sustinere, sed casu, in quo fit exemplatio ab originali ab eodem tabellione, se referente ad protocolum; sic exaudienda Iura in l. una ff. qui testa. facere possunt l. Sempronius Proculo 47. ff. de legat. 2. nam si ad protocolum, seu matricem non se referat tabellio; sed ad aliud instrumentum, quamvis ab ipso levatum; tunc exemplo fides adhibenda non est Paulus Castrensis in authent. si quis C. de edendo nº. 5. Mascardus de probat. conclus. 711. nº. 46. ratio ubi rei est, quod instrumentum transcriptum, et levatum non a protocolo, seu matrice; sed ab alio instrumento licet authentico, et ab eodemmet nottario non habet qualitatem instrumenti a matrice levati; ideoque nil mirum, quod eandem probationem non constituat. Alexander in authent.

si quis

si quis in aliquo C. de edendo Ant. Gomez th. 1. variar. cap. 12. n.º 54. Pareja vbi sup. n.º 26.

75. Sic examinata, et cum distinctione proposita doctrina communiter recepta p elucidatione tex. in l. si quis ex argentarijs 6. §. penult. ff. de edendo; patet interpretatio ad tex. in l. 1. §. si quis in duobus ff. de bonorum posses. secundum tab. nam dum ibi cavetur, quod si in duobus exemplaribus tt.m sic scriptum, et aliud extet, aliud vero non; ex illo, quod extat, recte bonorum possessio peti potest; quod etiam habet in l. si in duobus ff. quemadmodum tt.a aperiantur. Solum pertractatur de tt.o in duobus Codicibus scripto, quorum aliud nottarius protocoli auctor ad illud se referendo levabit; vt patet ex d. l. 1. §. si quis in duobus quod instrumentum ex supra relatis originale censet, et ex illo accipit bonorum posseßio secundum tab. vt expresse habet in tex.

76. 2.º interpretari possunt verba d. legis 1. de exemplo desumpto ab ipso tabellione, qui originali praesens, et rogatus fuerat; nam tunc idem tabellio plura exemplaria conficere poterit Morlà in emporio tit. 11. q.e 1. n. 23.

77. 3.º pro ratione dubitandi proponitr tex. in l. exempla 11. ff. de edendo. Vbi exempla instrumentorum absq. subscriptione edentis edi possunt, et constat editionem instrumentorum non fieri, nisi ad ostensionem plenam, et perfectam rei dubiae l. 1. §. 1. et toto tit. ff. de edendo. Qua ratione quod ex editione instrumenti apparet, dicitr evidenter apparere cap. cum accessissent de constitutionib. ibi: propter quod evidenter apparet. cap. cum contingat 24. de rescriptis. cap. cum dilecti de donat. l. emancipatione C. de fide instrum. Pareja de vniversa instrum. edit.e thit. 1.

tit. 1. resolut. 2. §. 2. n. 4 =

78. Respondetur prædictum tex. in l. exempla non probare exempla aliena manu scripta sine sigillo argentarij edita absque eius subscriptione fidem facere, cum sufficiebat olim ad exonerandum argentarium; ut exemplum rationum ederet: ita raciocinatur Ant. Fab. in rati. ad d. l. exempla. 2°. Respondetur editionem instrumenti sustineri, si adversarius eo contentus est ad se instruendum; at vero si ad probationem procedit ad fidem ipsarum rationum recurrendum est l. 10. §. 2. iuncta l. 9. §. 2. de edendo. Donel. in authent. si quis C. de edendo.

79. Non est hîc ommittendum authenticum instrumentum in cap. 2. de fide instrum. vocari illud, quod est manu publica testium numero, ~~celebre, ac Principis sigillo rob~~

Nihil deest =

celebre, ac Principis sigillo roboratum. Unde Cuiac. relatus ab Innocentio Cironio lib. 2. observ. cap. 1. asserit originale illud esse ad differentiam exemplaris quod deducit ex tex. in l. 47. de legat. 2. et cap. 1. de fide instrum. sumpto ex epistola Gregorij tertij lib. 2. ubi legendum putat: si scripturas authenticas non habemus, aut exemplaria, nil facere possumus. Sed quidquid censeat doctissimus vir non negatur authentici instrumenti appellatione originale contineri; sed originale quod sit solemniter confectum, et obsignatum, sine quo, quantumvis sit originale non potest dici authenticum; nam illud hac qualitate donatur, quod summam habet authoritatem. M. Tulius ad Atticum epist. 17. Hinc in legibus singuli libri Hipocratis, et Galeni dicunt authentici; ut in superioribus cavetur; non quia sint originales Cironius ubi prox.

80. Tenebrosum videtur reddere nostrum oppinamentum responsum Ulp. relatum

labū in l. 4. §. fin. ff. famil. hercisc. ubi ex sententia Labeonis docet Ulp. ē hæreditate vendita tabulas tt̃ti descriptas deponi opportere, hæredē exemplū debere dare; tabulas vero authenticas ipsū retinere, aut in æde deponere: q.º non obscure infertur ex mente Ulp. originale solū dici proprie authenticū; non vero exemplū ex originali solemniter transumptū; nā pariter, et hoc, si authenticū esset, veniret deponendū in æde.

Pro interpretatione Ulp. notandū est, q.d originale dicitur illa 1.ª scriptura, quæ ab eodē tabellione a partibꝫ rogato, et a Protocollo a se correcto extrahitur; ut his quorū interest edatur; de qua scriptura loquunt.r tex. in l. 2. ff. de fide instrum. l. fin. quemad. tt̃ti.ª apperiant.r l. census. de probat. l. 4. §. fin. l. Pomponius. ff. famil. hercisc. d. cap. 1. de fide instrumentor. D. Joannes del Castillo controvers. Iuris lib. 2. cap. 16. n.º 1. Morla in emporio tit. 11. quest.e 1. n.º 9. Parladorius rerū quotidianas. cap. fin. 1. parte §. 12. imitat. 2. 61.

His ita suppositis Respondetur tabulas authenticas de quibꝫ in d. l. 4. §. fin. famil. hercisc. sumi p originalibꝫ, quas constat non esse proprie authenticas 62.

unde exemplū, quod pariter est authenticū si solemniter sit transumptū supra relatis Iuribꝫ non distinguit ab originali, q.º æquales habet authoritates l. 2. ff. de fide instrument. l. Pomponius ff. famil. hercisc. cū proxime adductis. Solū ergo exemplar solemniter transumptū ab originali distinguit.r; q.d hoc primū, et ex illo exemplar deducit.r. Garcia de universa instrumen-

torum editione th. 1. §. 2. resolut. 2. n. 1. et ibi laudati. Et in hac acceptione dicuntur tabulae testamenti authenticae in d. l. 4. §. fin. Hinc Plinius epist. 291. exemplar testamenti misi tibi. Tullius epist. 11. lib. 10. exemplar eius chyrographi missi tibi. Et istae tabulae sunt deponendae in aede haereditate vendita; si vero cautiones haereditariae sint, eas Iudex curare debet, ut apud eum maneant, qui maiori ex parte haeres est; caeteri descriptum, et recognitum faciant cautione interposita; verum res exegerit, ipsae exibeantur, sed si omnes aequis partibus haeredes existant; nec inter eos conveniat apud quem potius esse debeant; sortiri eos oportet, aut ex consensu, et suffragio est amicus eligendus apud quem deponantur, vel in aede sacra deponi debent l. 5. ff. famil. herciscr.

68. Ex his necessaria illatione profluit morem fuisse in aedibus, et templis ultimae voluntatis documenta, privatorum pecunias, et res custodire Lipsius ad Tacitum lib. 1. annalium. Apparet etiam ex lege cum Pater 77. §. donationis de legat. 2. ibi: instrumentum voluntatis meae post mortem meam filio meo tradi volo: quod erat epistola donationis quam in aede sacra deposuit. Unde Gothofredus in notis ad d. l. 77. § donationes lit. l. infert epistolam testatoris repertam in aede sacra post mortem probare eius voluntatem l. 1. §. si pecunias 36. l. 5. in fin. ff. depositi, et hac ratione proponuntur testamenta et authenticae tabulae in aede sacra deponenda in d. l. 4. iuncta l. 5. ff. famil. herciscr. Hinc solebant servi ad custodiam templi destinari hoc pecunias, et res ibi depositas singularia Iura sic intelligenda in l. servos 35. ff. de liberali causa l. servos 17.

ff. de

ff. de adimendis legatis. Observat D. Fran.cus de Amaya in commentarijs ad tit. C. de Iure fisci lib. 10. tit. 11.

Adeo verum est instrumenta publica constituere, et efficere plenam, atque integram probationem inartificialem, vt non solum hoc procedat inter personas, inter quas confectum est instrumentum; sed etiam inter alias instrumento non nominatas tex. in l. desiderium 7. C. depositi. 84.

Instrumentis publicis accedunt probationes, seu libri ex archivis publicis qui plenam fidem merent cap. perveni. 1. §. invenit. 30. q.e 1. authentica ad hæc viri.o item et charta C. de fide instrumentorum l. Celsus ff. de probat. Felinus in cap. cum causam 13. de probat. n.o 7. Baldus in rub. C. eod. Nicolaus Bohemus decis. 105. incipit et videtur n.o 11. Iasson in l. admonendi 31. in repetitione ff. de Iure Iurando, quibus addo laudatos a Barcja de vniversa instrumentorum editione th. 1. tit. 1. resolut. 7. §. 3. n.o 28. Et Fachineo lib. 11. controvers. cap. 32. 85.

De confessione, quæ omnino libera, et spontanea est, non de ea, quæ per metum fit, nam hæc in Iure nulla est capite cum causam 16. de officio, et potestate Iudicij delegati, vel per errorem facti in L. 1. §. vlt. ff. ad Turpilianum secus si per errorem Iuris L. 2. ff. de confessis cap. 3. eod. tit. anceps dubium est inter scribentes, an plenam inartificialem probationem constituat, et frequenter obtinuit confessionem non esse vere et proprie probationem; vt videre est apud Iassonem in L. cum te n.o 2. C. de transactionibus Beroium qui de communi 86.

:testatu ad rub. C. de probat. n.o 69. subscribunt Mascard. de probat. quest.e 7. n.o 1. et 2. Baldus de Iure emphiteutico 2. p.te q.e 7. n.o 627. et communiter alij.

67. Comprobant hanc sententiam huius asserti propugnatores 1.o ex tex. in cap. forus de V. S. ubi D. Isidorus docet inartificiale probationem nullam esse preterquam testium, et instrumentorum. ibi: probatio aut ex testibus, et fide tabularum constat. 2.o ex tex. in cap. cum causa de raptorib: si praecessisset matrimonium, vel ex probationibus viri, vel ex mulieris confessione claruit. 3.o ex l. 2. C. quorum appellationes etc. ibi: argumentis convictus testibus superatus voce etiam propria vitium, o scelusque confessus. Et ibi: ita aequum est testibus productis, instrumentisque probatis ab aliisque argumentis praestitis, et aut minime voce sua confessus sit. legere non obscure infert confessionem partis longe a probatione distare.

68. Stant etiam pro hoc opinamento sequentes considerationes 1.a deducit ex tex. in l. 9. iuncta l. seq. ff. de interrogationibus in Iure faciendis ubi praetor q.a plerumque difficilis probatio est aditae haereditatis; voluit astringere eum, qui convenit ex sua in Iudicio responsione; ut confitendo, vel mentiendo se se oneret: non ergo proprie probatio est confessio. 2.o ex tex. in cap. qui dilectus de fide instrum. cap. auditis de in integrum restitutione, quibus Iuribus docemur post conclusum in causa nullam probationem valere, et tamen confessio admittitur cap. cum Ioannes circa finem ibi: non obstante, quod ipsa interrogatio etc. de fide instrum. 3.o fovet ex sententia, nam contra praesumptionem Iuris, et de Iure non admittitur

probatio

probatio. cap. is qui fidem. cap. iuvenis de sponsalib., sed ad eam elidendam potens est confessio; si credit glossographo, et scribentib. in §. aliud authenticae de aequalitate dotis. Igitur probationis appellatione non continetur confessio.

Sequitur alia non ignobilis consideratio, nam propriè, et verè non videtur ea probatio, quae magis probandi levatio, aut exhoneratio est ex communiter traditis in cap. evidentia de accusationib. cum adductis cap. 1. sed sic se habet confessio l. 3. et 4. de interrogat. in iure faciendis. ibi: quia plerumque difficilis probatio aditae haereditatis est: ergo non est propriè probatio. Hinc notorium est quod a munere probandi sublevat l. 1. §. adeo in fine. ff. de dote praelegata bonus tex. in cap. super eo de testib. cogendis propriè probatio non est, sed probationis exoneratio iuxta illud vulgare, quod per se patet non indiget probatione. cap. evidentia de accusationib. ac per contr. nec confessionem esse probationem deducit, quia notorium facit cap. ult. de cohabitatione clericorum, et mulierum. Accedit etiam, nam aliud est implere conditionem; aliud, et diversum implendi munere relevari l. si post diem §. item si qua ff. quando dies legatorum etc. l. iure civili ff. de condit. et demonstrat. 89.

Ult. facit nam confessio magis sententiae aut rei iudicatae accedit quam probationi nam sua quodammodo condemnare videri eum, qui contra se confessus fuerit l. 1. ff. et C. de confessis, qua ratione scripti extant huiusmodi tituli inter rubricas, et tractatus de re iudicata, et de sententijs, et interlocutionib. Hinc 90.

Lege 12. tab. habet. Aeris confessi rebusq. vere judicatis triginta dies. Justi subito. Sic legendu monet Cujac. lib. 26. Pauli ad edictu in L.1. ff. de confessis. Suarez ad Leg. Aquil. lib.4. cap.4. n.° 9. quae lex licet pecunia tantu mentionem faciat, quae aeris nomine continet L. Lege etia de V.S. ad omne tamen debitu extendit L. debitoribus ff. de re judicata et ad omne actione, rei vindicationem interdictu L. certu ff. de confessis, et etia ad criminis poena cap. 1. et 2. de confessis, quib. fit confessione non distare a sententia, et re judicata arg. tex. in L.1. C. de confessis cap. 1. de accusationib. in 6. cap. 3. §. si nautae de appellationib. in sexto. ex contrario probatione; nam haec a judiciali sententia tanquam mediu a fine distinguitur, nam a probatione ad sententia perveniri constat cap. quoniam contra de probat. p cumulgeti.

91. Sed hac sententia rejecta defendit confessione vere, et proprie probatione esse, et propugnat assertio quo nituntur oppositi dictaminis authores tex. scilicet in cap. 1. de confessis in 6.° ubi statuit propositiones negativas, quae probari non possunt, nisi per confessione adversarij, judices admittere posse; si aequitate suadente viderint expedire: ergo. confessio vere probatio est. 2.° pr. relatis principijs ex tex. in cap. in praesentia 6. de renuntiatione ubi docemur judice non semper ad unam specie probationis debere applicare mente sua; sed ex confessionib. allegationib., et alijs, quae in praesentia eius proponunt, firmare animi sui motu: apparet ergo confessione specie probationis esse. 3.° ex tex. in L. Publia 26. in fine ff. depositi. Ubi cu confessio quadam depositi facta

propo-

proponeret quæsitum fuerat, an ex ea scriptura obligatio aliqua orta videretur? et Paulus respondet ibi: Ex epistola, de qua queritur, obligationem ullam natam videri; sed probationem depositarum rerum impleri posse. Confert quod habet in l. 1. in fine ff. de interrogationibus in iure faciendis ibi: Sed tantummodo ad probationes litigatoribus sufficiunt ea, quæ ab adversa parte expressa fuerint. Non ergo abstrahenda est confessio a specie bus inartificiali perfectæ, et legitimæ probationis. 4.° hanc sententiam non obscure probant tex. in clementina constitutione in fine de electione cap. ubi ad sedem de restitutione spoliatorum deinde, et confessus etiam dicit convictus l. qui sententiam C. de poenis, et quasi convictus punitur ordinaria poena criminis l. qui adulteri C. de adulteriis, quo loci etiam iuris præsumptiona, quam vere, et proprie probationem esse in superioribus habetur confessio comparatur. Constat etiam convincere aliquem nil aliud esse, quam contra illum irrefragabiliter probare l. 2. C. quorum appellationes etc.

Isidorus in cap. forus de V. S. Respondet ibi non demonstrari propriam probationem solum in testibus, et tabularum fide consistere, ita ut alia probatio perfecte non extet, quæ his qualitatibus non constet, nam in d. iure; ut ex illius contextura, et adnotatis in superioribus non obscure apparet; solum proponit discrimen inter artifitiales, et inartifitiales probationes, scilicet argumenta; non tamen habetur exclusio probationum in testibus, et tabularum fide non consistentium. Unde ex illis verbis, testibus, et tabularum fide, non sequitur 92

reliquas impropriè probationes esse.

93. Minus obstat tex. in cap. causam de raptoribus. Nam illa verba vel ex probationibus Viri, vel ex mulieris confessione claruerit, non probant confessionem non contineri probationis appellatione; sed arguunt distinctionem personarum probantium; nam alia est probatio, quae ab illo fit viro fit; alia, quae a muliere per confessionem procedit. placuit igitur Pontifici viri probationes generali ~~[illegible]~~ probationem nomine appellari; mulieris vero proprio confessionis nomine. Ex quibus non infert propriam probationis notionem non continere confessionem in Iure factam; quia ex regulis Iuris, ut supra cavet; sufficienter deducit confessionem vere continere perfectam inartificialem probationem. Ex quibus patet etiam interpretatio ad tex. in l. 2. C. quorum appellationes etc. quia quo Iure praecise prior confessionem diversum includere modum probandi ab argumentis, testibus, et instrumentis; non tamen probationis appellatione non comprehendi.

94. Ad tex. in l. 3. et 4. ff. de interrogationibus in Iure faciendis Respondetur I. Cti mentem consistere in eo; nam cum aditio haereditatis sit difficilis probationis, ut habet in d. l. 3. necesse fuit difficultatem probandi aditionem haereditatis auferre ex interrogatione et responsione, simulque necessitatem, quae alias actori incumberet ex regulis Iuris.

95. Considerationi deductae ex tex. in cap. cum dilectus de fide instrumentorum cap. cum Ioannes eod. tit. ibi: non obstante, quod ipsa interrogatio Iuncto cap. fin. Adest singulari ratione post conclusum in causa confessionem validam; quia Iudicis officium est

est, ubi aequitas suggerit interrogare l. ubicumque ff. de interrogationibus in Iure faciendis cap. indicante 13. quest. 5. confert tex. in l. plane cum ibi notatis ff. de petitione haereditatis, et hac ratione confessio superveniens potest dici nova probatio emergens, quae postmodum fuit, aut dolo adversarij, prius occultata cap. Pastoralis vers.° nisi Iudex de causa possessionis, et proprietatis. Iunctis quae notant a scribentibus in l. admonendi 31. ff. de Iure Iurando.

Nec obstat q.° diciebat in superioribus nam contra praesumptionem Iuris, et de Iure admitti confessionem solum probat ~~[illegible]~~ potentiorem alijs probationibus esse confessionem, non vero diversam substantiam, et notionem. Licet urgent aliqua qualitates, quae praecipue confessioni, non vero alijs probationibus conveniunt; nam hoc speciali privilegio, et singulari quodam Iure procedit in probatione, quae fit per confessionem, et specialitas consistit in indubia illa fide, et evidenti rei ostensione, quae ex confessione indubitato profluit exordio. Qua doctrina donandi sunt tex. in cap. vestra. cap. ult. de cohabitatione clericorum, et mulierum cap. 1. de accusat. in 6.° Hinc dimanat legitime convicti, et confessi differentiam cap. nos in quemquam 2. quest. 1. cap. at si Clerici de Iudicijs cap. de hoc de simonia, quae non consistit in distinctione confessionis a probatione; quasi aliud sit probare, aliud confiteri; sed in diverso modo probandi, quoad effectum convincendi sola ratione distinctos, proxime relatis Iuribus; nam confessus aliquando etiam convictus appellatur l. qui sententiam C. de poenis l. quamvis C. de adulterijs. 96.

Penultimae rationi dubitandi R.det non esse legitimam consecutionem: hoc relevat ab onere probandi: ergo non est probatio 97.

Nam quando id quod relevat eiusdem generis est cum eo a quo quis relevat vere probatio est. Unde si quod ab onere probandi relevat, probatio non est, aut ostensionem rei dubiae, et obscurae in se non continet; tum procedit illatio. Ex contrario si quod ab onere probandi relevat, illud hic quidem probatio est, aut in se probationem continet. Et hac ratione est exaudiendum quod vulgariter, et frequenter dicitur: hoc relevat ab onere probandi, hoc est, ulterius non probandi; quippe instrumenti publici productio ab onere probandi relevat ex regulis in superioribus adductis, hoc est, ultra probandi actorem liberum, et tamen propriissima probatio est proxime laudatis Iuribus, et qui testibus intentionem fundavit, alia probationis specie non est onerandus cap. 2. de probat. et tamen non infertur testationes non contineri probationum appellatione cap. Forus de V. S. l. 1. ff. de fide instrumentor. cum vulgari. et hac pariter distinctione est intelligendum quod superius deducebat ex l. si post diem §. item si qua ff. quando dies legatorum etc. l. Iure Civili ff. de condition. et demonstrat. Lelius Mansinus Iuris sacri controversi ad h. tit. dissertat. 4. cap. 11. n. 20.

98. Minus obstat quod Auctores oppositae sententiae pro sua adducunt, scilicet confessionem magis rei Iudicatae, quam probationi accedere l. 1. ff. et C. de confessis, nam ista, et similia Iura; dum docent confessos pro Iudicatis habendos; non absolute proponunt confessionis, et rei Iudicatae indistinctionem propriam; nam illud, quod quodammodo tale est improprie demonstratur tale, et quoad effectum solum, et sic accipitur quod vulgariter dicitur confessionem adeo evidentem probationem esse; ut quasi Iuditialis sententia videatur fatente eo, qui aut contradixerat, aut contradicere poterit.

Unde

Unde Ulpianus in l. post rem 56. ff. de re iudicata 12 99.
post rem iudicatam, vel iureiurando decisam, vel confessione in
iure factam nihil quæri post orationem Marcij; qui in iure confes-
si, pro iudicatis habentur, quæ solum probant confessionem in iure fa-
ctam, quoad effectum habendi paratam executionem, assimilari rei
iudicatæ, quia pro iudicato confessus in iure habetur l. 1. ff. et C. de
confessis l. 4. C. de repudianda hæreditate l. 1. §. si quid in lite 7.
ff. si quid in fraudem patroni. Et hac ratione dicitur confes-
sionem in iure factam, adeo executioni mandari; ut nulla re-
maneant partes in iudice confitente; ut arbitretur, quantum
debeat, si confessus sit rem debere, quæ iam non extat l. proinde
25. §. ult. ad l. Aquil. l. qui Stichum 5. et l. ult. ff. de confessis. Rodriguez de exe-
Sed an hæc verificentur indistinctè in confessione facta ante litem cutionibus cap. 1. ar-
contestatam, vel non; ut ne immoremur, consulendi Duaren. ad tit. ticul. 2. ff. tot. latè
de confessis in princ. Bartol. in l. 1. ff. eod. Donel. lib. 28 cap. 1. Giobard. Larrea decis. granat.
pluribus adductis in manuductionibus ad praxim p. 2. precepto 5. n. 5. 49. n. 6=

Sed non est hic silentio involvenda huius regulæ singularis 100.
exceptio non solum in l. Aquilia, et alijs causis Civilibus in
confitente ullæ sunt partes Iudicis d. l. 25. §. notandum ff. ad Leg.
Aquil. ubi Scholiastes Græcus lib. 3. Basilicon tit. 30. ibi: Quia
enim confessione cognitionis usus in confitente. Ex contrario
in causis Criminalibus, in quibus post confessionem a fortiori
debet sequi sententia Iudicis l. 1. §. divus 17. ff. de custodia reo-
rum l. qui sententiam 16. C. de poenis. Eleganter Quintil. decla-
matione 314. ibi: Lex, quæ confessum punire iubet sententiam
ipsi Iudici reliquit.

Denique ad omnes leges, et Canones quibus ut distincta propo- 101.
nitur confessio a probatione, dupliciter respondetur 1.º quod confessio
quæ in se probatio sit ab alijs probationibus segregatur; quia diver-
sum habet modum, potioremque probandi effectum; ut in superioribus

demonstrat. 2º. q. in Iure, et praecipue Pontificio probationis nomine usurpat illa probatio, quae testibus, aut instrumentis constat, q. haec frequentissima probatio est, quod non obscure deducit ex cap. fin. de V. S. Hoc non est novum in Iure, ut generali appellatione aliqua species iungat, quae peculiari, et proprio nomine connotet arg. tex. in l. 3. et 4. ff. de interrogationibus in Iure faciendis l. inde Neratius 23. ff. ad leg. Aquil. Lelius Mancinus Iuris Sacri controversi ad h. tit. dissertat. 4. cap. 12. n. 25. Ex quibus apparet etiam interpretatio ad tex. in cap. cum causam de raptoribus.

102. Adhuc superioribus opponit; nam post confessionem non debere sequi sententiam, nec Iudicium suscipiendum docemur ex tex. in l. si domus 71. §. 1. ff. de legat. 1. iuncto Paulo Lib. 5. sententiar. tit. 5. §. 2. ex quo deducitur damnari non debere, qui ultra confessus est; nam scribit Paulus confessis tempora solutionis praestituta ex die confessionis computari, q. non verificaret si post confessionem sequeret sententia, quae omnia disertius prodita sunt in l. proinde 25. §. ult. ff. ad Leg. Aquil. quo loci expresse cavetur nullas esse partes Iudicij in confitentes.

103. Rdet. hanc considerationem solum probare aliquos effectus rei Iudicatae esse confessioni peculiares, q. sicut per sententiam, et Iusiurandum dicit res decisa, et finis litibus impositus sic per confessionem in Iure factam l. 56. ff. de re Iudicata, sed non eodem modo, in quo consistit diversitas confessionis à re Iudicata, et Iureiurando; nam ex confessione, qua quis asserit se hominem occidisse, non falsò, sed vere non nascit propria actio Paulus Lib. 2. sententiar; sed manet eadem, qua qui confessus est tenebatur, id est legis Aquiliae l. 25. §. ult.

ff. ad

Haec sententia comprobatur 1.° ex tex. in cap. vlt. de successionib. ab intestato, quo loci vnus testis, et fama, quae sunt diversi generis, duae semiplenae probationes coniunguntur. 2.° ex tex. in cap. praeterea 27. h. t. vbi fama, et testimonium de visu, vel ex alijs adminiculis desumptum, quae pariter duae semiplenae probationes diversi generis coniunguntur duae semiplenae probationes diversi generis, vt sunt testes, fama, et et alia adminicula - 157.

Quarto facit, nam vbi plurimae semiplenae probationes in vnum rei finem conveniunt, coniungi valent ad constituendam plenam, atque imperfectam inartificialem probationem l. qui sententiam 16. C. de poenis, nec ibi datur aliqua distinctio inter semiplenas probationes diversi, et eiusdem generis: ergo nec a nobis admittenda; nam vulgare est quod ibi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus l. de pretio de publicia in rem act. est etiam pro hac sententia tex. in l. instrumenta §. C. de probationib. 158.

Adeo verum est vnum testes, et famam duobus testib. probatam, quae sunt duae 159.

semiplenæ probationes posse conduci ad efficiendam perfectam obtensionem rei dubiæ. d. cap. fin. de succes. ab intestato. Cap. cum causam 13. h.t. cap. 27. de testib. et atestationib. cap. 1. de appellation. Menoch. lib. 1. de presumpt. presumptione 41. n. 4. et adducti in superiorib. ut extendatur etiam si unus testis probet veritatem, et ipse, et alius probent famam, nam in hoc casu certius est ad plene probandum in causa Civili recte coniungi Jasson in repetit. Legis admonendi de iureiur. n. 257. Baldus in L. Gallus §. ille casus. de liber. et posth. n. 3. Parisius concil. 57. n. 23. lib. 1. Socinus Junior concil. 99. lib. 2. n. 24. quamvis dissentiant Alexander de Imola in L. gallus §. ille casus. ff. de lib. et posth. colum. 7. n. 14. et concil. 151. in fi. lib. 3. quæ sequitur Gramaticus decis. 28. n. 4.

160. Quæstionis est an in causa Civili, adeo gravi, ut Criminali æquiparetur; duæ semiplenæ probationes coniungantur? negativa tenenda est ex traditis a Menochio lib. 1. de præsumpt. presumpt. 41. n. 11. Franc.co Ripa in d. L. admonendi n. 206. vers. quanto fallit Alexandro concil. 143. lib. 2. n. 4. ~~Socinus~~ Zarii concil. 3. volum. 2. colum. ult. Decio in cap. veniens 10. de testib. et atestationib. colum. penul. et concil. 131. colum. 1.

161. Quæritur etiam an sicut duæ semiplenæ probationes ad constituendam plenam probationem coniunguntur, pariter duæ, vel plures presumptiones coniungantur? et magis est ut dicatur plures presumptiones in causa Civili non ardua coniungi posse. ex contrario in causa Civili arduo, vel Criminali, in qua ad pœnam corporis, vel sanguinis irrogandam agitur. Menoch. de præsumpt. lib. 1. presumpt. 4. Bald. in L. si quis ex argentarijs 6. §. quod 2. ff. de edendo. n. 4. Jasson in repetit. Legis admonendi 31. ff. de iureiur. n. 257. Campegius in tract. de testib. regula 363. Felinus in cap. cum causam 13. n. 11. huius asserti ratio est, quia causa Civili ardua æquiparatur Criminali, in qua semiplenæ probationes non possunt coniungi L. fin. C. de probation. L. qui sententiam 16. C. de pœnis Gailius lib. 2. de pace publica cap. 7. n. 13. 14. et segg. Minsing. centur. 5. Observ. 33. Crotus

tract.

tract. de testib. p.te 7. n. 133. Iason in d. l. admonendi n. 251. Hipolitus Marsilius in pract. criminali §. expedita n. 77. ✠

Vltimo queritur an duæ plenæ probationes in sua specie perfectæ ratione vero principij, et finis imperfectè coniungi possint, vt perfectam probationem efficiant, quæstionis species ita concipienda est. Intendit quis præscriptionem decennij probare duo sunt testes deponentes de vno quinquennio, alij duo de alio in his probationibus per se quidem plenè probantib. de singulari quinquennio datur perfecta probatio in re, et ratione principij, et finis imperfecta, q.a adequati decennij non datur ostensio, in relata specie tenendum est prædictas probationes in sua specie plenas, atque perfectas coniungi posse, dummodo reliqui testes, qui de 2.o quinquennio deponunt intelligantur de eo quinquennio q.d immediate secutum est, et 1.o aderet ex contrario, si non illa formalitate deponunt, q.a ad inducendam præscriptionem necessario desideratur ex regulis Juris continua possessio, obseruant Crotus in tract. de testib. p.te 7. n. 138. Bald. in l. indicia C. de rei vindicat.e Jason in repetit.e l. admonendi 31. de iurejur. n. 264. et in l. cum antiquitas C. de ttt.is n. 11 sub fine. 162.

✠ Albericus de Rosate in l. excusantur 2. §. vlt. de excus. tutor.

Pro coronide huius capitis est comendanda scitu digna probationis species, quæ consistit in purgatione canonica, nam hæc est inocentiæ alicuius criminis de quo quis difamatus est canonicè facta ostensio, seu demonstratio. q.d n̄ obscurè deducitur ex tex. in cap. 3. et 4. de purgatione canonica l. his qui reus ff. de publicis judicijs l. reus C. de procuratorib. cap. presbiter, et cap. seq. vsq. ad finem causa secunda quest. 4. Hæc probatio ex purgatione decendens inoscentiam plenè demonstrans dicitur canonica, q.a vulgari opposita jure canonico improbate ex tit. de purgatione vulgari, quæ ita appellabatur quasi a vulgo, et instigante diabolo inuenta, quæ fiebat per duellum, per aquam calidam aut frigidam, vel per ignem, id est ferrum candens, et per alia simi- 163.

sia. cap. ex tuarum 8. de purgatione canonica. cap. 1. et fi. de purgatione vulgari, plura huius rei exempla adducunt Covarruv. to. 4. variar. cap. 23. Petrus Gregorius syntagm. iuris to. 48. cap. 35. Innocentius Cironius ad tit. de purgat. vulgari, hinc purgatio canonica dicitur sacramentum, seu iurandi formula a patribus instituta criminis obiecti diluendi, vel inocentiae probandae causa, quae tantum in defectu aliarum probationum admittitur cap. presbiter 2. quest. 5. cap. moniales. cap. quoties. de purgatione canonica, haecque in manifestis, et notorijs non admittitur cap. curae 11. quest. 3. cap. cum dilectis de purgat. canonica, nam ubi crimen notorium est, vel aliter probari potest, vel adsunt indicia ad torturam, non est indicenda purgatio d. cap. cum dilectis late Joannes de Vanagel in summa honorij ad tit. de purgat. canonica.

164- Hic modus luendi, et diluendi crimina antiquissimus est in ecclesia, ut in defectu probationis reus diffamatus ad purgationem per episcopum diocesanum cogatur cap. 1. de officio, et ordinarij in prima compilatione, in sacerdotibus vero improbatur, maxime si sponte fieret, ut ostendit Cornelius Papa, qui saeculo Apostolorum floruit epist. 2. relata in cap. sacramentum 2. ques. 5. hic autem modus est procedendi in indicenda purgatione canonica. Si clericus de crimine sit accusatus infamatus episcopus praefingit terminum accusare volentibus, et si aliquis comparuit auditur canonice cap. omnibus 2a. ques. 4. cap. 1. 15. ques. 5. cap. ex tuarum §. qa vero de purgatione canonica, et ibi communiter scribentes, si accusator non apparet, tunc episcopus pro suo arbitrio, aut procedit ad inquisitionem cap. qualiter, et quo el segundo de accusation. cap. si quid vero 86. distinctione etiam si infamatus paratus sit se purgare, et inocentiam purgatione demonstrare, quia per hanc negativa probatur per inquisitionem affirmativa, et quando haec probari potest non est super negativa admittenda probatio arg. tex. in cap. ad nostram de probation. l. 2. ff. eod. Joannes

Andreas

Andres, et Bosch in cap. inter t. aut ad purgationem abrogeo qd premitatr inquisitio cap. cum dilectis, et ibi Panormit. de purgat.e canonica distinctione habita infamia orta ex delicto successivo, qd tunc praecedere debent necessario monitiones. Panormit. in cap. ex tuarum. de purgat.e canonica, vel provenientis ex delicto momentaneo, vt est furtum, homicidium, et Simonia, in quib. episcopus potest praecissis monitionib. procedere ad indicendam purgationem canonicam, et huius debet exitum expectare cap. nomen 2. quest. 1. cap. fi. de purgat.e canonica.

Purgatione indicta reus tactis Sacrosanctis Evangelijs jurat se crimen obiectum non perpetrasse nec per se, nec per submissam, aut tertiam personam, neq. aliquem suo nomine se sciente comisisse cap. quoties S. de purgatione Canonica. Valensis in paratit. ad d. tit. deinde reus adhibet sibi compurgatores interdum duodecim, interdum septem, aliquo pauciores, plures qe cap. 8. et 20. de purgatione canonica pro arbitrio Judicis pro arbitrio Judicis, qui pro qualitate delicti, et personae compurgatorum numerum determinare potest d. cap. 8. cap. cum p, in fi. de accusation. debentq. compurgatores esse vicini, et probatae vitae. cap. cum dilect. 11. de purgatione canonica de nullo crimine condemnati, vel suspecti. cap. constitutus 9. eod. tit. et tenetr jurare tactis Sacrosanctis Evangelijs reum crimen obiectum non comisisse, et verum jurasse, hocq. argumentum compurgatorum est credulitatis rei vero veritatis cap. quoties de purgat.e canonica cap. de testib. 13. eod. tit. 165.

His solemnitatib. non interessentib. si reus diffamatus in purgatione defecerit, vel qa nolit jurare, vel qa non inveniat compurgatores, qui eum expurgare velint, tanquam convictus de crimine authorq. celeboris obiecti puniendus est cap. de hoc 11. cap. insinuatum 13. cap. de simonia ex contrario purgationem praestat absolvitr, qd canonice proponitr demonstrata innocentia. cap. et tuarum in fi. de purgatione canonica. cap. omnib. cap. mera. cap. Presbiter 2. ques. 5. Joannes de Vanajel in summa Honorij ad tit. de purgat.e canonica n. 11. 166.

Praefatus author vbi supr. tenet purgatione canonica solemnitr interessente posse iterum diffamatum accusari, si accusator vult in se 167.

onus probandi suscipere, quod sententia fuit lata ex probatione non integra, nam testes scilicet conjurgatores juraverunt de credulitate, ipse vero reus de veritate, ut habetur in superioribus et sic comperta de novo probatione sententia rescindenda arg. tex. in l. admonendi 31. ff. de iurejur. junctis traditis ubi supra, distinctione iurisiurandi ex sententia qua defectu ut haec nunquam rescindatur. Jusjurandum vero ex contrario per adinventionem instrumentorum noviter emergentium.

168. Sententia Joannis de Vanagel sustineri non potest, nam quod absoluto reo per purgationem canonicam iterum audiatur accusator, et probatione comperta rescindatur senta non procedit ex eo, ut ex non integra probatione censeatur lata, sed quod pronunciatum est ex probationibus privilegiatis, ut est jusiurandum, ex quibus sententia lata nunquam transit in judicatum Angelus in l. 1. C. sententiam rescindi non posse Diaz regula 661. Junctis his quae in superioribus dicta sunt de juramento o nostra sententia potest expendi tex. in cap. interius de purgat.e canonica, ubi Decanus ob culpabilem familiaritatem cum hereticis fuit difamatus, et suspensus, et purgatione canonica restitutus, ex quo jure dicendum non solum inocentes, sed eos qui culpas comisserunt restituendos esse per contra inferendum effectum purgationis canonicae in eo consistere, ut ita absolvatur reus, ut in pristinum statum restituatur cap. omnibus cap. mena cap. presbiter 2.o quaes. 5. quae non poterant verificari si purgatio canonica non esset perfecta inocentiae demonstratio. et haec de hoc cap. sufficiant =

Cap. 4.um Cuius sit probare =

Queritur

Queritur in hoc cap. uter litigantium probare debeat [struck through] 1.
reus ne, an actor q. simpliciter non est diffinibile, atentis di-
versis vitiorum circumstantijs nam ex actionis, vel exceptionis
genere, ex rei conditione, de qua controversia est aliquando actor,
aliquando reus, aliquando uterque probat. Donel. lib. 25. commentar. cap. 2.
unde ita constitutum est, ut quisque intentioni suæ, sive in acti-
one positæ, sive in exceptione fundamentum probare co-
gatur, statuente generali regula, qua cavetur onus proban-
di incumbere actori affirmanti, non vero neganti reo. l. 2.
l. quinquaginta §. nam si creditur l. quotiens §. qui dolo l.
protinus l. factum 9. ff. de probat. l. fin. C. de solut. novella 18.
cap. 8. hac ratione qui dicit se indebitum solvisse probare de-
bet l. ~~qui~~ cum de indebito 25. ff. de probat. et Creditores
qui dicunt filium se immiscuisse hæreditati paternæ, et
ob id solutionem debitorum Patris desiderant, probare de-
bent imixtionem filio reo negante Alexander in l. sicut
dotes 22. §. transgrediamur 12. ff. soluto matrimonio
n.º 10. Menochius lib. 4. de presumpt. presumpt. 49. n.º 45.
et seqq. conferunt tex. in l. qui accusare 4. C. de e-
dendo l. fin. C. de rei vindicat. l. actor 23. C. de probat
l. in exceptionib. 19. ff. eod. cap. accusator 6. quæst. ult. cap.
fin. de iureiurando cap. 1. vers.º cum enim, ut Eclesiasti-
ca beneficia etc. Mascardus de probat. conclusione 36.
Dueñas regula 2. Alciat. de presumpt. regula 3. presumpt.
2. Ant. Fab. de erroribus pragmaticor. decade 19. cap. 5. ex ~~ex~~
n.º 1. et cap. 1. ex n.º 1.

Ex his necessaria illatione deducitur spoliatum agentem si- 2.
mul possessorio, et petitorio iudicio probantem spolium; non

vero

vero proprietate in possessorio obtinere, in petitorio vero succumbere cap. cum ecclesia sutrina de causa possessionis, et proprietatis. è re sunt tex. in cap. 1. cap. 4. cap. 6. de restitut. spoliatorum cap. 2. de capellis monachorum cap. constitutus de filijs Presbit. observant, et disputant Nicolaus Garcia th. 1. de beneficijs 5. p. te cap. 5. nº 89. Mascardus de probat. th. 1. ctone 1326. Menochius de recuperanda possessione remed. 15. a nº. 396. Fachin. lib. 1. controv. cap. 17. nº 10.

3. Relati Inocentij 3.ⁱ responsi ratio in d. cap. cum ecclesia Sutrina illa est; nam vt ex contextura dicti oraculi non obscure apparet possessorij, et petitorij Iudicij ab omnibus fuit deductum, et sic vtrumque simul actum, et pronunciatum clericos debere obtinere in possessorio; quia interdicto recuperandae sufficit possessionem, et spoliationem probare l. si quis ad fundum 5. C. ad leg. Iul. de vi et clericos probantes in electionibus trium episcoporum interfuisse, et eis exclusis vltima electionem celebratam extitisse restituendos; privari tamen debere a proprietate, quod tanquam actores tenebantur plene probare possessorium, et petitorium in Iudicium deductum ex stabilita regula legis secundae l. ab ea parte ff. de probat. cum proxime adductis, et hac ratione, quia illi, vt actores non probarunt necesse fuit succumbere, et alios liberare d. cap. cum ecclesia Sutrina.

4. Proposita regula non solum obtinet in Civilibus, sed etiam in Criminalibus cap. placuit 2. quest. 5. l. qui sententiam 16. de poenis, quibus Iuribus extat dispositum accusatorem teneri probare suam affirmationem notant glossa in l. qui accusare

cusare 4. C. de edendo in verbo actore Marsilius in l. de minore §. tormenta nº. 4. ff. de questionib; et alij lauda-ti a Patiano de probat. lib. 2. cap. 7. nº. 2. idem Iuris est in inquisitione, in qua cesante accusatore procedit ex Iudicis offitio; nam illius inquisitio succedit loco libelli ac-cusatoris, sicut Iudex inquirens habet et succedit accu-satoris loco Bartol. in l. quereta C. ad Leg. Cornel. de falsis Alexander concil. 64. ad quam inquisitionem adeo Iudex necessitatur ut si aliter se gerat ut Concius crimina te-gere cenceatur. celebris licet vulgaris tex. in l. 2. C. de com-mercijs, et mercatorib; Angelus de questione, et tortura reorum in proemio n. 3. hinc decendit Iudicem inquirentem teneri probare omnia inquisitione contenta, ut ex proposita regula deducunt Alexander concil. 1. in prin. volumine 3. Pur-puratus in l. qui accusare C. de edendo, et alij, quos sequi-tur Pacianus de probation. lib. 1. cap. 7. n. 3.

Nec obstat quod vulgariter deducitur ex tex. in l. ubi falsi C. ad Legem Cornel. de falsis ubi onus probandi in criminali causa non in totum incumbit authori, ~~ubi~~ ut videtur probari ibi: nec pro-bationis ei tota necessitas indicatur, nam omisso inditio asserentium causam falsi non comprehendi generali regula, etiam si in crimi-nalib; verificetur; dicendum est Imperatorem non absolute statuere non esse indicendum onus probandi actori, sed reo, sed solum san-cire, et commendare quantum, et quale debet esse Iudicis officium in hac re; ita ut medius constituatur inter actorem et reum, utrumque se interrogans, ut melius adinveniatur veritas Donel. lib. 25. comment. cap. 23. 5.

Ex relato communi Iuris dicterio infertur quod cum is, qui petit creditum, teneatur probare sibi esse debitum; pariter et debitor, qui 6.

affir-

affirmat se soluisse debet solutionem probare legitime l. 12. veri.° nam si credditum l. 2. ff. de probat. l. fin. C. eod. l. fin. C. de solut. q.d in hac specie reus actoris partes sustinet, et tenet exceptionem probare l. in omnibus ff. de probat. foro 43. de testibus. pro actore ergo habet ille, et partes illius sustinet, qui necesse habet de iure suo probare. Bartol. in l. prinusquam ff. de novi operis nunciatione, et relati a Castillo de tertijs cap. 12. n.° 21. et cap. 7. n.° 9. Convenit tex. in l. 16. C. de probat. ubi non alia ratione Imperator rescribit filios emancipatos, qui adversus alios fratres praedia donata sibi a communi patre dicebant compellendos probare, et si possessores essent, nisi q.d partes actoris sustinebant; ut non obscure infert ex d. l. 16. ita communiter scribentes ibi.

7. Deducit etiam, q.d q.do ex parte actoris est aliqua praesumptio, tunc illa habet pro fundata actoris intentione; donec reus contrarium probet l. 1. ff. de privilegijs fisci l. 2. C. ne uxor bonus tex. in l. generaliter §. sed si 8. ff. de fideicomissarijs libertatibus, quo loci docet Vlp. Quod cum ex praesumptione testatoris praestita videat libertas in specie, de qua in d. §. 8. servum fidei comissariam libertatem sibi relictam affirmantem arceri a necessitate probandi, et haeredem negantem teneri probare; q.d intercedente illa praesumptione intentio servi habet pro fundata: et sic nill mirum quod haeredis rei sit probare ex proposita regula d. legis. l. C. de privilegio fisci cum supra laudatis conferunt tex. in l. nuptura 57. ff. de iure dotium l. 15. ff. de probat. l. si extraneus 6. ff. de conditione causa data, causa non secuta iunctis tradditis a Decio in cap. novit de iudicijs in fi. et concil. 175. et 177. in princ.° Craveta concil. 129. in fi. et concil. 134. n.° 10.

8. Certi iuris est tacitum fideicomissum, scilicet illud, q.d palam non

velin-

relinquit in t.to sed tacite legis Iuliæ, et Papiæ elidendæ, aut fraudandæ causa, interposita cautione domestica, aut chirographo ab hærede, aut data fide de præstando fideicommisso ei, qui capere non potest l. in tacitis 113. ff. de legat. 1. l. in fraudem 10. ff. de his, quib. ut indignis. esse ab hærede auferendum, et aplicandum fisco l. 3. in prin.o ff. de iure fisci iuncta l. 3. ff. si certum petat. l. in fraudem 10. l. hæres ✱ 11. et seq. l. cum qui 18. et toto tit. ff. de his quib. ut indignis l. beneficio 59. § 1. ff. ad leg. falcid. l. 40. l. 42. l. Statius Florus 48. iuncta l. seq. ff. de iure fisci cum alijs adductis a Petro Gregorio lib. 42. syntagm. iuris cap. 29. n.o 4. et 5. Peregrino de iure fisci lib. 3. tit. 11. n.o 5. et tit. 19. Cuiac. in l. 1. ff. de iure fisci et lib. 9. responsor. Papin. l. 3. ff. de probat. Garcia de tacito fideicommisso post tractatum de expensis.

His itaque prælibatis venit luce donandum elegans et obscurum Papiniani responsum relatum in l. 3. de probat. quo loci docet tacito fideicommisso ab hærede instituto in fraudem legis relicto priori t.to; si alio condito idem hæres proponat institutus ulla fideicommissi mentione facta fisco vindicanti, quod tacite relictum erat priori t.to quasi repetitum etiam tacite 2.o probationem non incumbere. sed hæredem contentum debere probare prioris voluntatis mutationem, quod difficile videtur, quia fiscus in hac specie erat actor, hæres reus; et ex regula generali in superioribus propugnata actoris, non rei est probare, deinde huiusmodi fideicommissum non poterat ad fiscum pertinere, quia primo t.to in quo relictum fuerat, factum fuit irritum 2.o t.to in quo nulla mentio erat fideicommissi: quod et quod tacite relictum erat toto tit. ff. de iniusto rupto cum vulgatis his rationibus minime suggerentibus elegantissima ratione docet Papinianus fi- 9.

deicommis-

deicommissu debere, et mutatae voluntatis probatione habeat haerede, q.a praesumptio vehemens stat pro fisco, q.d testat a priori voluntate fideicommissi non recesserit, cu haerede non mutaverit, quippe commutatur t.tu. et haeres n.s mutatur videtur in eo magna fraus, ut patet in d. l. 3 ibi cu Secreti suscepti ratio, id est tacita fides plerumq. d.nu rerum, scilicet testatoribus astipulante Cujac. lib. 9. responsor. in fin. in d. l. 3. persuadeat eos ita haeredes scribere, quorum fid elegerunt. Unde tacitae fidei interposita causa, ut habetur in te ibi: Secreti ab eo suscepti ratio, et tenent Cujac. ubi sup. praesu mit testatore, mutasse voluntate, ut maiore nube fraudis lu ae obijceret immutatione t.ti. non mutato haerede, ut fideico missu mutatu intelligeretur, q.d tamen omnino praestare vole bat, et haeres caverat se restituturu; et praesumptio di manat ex eo, q.a plerunque hoc soliti sunt facere testatores, ex quo ducuntur praesumptiones. L. 9. ff de probat. q.a plerumq tam haeredibus n.ris, qua nobis met ipsis cavemus. haec praesumptio a Fisco transfert onus probandi mutatione volun tatis in haerede arg. tex. in l. generalit. §. si petitur. ff de fidei comiss. haeredit. libertat. L. 22. ff de probation. l. fideicommissor. §. si res. de leg. 3. q.d n. longe distat a senta tex. in l. Statiu Florus de iure fisci, ut observat Cujac. ubi prox. consulendu Donel. lib. 25. com. cap. 2.

10. Non est hic ommittendu breviter annotare q.d ad hoc, ut lo cus sit Fisco, q.a tacitu fideicommissu relictu est, n. sufficit prob re testatore rogasse tacite, sed requiri haerede, huic roga tioni annuisse de restituendo fideicommisso incapaci, quippe delictu haeredis consistit in fidei accomodatione L. 3. in p. ff de iure fisci. ibi: sed domestica cautione obligaret se ad praestandu rei. L. in tacitis de leg. 1. ibi: obligaret se ad prae standu. L. 10. ff de his quib. ut indig. ibi: vel aliud tacite promittit. Sed an requiratur ut locus sit fisco, praeter accomo datione fidei probare actuale restitutione fideicommissi fa

cta

cta incapaci, dubitari solet; rone dubitandi movet decisio tex. in l. 3. C. ad Leg. falc. ubi glosa verb. administrasse exponit solvisse. Unde videtur inferendum necessaria esse solutionem, sive actuariam restitutionem, ad hoc ut fisco locus sit, et appareat sufficienter probatum fideicomissum tacite relictum. Augetur difficultas ex tex. in l. si par 10. §. 1. de inoff. ttº. ibi: nisi in totum administrabit, quæ vox interpretatur, id est restituit; ut tenet Gotofr. ibi: igitur ad probandum fideicomissum tacite relictum esse, necesse est probare actualem restitutionem. Sed hoc iure utimur, ut non sit necessaria probatio actualis restitutionis factæ incapaci; sed sufficiat ostensio accomodationis fidei hæredis gravati, ut notant Salicetus in d. l. 3. Imola in l. in tacitis 103. de leg. 1. et probant tex. in d. l. 10. et 11. ff. de his quib. ut indignis. Quib. iurib. delictum hæredis in accomodatione fidei censetur consumatum.

Nec obst. q. cavetur in d. l. 3. C. ad leg. falc. nam yaris, qua utitur Imperator Alexander scilicet administrare fideicomissum, solum denotat accomodationem tacitæ fidei, non vero solutionem aut actualem restitutionem fideicomissum, nam in d. tex. administrare fideicomissum, nihil aliud est, quam curam gerere taciti fideicomissi interposita domestica cautione, aut data fide de restituendo fideicomisso incapaci, sicuti administrare res civitatis dicitur curare l. 1. et toto tit. ff. de administrat. rerum ad civit. pertinentium. l. praeses C. de transaction. 11

Nec destruit propositum propositum placitum tex. in d. l. 10. §. fin. de inoff. ttº. nam J.Ctus mens consistit in eo, ut nullus ad agendum de inofficioso admittatur, nisi qui petit legatum, non suo sed alieno nomine, quia ex necessitate agit ex eo q. administrat negocia alterius, ut est tutor, unde aperte comprobatum apparet nostrum iudicium decisione tex. in d. l. 3. C. ad leg. falc. in cuius specie minime fuit facta restitutio incapaci si cu- 12

liter expendantur verba illa: cum quarta, quae aufertur haer qui contra Legem fidem suam obtulit etc.

calculum praebent tex. in L. Imperator 12. §. fin. de fideicomm. libert. ibi haereditate a Fisco vendicata, quod tacite quis ro tus erat ei, qui capere non poterat restituere L. 40. ff de fisci, ex quibus Juris necessaria illatione deprehenditur, cenc fraudem Legi factam ante restitutionem cum solum desiderent h redem fidem suam interposuisse domestica cautione, aut c grapho-

13. Infertur ex praeiacente doctrina interpretatio ad tex. in o num, obscurum, et difficilem in L. 1. C. de Iure fisci lib. 10. in q

7. specie Fiscus non singulari privilegio, ut aliqui tenent in Iure agens contra Patris donatoris bona non negantib. f esse paterna, asserentib. antecedenter ad delictum Patris, ratione fiscalem fuisse donata arcetur à necessitate pro di, et allegatio contraria a filijs est probanda, ut haber ~~illo~~ relato Jure, nam in illa specie per confessionem filiorum stabat praedia fuisse patris, et per conts illius perpetuo fu nam qui semel probatur dnus semper talis praesumitur nis contrarium probetur L. 11. ff finium regundor. Juncta regula in L. id quod nrum. de R. I. L. 3. §. in admittenda. de adq possess. Junctis traditis ab scribentib. L. sive possidetis 16. probation. Si ergo illa praedia apud Patrem manserunt, d ducitur ex ratione fiscali, et administratione fisco esse obligata, et posse ex eis debito suo satisfacere quando pater habet aliunde unde solvere, et sic donatione perfecte ce brata nascitur praesumptio, quae suadet in fraudem fisci cred

8 toris fuisse celebratam donationem, arg. tex. in L. omnes 17.

§. Lucius

§. Lutius ff. ~~que~~ quæ in fraudem creditor. et sic appa- 9 = Ottalió 65
ret fundata fisci intentio arg. tex. in L. 1. C. de privi-
legio. L. 2. C. ne uxor etc. et actor fiscus dicitur fun-
datus prædic. præsumptione, ut eleganter docet D.
Fran.cus de Amaya ad L. 1. C. de Iure fisci n.
qua admisa necesse est filios
donatarios, nisi probent donationem præcessisse
rationem fiscalem arg. tex. in L. in exceptionib. 19. ff.
de probation. cum supra laudatis Iurib.

Hinc convincendi asserentes fiscum in d. L. 1. C. de 14-
Iure fisci singulari privilegio etiam si actorem non com-
pellendum probare ex contrario donatarios reos
contra tex. in L. actor. 23. C. de probation. L. 4. C.
de edendo L. cogi 11. C. de petit.e hæredit. Iunctis
laudatis a Menoch. tit. 25. cap. 2. et in L. sive 16.
C. de probation. Huius iudicij sunt Ripa in L. si
debitor n. 7 ff. de pignorib. Bart. et Platea in se-
la ~~L~~ L. 1. C. de Iure fisci tit. 20. Covarruv. tit. 1.
Variar. cap. 16. n. 2. et alij adducti a Barbosa
in L. 12. n. 13. ff. soluto matrim. nam fiscus iure
communi agit in casib. in quib. non apparet ex-
presse privilegiatus, ut latè probat D. Fran.cus de
Amaya tit. 3. observ. cap. 12. n. 24. et faciunt
tex. in L. si quando C. de inoff.o test.o cap. hodie 15. de
R. I. in 6.o

Nec obstat quod dicta Lex collocatur sub tit. C. de Iure 15.
fisci, quæ non collocaretur, si aliquod singulare fisci
privilegium non contineret, nam fiscus in præfato
Iure egit tanquam privatus, ut habetur ibi quod citra
fraudem creditorum, quæ verba non ita concipererentur
si concernerent privilegium. Videndus Larrea in de-

ricione Granatensi 35. n. 45. et 46. Deindeq. rubrica C. de Iure fisci lib. 10. non solum agitur de privilegio aliquo particulari fisci, sed etiam de Iure communi, quod ex generalibus dispositionibus competit vt in L. 2. in fi. C. de Iure fisci lib. 10. iuncta L. de rebus 13. C. de donat. ante nup. conferunt tex. in L. ante omnia 23. ff. de probat. L. quae nondum 15. §. quod dicitur ff. de pignoribus

nec superiorum temporum apocas teneatur exhibere ad probandam praeteriti temporis illationem, ita ex tex. in L. 3. C. de apochis publicis lib. 10. inferunt omnes, et extat dispositum foro 40. de Iure emphyteutico, nam in specie triennij lapsus vim probationis legitime continet argumento eorum, quae de triennio deducuntur in Iure ex tex. in cap. literis cum alijs de frigidis, et maleficiatis. L. fin. C. de repudianda haeredit. L. vnica C. de sentis contra fiscum L. 2. C. de numeratis novel. 15. quae est authentica de monachis cap. 2. Sanchez de matrimo. lib. 7. disp. 108. et seq.

17. Huius rei ratio est, nam praesumit Lex, aut statutum, eo ipso quod ostenduntur apochae trium annorum cohaerentium in tempus elapsum, et praeteritum liquidam, et non obscuram probationem interfuisse arg. tex.

tex. in l. non est necesse 11. de probat. l. 1. C. de filii-
comissi, quod ex nostro foro 40. de Iure emphiteutico ita
exaudiendum est, si protestatae non sint apochae, nam
interessente protestatione contrarium dispositum est,
ut expresse habetur in d. Iure, sed quae cohaeren-
tia annorum sit in hoc hypotesi necessaria, ut
locum habeat municipalis decisio videndi Accurs.
in l. 3. C. de apochis publicis verb. sibi, et verb.
annorum Mascard. de probat. clone 1321. n. 12.
Fachineus lib. 3. controvers. cap. 89. Graveta concil.
113. n. 1. in fi. cum seqq. Iuxta regulam dictantem ab
eo exigendam probationem contra quem praesump-
tio facit l. ult. ff. de eo quod met. caa § generalit.
24. § sed ita 8. ff. de fideicomiss. hereditat. l. cong.
tura § 57. ff. de Iure dot. cum alijs in superioribus lau-
datis necessaria illatione commendatur praesump-
tione adversus condicentem facere non ei credden-
dum affirmantem se indebitum soluisse l. 25. de
probat. Donel. lib. 25. com. cap. 3. quibus con-
vincendus Duarenus ad tit. de condictione indebi-
ti cap. 11. dum in questione illa celebri utrum solu-
ti ex causa legis Aquiliae detur repetitio si indebi-
tum solutum fuisse appareat in effectu pro reddenda
ratione decidendi ad tex. in l. ea quae 4. C. de
condict. indebiti § ult. inst. de obligation. quae
ex quasi contractu expresse contra sancitam re-
gulam respondet.

Descendit etiam ex his quod quamvis actoris sit pro-
bare aliquid ex confessione rei hoc onus, quod actori
incumbebat in reum confitentem transfertur quod eve-
nit quando confessus in Iure, ut pretextu [illegible] ex
oris confessione revocare in qua specie Iudicij 18-

sententia desiderat in l. Julianus, juncta l. 5. ff de confessis, Suarez ad Leg. Aquil. lib. 3. cap. 4. n. 15. nascitur hanc probationem non possit actor detrectare supra laudatis Juribus confessio illa in illo prodest actori, ut totum onus probandi subire cogatur reus extat elegans decissio tex. aliàs difficilis in l. 23. §. ult. ff ad Leg. Aquil. ibi: hoc enim remittere actori confessoria actionem, nec necesse habeat docere eum excidisse. Suarez ubi prox.

19. His omnibus consequens est asserere probationem malè gesti non esse exigendam ab actore, sed a reo conveniendo quia in hac contingentia partes actoris sustinent Magistratus, unde certi juris est pupillo contendente contra Magistratum eo colore, quod tempore dationis tutoris fideiussores non fuerunt idonei juxta tex. in l. 1. § 11. ff de magistratibus conveniendis non teneri probare sed Magistratus esse docerent fideiussores tunc non existente solvendo tempore dationis tutoris fuisse idoneos l. 11. ff de probation. quod non ea ratione procedit, ut vulgariter D.D. existimant, quia in hoc casu pupillus juvatur presumptione quod ex puti incapacitate in praeteritum presumatur non extitisse fideiussores idoneos, quod acriter impugnat Donel. ubi sup. ex tex. in l. 4. de probat. l. 3. C de edilitio edicto, sed quia magistratus fuit ab initio providere, ut pupillo caveretur d. l. 11. et illud omnibus officijs commune est, ut cuilibet teneatur reddere rationem officij commissi, vulgata l. 2. ff. de negocijs gestis. Donel. ubi sup.

8. 20 Ex eodem prin.º profluit in duplicibus Judicijs, scilicet familiae haerciscundae, communi dividundo

Et finium

finium regundorum, in quibus Vterque actor, et reus cenae-
tur quemlibet teneri probare, et illud obtinere
qui melius probaverit, data que aequali probatio-
ne possessore absolvendum. cap. ex literis 3. h. t.
Conveniunt tex. in cap. 31. de praebendis in 6.o
cap. duobus de senta, et re iudicata cap. 75. de R. I.
in 6.o l. 2. § in familia. l. inter cohaeredes 45. § fa-
milia ff familiae hercisc. l. 2. ff communi divid.
l. 10. ff finium regundor. l. in tribus 18. ff de iudicijs.
Ratio decidendi huius principij ex duplici regu-
la petenda est, qua docemur ex laudatis Iuri-
bus in his duplicibus iudicijs familiae haerus et
alijs quemlibet censeri actorem, eo quod quilibet in-
tendat ~~actore~~ hos, vel illos terminos observan-
dos, hac, vel illa conditione dividenda haeredita-
tes, vel alias res communes, et hac ratione, quia
Vterque actor dicitur, et quia ab vtroque repetita est
reus censetur Vnde data aequali probatione in-
fluit 2. regula qua statuitur promptiora esse Iura
ad deliberandum, quam ad condemnandum cap. du-
obus de senta, et re iudicata cap. dilectos in fi.
de fide instrum. l. Arrianus ff de oblig. et act.
Menoch. de praesumpt. lib. 2. praesumpt. 91. et de
arbitrarijs casu 98. in prin. Covarruv. lib. 1.
Variar. cap. 1. n. 2. plura que cummulare solent
hic interpretes de his Iudicijs duplicibus consulto
ommittimus, petenda tamen ex doctissimo Prae-
ceptore Joanne de Balbea ad tex. in cap. 3.
h. t. n. 46. quae selectiora huius asignationis
nos vocant ab scribentibus in praesenti omis-
missa –

21. Non est omittenda Vulgaris ratio dubitandi, quae consistit in eo; nam nemo duarum personarum vice fungi potest cap. quia de Praebendis. cap. singula 89. distinc. cap. Praesbiteros 16.a quaes. 1. l. in plures 10. ff de pactis l. nemo. C de assessoribus cum vulgatis: ergo nec in d. cap. 3. poterit unus actoris, et rei vice fungi. Addetur praedicta sua procedere in rebus incompatibilibus, aut Iure, aut facto; Ut non obscure deducitur ex illorum contextura. At tex. in cap. 3. de probation. verificatur in rebus inter se compatibilibus, in quibus certi Iuris est unum posse duorum vice fungi, diversis tamen respectibus, qua ratione sunt interpretandi tex. in l. 2. de off. Praesidis. l. ille a quo 13. § intempestivum ff ad Trebell. cap. 1. 4.a q.e 4. cap. super § si vero de off.o et potestate Iudicis delegati cap. 46. de electione in 6.o

22. Modo videtur obstare etiam tex. in ponti frequenter adductus in cap. forus de V. S. Quo loci docemur Iudicium non posse consistere, nisi alter sit reus, qui conveniatur; alius vero actor qui conveniat. Sed haec Isidori decisio nobis non obstat, nam procedit in Iudicijs, quae simplicia appellantur, in quibus necessario desideratur actorem distinctum esse a reo; at tex. in cap. 3. h. t. habet locum in Iudicijs duplicibus, scilicet in Iudicio finium regundorum, et alijs, quae ex eo duplicia Iudicia ~~appellantur~~ vocantur; quia in illis neuter dicitur reus, aut actor principaliter, sed uterque actoris, et rei vicem gerit l. 10. ff finium regundor. cum supra adductis non obstare regula tex. in cap. fin.

fin. de institutionib. cap. debitum de Babtismo.
Quæ Iura non possunt exhauriri de his correla-
tivis scilicet de actore, et reo; q.a in his qualita-
tum materie suadente non potest dari, nec assig-
nari finctio rerum incompatibilium suposita di-
versa conditione pro ut actor intendit illos fines
ita observandos, vel hæreditatem hoc modo di-
videndam, et illam, qua ex contrario reus conven-
tus oppositum intendit.
Nec obst. tex. in L. in trib. §3. ff de Iudiciis. Quo Iu- 23.
re apparet in his duplicib. Iudiciis, vel actionib.
prius ad Iudicium provocantes vocari actores; pro-
vocatum vero reum appellari, et quod si dubium
sit de hac prioritate, rem sorte dirimendam esse;
nam Resp. in his Iudiciis virtualiter in petitione
agentis contineri rei petitionem, q. illius pars
etiam adiudicanda est L. 3. C. communi divid.
§. quædam inst. de action. Quod nullo modo ci-
ville esset; nisi etiam ab ea parte petitum existime-
tur ex vulgari regula quod sententia debet
esse conformis libello. cap. Licet. de simonia L.
Vt fundum ff communi divid. et ego didici ex tex.
in L. Mevio ff de pactis dotal.
Non opponitur q. scribitur in L. 13. cum segg. prius 24
provocantes vere, et realiter esse actores, et
dubio existente sorte rem esse dirimendam; et pri-
us probare, et allegare; Vt hoc stylo confusionis
ocasio evitetur; nam omnia ista introducta, et
constituta sunt quoad ordinem Iudiciarium, Vt
intelligatur, quis sit actor; q. Iudicium sine eo con-

stitui non potest. cap. forus de V. S. cu vulgati, non tamen hoc queritr quoad negocij decisionem; q^a Vterq^ tenetr Jurare de calumnia probare, et satisdare Judicio sisti – Ant. Fab. in rati ad d. L. 13. ff de Judicijs. Inde in L. inter cohaeredes 44. §. inter cohaeredes, familiae hercis. in Judicio finium regund. Vterq^, q^a simul actor et reus tenetr Jurare de calumnia. Conferunt Mascard. de probonib^ ctone 393. n. 13. Fab. in §. quędam Inst. de actionibus=

Sed superioribus

Nihil deest=

10 Falco.
25.69

sed superioribus, quibus propugnatur data aequali probatione in Judicijs duplicibus possessorem absolvendum. Obstat hoc consideratio deducta ex tex. in cap. 3. Lib. 3. Regum, et cap. adferte de praesumption. quibus locis in quaestione illa dubia Rex Salomon non adiudicavit filium possidenti, sed iussit dividendum, quod etiam hodie tenendum docent Corrasius Lib. 2. de communi opinione cap. 32. n.° 177. Menochius de arbitrarijs Lib. 1. quaest. 56. n.° 3. igitur et cap. 3. n. 4. intercedente aequali probatione res debet dividi, et pro parte actori, et reo adiudicari, non tamen in totum est absolvendum possessor Salomonis exemplo, quod non est contemnendum, immo sequendum, nam principum exemplar pro legibus existimantur arg. tex. in l. 1. ff. de constitut principum. et semper ea intentione proponunt, ut in intentio l. 41. de haered. instit.

Respondet divisionem pueri in d. cap. adferte quousque mater exclamavit: obsecro Domine date illi infantem vivum. Unde exordium habuit haec Juris praesumptio ab omni populo Israel fuisse iudicatam puerilem. Josephus Lib. 8. antiquit. cap. 2. nam de Jure in casu dubio erat filius adiudicandus possidenti: Ut docent Tiraquellus de Jure primogeniorum quaest. 17. opin.e 11. glossa fin. in d. cap. adferte Abulensis Lib. 2. reg. cap. 3. quaest. 17. Salomon igitur non diffinitive protulit sectionis sententiam, sed cominatorie, ut ex tali cominatione appareret veritas deducta ex violenta praesumptione, quae suasit sententiam diffinitivam in d. cap. adferte tenent Sarmiento Lib. 1. selectar. cap. 1. n.° 5. Corras. in l. admonendi 31. n.° 5. ff. de Jureiurando nec turbat haec interpretatio ex eo quod Judex potest res dividere, nam hoc vulgare axioma procedit in rebus, quae commoda 26

divisione præstant propter perplexitatem in casibus a Iure ex-
pressis cap. sacerdotes. 32. quæst. 4. L. si Pater 40. ff. de hæred.
instit. non vero in alijs glossa fin. in L. Nesenius ff. de
negotijs gestis Pinel. in L. 2. C. de rescindenda venditione
cap. fin. n. 40.

27. Quibus iam non obstat superior ratio dubitandi, nam in
d. cap. adferte non fuit adiudicatus puer possidenti; quia
existente illa violenta præsumptione Iuris, nata fuit contra
possessorem legitima probatio ex qua sententia diffinitiva
fertur cap. litteras 14 de præsumpt. cap. cum in tua. de usuris
cap. de hoc. de simonia cap. contumacia de hæreticis in
6° L. 1. C. ad leg. Cornel. de sicarijs cum traditis vulgariter
ab scribentibus in relato cap. adferte Mascardus de prob.
conclusione 2273. Farinacius, et ibi adducti in praxi
criminali 3.a parte tho. 13. quæst. 86. n. 57. Donel. in L. 1. C. de
probat. Osuald. ad Donel. Lib. 23. comment. cap. 3. lit.
A. et alij at in præsenti cap. 3. existente probatione
æquali possessor absolvendus est, quia ita se habet regula
tex. in cap. 75. de R. I. in 6° Boerius decis.e 42. n. 39
nam ut recte notat Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsum.
59. n. 6. possessor consideratus ut reus, et constat Iura
promptiora esse ad liberandum, quam ad condemnandum
L. Arrianus 47. de oblig. et action.

28 Ex quibus patet interpretatio ad tex. in L. 10. vers. sed
si duobus hominibus ff. de rebus dubijs, quo loci legatum duobus ho-
minibus eiusdem nominis relictum, scilicet duobus Sempronijs
et postea uni Sempronio ademptum, nec appareat de
quo

quo Sempronio senserit testator, verius est ademptione in utrumque valere, et haeredes absolvendum nalia ratione, nisi quod haeres bonorum possessor est, et iste dubitatione existente ut reus ex regula proposita est absolvendus, ut in hac specie docent Barbosa consil. 50. n.1. tho.2. Menoch. de praesumpt. lib.6. praesumpt. 69. n.11. de qua re, et conciliatione tex. in l.10. §. sed si duobus cum l.3. §. si duobus ff de adimend. leg. late egi in tract. de rescripti. Quamvis in l.21. ff de probat. Marcianus scribat semper necessitatem probandi incumbere agenti, tamen non ita generaliter verum, quia in exceptionibus reus actoris partes sustinet. l. in exceptionibus ff de probation. Unde verbum semper in d. l.21. restringendum ad casum, in quo reus negat, et ex negatione dubia redditur actoris in tertio non vero quando reus exceptionem pro defensione sua adducit, quia in hac specie

Nihil deest

quod in hac specie mutatur conditio rei, et tenetur defensionem in exceptione consistentem implere d. l. eg. Hac ratione, qui dicit dolo aliquid factum esse, licet in exceptione docere debet dolum admissum l.18. §.1. ff. de probat. plura de hac re Donell. lib.25. comment. cap.2.

Unde aetas probari debet ab eo, qui eam sive excipiendo, sive agendo allegat pro fundamento sua intentionis l. de aetate 44. l. minor 33. ff. de minorib. Mascard. conclusione 113. n.° 14. et 663. n.° 1. et per totam conclusionem Patianus lib. 2. de probat. cap. 24. n.° 4. Alexander consil. 21. Socinus consil. 81. et praecipue Barthol. in d. l. 33. hac ratione qui dicit provitum non habere legitimam aetatem, eam probare debet, ita communiter 29

scribentes in l. cum de ætate. de probat. l. 44. de minorib. Bartol. in l. illa ff. de V. O. Rebuffus in pacificis possessorib. in quarta limitatione n.º 177. cum seqq. et adeo verum est intentionem in ætate fundatam deberi probari ab allegante; ut hoc verificet, etiam si nullus appareat qui deffectum legitimæ ætatis opponat elegans tex. in cap. cum nobis de electione, ubi nullo opponente si petens electionem confirmari non probaverit se esse legitimæ ætatis non confirmatur electio. Felinus in cap. in præsentia 8. hoc tit. n.º 28. Mascardus de probatione 663. n.º 16.

30. Quamvis verum sit ætatem debere probari ab eo, qui pro actionis, vel exceptionis iure eam proponit supra laudatis iurib. solum procedit hoc quin enerali regula quando ætas principaliter allegatur; ex contrario si proponatur actus accessorie includens ætatem necessario ad sui validitatem desideratam; quia actu probato necessaria illatione præsumitur ætas ad ipsum idonea. Felin. in cap. 8. h. tit. n.º 28. vers.º et hoc est verum. Nam in actibus qui consueverunt fieri legitima ætate probato actu, et qualitas accessoria necessario præsumitur legitima ætas cap. cum in virum 12. ubi Panormitanus n.º 4. de regularib. ubi Panormitanus Baldus et glossa in l. 1. C. si minor etc. Mascardus de probat. 666. n.º 10.

31 Ex quib. venit interpretandus tex. in cap. in præsentia 8. h. t. qui desumptus est ex registro Innocentij 3.º lib. 2. constit. 40. quaque posita est in Romana collectione Bernardi Compostellani, et in alia Petri Beneventani, quæ est collectio 3. decretalium lib. 2. tit. 11. cap. 2. Huius tex. species sic concipienda est: Testator duos habens fratres, Milonem filium in potestate existentem hæredem instituit, eumque gravavit ut si sine liberis moreretur ad ipsos fratres testatoris bona hæreditaria devolverentur: filius infirmitate oppressus de

salute

[...]t desperans, vt sacrificium obtulit se, et bona sua monasterio Casanensi (vt habet regestum Innocentij), vel Casemarij (vt habet collectio Beneventani) donationem terrore mortis factam sanitate secuta, iure permittente revocavit L. 30. de donat. causa mortis. Et postea Milo timens ammissionem vitæ æternæ iuxta illud Lucæ relatum in cap. magna. devoto in pristinam infirmitatem reddit, vt in similibus contigisse refert Lipomanus tho. 7. in vita S.ti Mauri, et in vita S.ti Vbenfredi cap. 8. et suadente facto Ananiæ relato in cap. Ananias 12. quæst. 1. iuncto Isidoro Pelusiota lib. 2. epist. 181. rursus se et sua bona medio iuramento devovit monasterio: et sic donatio non causa mortis, sed inter vivos fuit celebrata L. vbi ita donat. 27. ff. de donat. causa mortis.

Paucis itaque diebus quibus hæc acta sunt Milo decessit eius patrui statim fideicommissi, seu precariæ substitutionis iure vnam partem bonorum, quam illo excepérat a Patre alias monasterio donatam vindicare intendebant quia milo liberis non relictis decesserat, ex contrario monasterium asserebat residuum vindicans donationis iure non videri sine liberis decessisse, qui monasterium fecit heredem iuxta interpretationem, et rescripto Pij in L. 17. §. fin. ff. ad Trebel. 32. replicabant patrui milonem oblationem in minore ætate fecisse, et sic sine rationis plena advertentia vulgata L. pupillus 189. ff. de V. S. L. 1. C. de falsa moneta mortis timore factum actum in convalescentia revocatum extitisse, et perinde ac si oblatio facta non fuisset, nec votum emisisset ex purificatione conditionis ad eos bona expectare. Monasterium huic replicationi respondebat deducta

a patruis q^d^o verificarentur in 1^a^. oblatione, non posse procedere in 2^a^. quæ maturo Judicio fuit elicita, his, et alijs propositis auditor Cardinalis in favorem monasterij pronunciavit q^d^ postea Inocentius 3^o^. rescripto suo confirmavit in d. cap. in præsentia 8. h. t.

33. Decissio Inocentij 3^i^. celebris, et Princeps appellatur à præceptore Balboa in repetit^e^. ad d. cap. 8. in prin^o^. eo q^d^ contineat difficiles, et pulchras fideicomissariæ, aut precariæ substitutionis materias, quæ aliena est a nostra tractatione, et non satis cohærens titulo de probation. Vnde operæpretium duxi precissè interpretari 1^a^. partem tex. Vbi stabilitæ regulæ extat influxus, ommissa alia duplici ratione. 1^o^. q^a^ est huic stilo, et asignationi deformis. 2^o^. q^a^ præfatæ materiæ peculiaria, et observatione digna lata manu congerunt scribentes in d. Jure, vbi Balboa, et minimè necessarium putavi, vt de his quæ rectè, et à multis dicta sunt denuo sermonem habendum, teste Polivio in prin^o^. relato a Don fran^co^ de Amaya tt. 1. observ. cap. 1. n. 110.

34. Ideo igitur in d. cap. 8. monasterium non tenetur probare milonem oblationem fecisse existentem in maiori ætate, licet prima fronte videatur fundamentum intensionis suæ, et per contra astringendum illius legitimam probationem juxta tex. in l. 33. et 44. de minorib. q^a^ monasterij intentio non erat fundata

in ma

in maiori, vel minori ætate Milonis, sed præcisse in oblatione celebrata, Substituti vero suam intentionem fundabant, in eo quod Milo ingressus fuerat minor monasterium, et hac ratione intendebat oblationem nullam iuxta tex. in cap. 1. de regularib. in 6°. cum similib. unde nihil quod Substituti, et non monasterium teneantur probare minorem ætatem vulgata L. cum te C. de probat. cum adductis in superiorib. quib. sancitum est quemlibet teneri intentionem suæ fundamentum vel in actione, vel in exceptione consistens probare.

Arcetur etiam monasterium a necessitate probandi maiorem ætatem, quia hæc tanquam necessario desiderata ad actum professionis a Milone celebratæ ex regulis Iuris præsumitur. Panormit. in præall. n. 32. Barbosa n. 104. Imola à n°. 10. Quintilian. Mandosius ad reg. 17. Cancellariæ quæst. 3. n. 6. et constat in actib., qui soliti sunt fieri legitima ætate probato actu præsumendam ætatem constitutam, ut qualitatem antecedentem à Iure præscriptam arg. tex. in cap. cum virum 12. princ. Panormit. de regularib. docent ibi glossa, et Bald. n. 3. Mascard. de probation. conclusione 666. nu. 10. 35.

Hac ratione

Nihil dicit

36. Hac ratione patrui ind. cap. 8. tenent probare oblationẽ factã in pupillari ætate, qñ illã allegabant, tanquã fundamentũ intentionis suæ L. ab ea parte 5. ff. de probat. L. cum te 10. C. eod. Hinc substitutũ teneri probare pupillũ in pupillari ætate decessisse tenent Ripa in L. ex facto §. si quis rogat ff. ad Trebel. nº 11. Intrigriolus, et plures ab eo adducti de substitut. centª 1. quæst. 99. nº 14. Surdus consil 124. nº 5. et 7. Paulus Æmilius decis. 278. nº 5. pᵗᵉ 8. ẽ re sunt tex. in L. cũ qui non simus ff. ad Trebel. et traddita a Casanate consil. 51. nº 49.

37. His etiã rationibus obtinuit monasteriũ non probantib. patruis minorẽ ætatẽ, nã illa probatio ex parte voccatorũ proposita fuit exibita vlla facta distinctione primæ, et secundæ oblationes, et qª non concludebat in specie extitit vt ineficax reprobata. Prosper Pacetus consil. 213. quippe certi Juris est probationẽ dubiã interpretandã vulgariter contra probantẽ; vt cõmuniter tenent Bertaçonus consultatione 406. nº 1 et consultª 542. nº 6. tho. 2. Ant. Nata consil. 59 nº 13. Gratianus disceptat. forens. cap. 200. nº 19. et cap. 203. nº 23 Serafinus decis. 489. nº 5. Patianus de probat. Lib. 1. cap. 12 nº 49. qui admittunt hoc placitũ in causa etiã favorabili:

38. Non ignoti Juris est injuriã inferentẽ cũ honoris protestatione, vt si dicat: mentiris salvo honore, non excusari; nã constat protestationẽ actui contrariã nullo

robor

roboris esse l. 21. ff. de acquir. haeredit. ibi: Nec admissus contrariae voluntate declarat. cap. 9. de constitut. cum notatis a Barbosa in collect. ibi; nam protestatio illud Ius tantum conservat, quod quisque habet, et nil de novo confert l. si debitor 4. §. si in venditione ff. quib. modis pign. vel hipothec. solv. et verba injuriosa inferens illud Ius habet ut conveniri possit, et protestationem ferenti injuriam non dat ut agente injuriarum excludere valeat l. 5. C. de injurijs Guido papeus decis. 465. fol. 1707. quae procedunt nisi aliquae conjecturae subessent quibus talis protestatio adiuvaret, scilicet quod non adesset animus injuriandi Julius Clarus §. injuria n.o 13.

His ita breviter praelibatis dubitari potest an in hac specie actor animum injuriandi adfuisset, vel reus abfuisse probare debeant? et magis est, ut si id, quod obiectum, natura sua sit contumeliosum, animo atento injuriandi censeat illatum, et defectus animi probationem ad reum pertinere ex regula tex. in l. 5. C. de injurijs, nam talia sunt subiecta, qualia praedicata l. stipulatio §. Iti qui de V. O. nisi coniuncta personae sit; nam in ea coniungendi potius, quam injuriandi animus praesumit. argum. tex. in l. unica C. de emendat. propinquor. Hinc Do. Aurs. in l. vetus 39 ff. de injurijs docet quod ratio sanguinis tollit suspicionem inferenda injuriae, quod belle probat argum. tex. in l. penult. §. 3. ff. de falso tutore et l. si qui adulterij C. ad l. Jul. de adulter. 39.

Juncta doctrina Bartoli in l. ut vim n. 4. ff. de Iust. et Iure ubi tenet quod injuria quaesit a parente usque ad septimum gradum non praesumitur animo injuriandi facta Gaillius Lib. 2. observ. 106. n. 6. quibus consequens est asserere quod si illud, quod illatum proponitur per se, aut moribus non est injuriosum probationem animi injuriandi injungendam authori argum. eorum quae tradunt Mascard. de probat. verb. injuriam conclus. 903. a n. 6. et ibi laudati. Infert etiam dicentem non animo injuriandi sed per jocum verba injuriosa dixisse, teneri probare animum adfuisse Mascard. ubi supra n. 9.

40. Contra id quod dicitur in superioribus de non necessitando reo ad subeundum probationis onus vulgariter solet opponi tex. in l. fi. C. de abolitionibus, quo jure statuitur judices non minus accusatorem ad probanda quae dicit, quam reum ad purganda quae negat indicere. Respondetur quod in d. l. fin. reus non urgetur ad probanda quae negat, sed ad purganda, probare enim ut in cap. 1. cavetur est idoneis modis ostendere, et demonstrare quod dicitur: purgare vero secundum latitudinem vocis est se excusare cur, aut quo animo hoc vel illud fecerit reus l. 5. in prin. ff. de publicis Iudiciis ut Iudex quid veri sit, aut falsi quidve probandum statuat, non ut reum negationem non probantem condemnet, hoc igitur purgationis indagatio in criminis

minib. de quib. ind. l. fin. Cto requirit, qd propter gravitatem criminum fiberi maior indagatio l. 22. ff. ad leg. Cornel. de fals. Osual. ad Donel. lib. 25. com. cap. 8. lit. N. crimenum authordamnas, et cius expurgatione germinis, ad l. ff. C. h. t. disput. 14.

Pro Coronide huius capitis statuendum est, quod cum quilibet teneatur probare sua intensioni fundamentum, modo sit actor, modo reus, ut late in superiorib. traditis probatione divitiarum, vel paupertatis eis incumbere, qui divitias, vel paupertates, ut fundamentum intensionis sua deducit l. cura §. deffitientium ff. de munerib. et honor. l. ult. ff. de liber. agnosc. l. si creditores §. ult. de privilegijs creditor. l. 1. §. si magistrat. ff. de Magistratib. conveniendis. l. ex persona C. de probat. Covarruv. lib. 2. variar. cap. 6. n. 2. Mascard. de probation. Cone 1069. n. 5. Et hac de hoc cap. sufficiant. cap. 5. an reus teneatur edere instrumenta propria actori ad fundanda eius intensione. cap. 5. 41.

Cap. 5. An reus teneatur edere instrumenta propria actori ad fundandam eius intensionem = cap. 5.

Ut sine verborum congerie a I. Cto improbata in l. 1. ff. quod metus causa huius capitis decissio pateat genuina, et peculiari luce donetur, qd reprehensibile est loquenti questio- 1.

nis termini non demonstratis, ad illius determinationem pro-
cedere arg. tex. in L. Domitius, qui ttta. facere possint.
L. Vt responsum C. de transaction. junctis quae notarunt
Mantica de coniecturis ultimarum voluntatum lib. 1. tit.
1. Lotterius de re benefic. lib. 1. q.e 1. n. 14. et seq. pro
adequata huius capitis notione aliqua praemittenda
sunt Jurisprudentiae Canonicae cultoribus, ut placiti postea
propugnandi notitia non vaga; sed certis comprehensa re-
gulis adquiratur.

2. Primo observandus est hanc rem ab omnibus scribentibus
formulari in cap. 1. h.t. huius tex. non esse desumptum, ut
habent vetusti, et vulgati codices ex epistola Gregorij IX.
missa ad Regem Tancredum, sed ex epistola Gregorij Pri-
mi qui floruit anno 590. Mesa variar. lib. 3. cap.
23. n. 20. Extat haec epistola lib. 7. indict.e 2. epist. 126.
in operibus Divi Gregorij, et in epistolario inserto tho. 2.
conciliorum epist. 128. missa ad Recarredum Regem Visi-
gotorum, cuius fragmentum Bernardus Papiensis in 1a. col-
lectione decretalium lib. 2. tit. 12 cap. inseruit, et Beatus
Raymundus posuit lib. 2. tit. 19=

3. 2o. constitutum est verbum edere sine diphtongo varios si-
gnificatus habens; ut constat ex Brisonio, Prateio, Cal-
bino de Verbis Juris verb. edere. Bucaronio de diffe-
rentijs inter Judicia Civilia, et Criminalia differentia 67.
ex n. 18. proprie sumi pro exhibere, et in publicum produ-
cere, et sic dicitur edere munus in L. Publius Mevius
38. ff. de cond. et demonstr. L. 5. ff. de pollicitationibus. et
pro eo quod est gladiatorios nudos populo exhibere, ob-

servant

servant Lipsius lib. 1. Saturnal. cap. 7. Rebuffus in l. bovem §. inter edere, et reddere ff. de V. S. pag. 151. Buccaronnius ubi prox. differentia 67. et n. 18. accipitur etiam pro pugnare. Livius in bello Macedonico, ibi: Regia statio atrocissimum praelium edebat. Et in lib. ab Vrbe condita, ibi: memorabile illud edidit praelium. Edere etiam pro conficere, et producere inventarium habetur, ut juxta quantitates acceptas ratio reddatur, solvanturque tributa l. Titio liberto §. fin. ff. de annuis legatis l. 2. et l. 4. ff. de censib. l. penul. ff. de appellationib. recipiendis. l. fin. ff. q. appellandum sit.

In proposito vero edere exauditur pro eo quod est copiam describendi facere, vel exemplar completi et dare, vel dictare, aut proferre scriptum, ut legatur, aut quovis alio modo insinuare scripturae sententiam, cujus tenor desideratur l. 1. §. 1. l. si quis ex argentariis ff. de edendo. Jacobus de Sancto Gregorio in authent. si quis in aliquo n. 28. C. de edendo, ut sciat reus, an sibi cedere, vel litigare expediat: et si contendendum putet, instructus veniat cognita actione d. l. 1. in prin. Donel. lib. 23. com. cap. 4. in prin. Perezius in praelectionibus in Codicem ad tit. de edendo n. 3. Hac ratione si dies, aut conditio legati, vel fideicomissi petitionem, actionemve differat, et ideo satisdatio desideretur, haeres autem per calumniam postulari contendat, et relictum neget, non alia ratione audiendus erit, qui cavere postulat, quam si scripturas, ubi relictum affirmat, exhibuerit. l. postquam 5. §. si dies ff. ut legatorum seu fideicommissor. caus. Et hoc modo etiam legati conditionis demonstr-

ne caveri, ut tenet Gotofr. ind. l. 5. § nihil. lit. R. Ant. Fab. in Codice lib. 2 tit. 1. diffone 1. sed de hac re, et de varijs formulis edendarum actionum Reviri in pratribunali cap. 4. ff. totis Cujac. lib. 8. observ. cap. 15. Donel. in commentarijs ad L. 1. et 3. C. de edendo, et lib. 23. com. cap. 8. Tribunial. lit. A. Garcia de nobilitate, glosa 2. § 1. ex n. 8.

5. Tertio notandum est q. licet edere, et exhibere, legitime promiscuam significationem contineant, ut in L. 1. et 3. C. de edendo diversa tamen esse, et ideo in Pandectis et Codice separari, ut demonstrant tituli de edendo, et ad exhibendum, nam editio ad actiones, rationes, instrumenta, et acta publica refertur L. 1. § edenda. L. praetor 4. L. si quis 6. L. argentarius 9. L. exempla 11. ff. de edendo exhibitio vero est facere in publico apud judicem potestatem videndi, et aprehendendi res, ut actor copiam eius habens, posset actione exequi, q. destinavit L. 2. ff. ad exhibendum L. 3. § ait praetor. ff. de libero homine exhibendo; nam qui exhibet, quodammodo habere desinit, dum rem in medium profert, et ponit extra se; at qui edit nullo modo desinit habere Cujac. lib. 20. observ. cap. 14. circa fi.

6. Ex hoc notato discrimine inter edere, et exhibere infertur, q. quamvis reus non teneatur edere instrumenta propria actori ad fundandam eius intentionem, ut communiter deducitur ex tex. in cap. 1. h. t. de qua re nos postea agemus, teneri tamen in judicio rem petitam exhibere, L. liber homo 13. juncta L. 3. in p. et § sciendum cum

alijs

alijs ff. ad exhibendum. Hac ratione si petatur instrumentorum dominus ad exhibendum agi potest [illegible] instrumenta. l. fi. C. ad exhibendum [illegible] l. 3. §. si quis extra; et §. interdum ff. eod. Unde si pignori data sit actio pigneratitia competit l. [illegible] ff. de pigneratitia act. si vendita proponatur datur actio ex empto l. Titius 50. l. creditor 54. ff. de action. empti. cuius [illegible] lib. 10. [illegible] cap. [illegible] in fine est Ph. Cacianus de proconsulib. lib. 1 cap. [illegible] n. 142.

Exhibere enim tenetur reus, quia non dat arma contra se, sed ut omnes qualitas [illegible] elidatur, re 7-
vindicanda demonstrat, ut cognosci, decerni, et tangi possit, quoad effectum, ut testes deponant, an res de qua queritur ad actorem pertineat, et ideo operanda actione rei mobilis non autem immobilis venit exhibenda, quia haec se ipsa exhibet, nec celari potest. [illegible] lib. 40. Conferunt tex. in l. [illegible] §. fin. l. 5. et 6. ff. ad exhibendum l. 56. ff. de procuratorib. et ad hac rei mobiles referuntur cartae, et instrumenta quae pars adversa [illegible] l. 6. C. ad exhibendum. [illegible] debitor chyrographa, et instrumenta ad contractum pertinentia solutis [illegible] debita erant [illegible] actione ad exhibendum exhiberi, sibique reddi postulat. l. fi. C. ad exhibendum.

Quarto permittendum est actioni et instrumentorum 8.

editione aequitate naturali esse fundatam L. 1. ff. ... tor. ff. de edendo L. edicta 3. L. qui accusare 4. C. eod. Paresa de universa instrum. edit. tit. 6. re solut. 1. n. 5. Huius aequitatis ratio 1°. consi stit in eo, nam aequitas naturalis dictat, ut labo rantibus occurratur. Quintil. lib. 4. instit. cap. 15. Paresa ubi prox. et cum reus vere laboret, quia ve niens, et passive tractus ad iudicium L. inter stipu lantes §. si Stichum de V. O. non ad ledendum, sed ad se tuendum adversus eum qui ... petit venit maiori favore prosequendus. L. favorabi liores ff. de R. I. cum vulgatis. 2°. quia cum reus praeter spem etiam non ... tractatur ad iudicium L. 2. C. de dilationibus, aequissimum fuit, ut ei actiones, et instrumenta ederentur, ne improvise facile ... tur, et actor plusquam sibi deberetur petat. Scilicet ut in L. fi. C. de edendo. Donel. lib. 23. com. cap. 14. haecque aequitas naturalis, qua motus fuit Prae tor in edicto de edendis actionibus, et instrumentis procedit solum respectu actoris in cuius potesta te et arbitrio reum convenire L. unic. C. ut nemo invitus compellatur, ideoque ad iudicium paratus, et in structus venire debet. L. qui in ... ff. eod. L. et sic propria, sive actiones, instrumenta potens tenetur afferre, nec eas ab adversario petere ni mis grave esset L. nimis grave C. de testib. Donel. lib. 23. com. cap. 7.

Ex quibus

Ex quib. deducitr 1°. contra aliquos postea addu- 9.
cendos actorem teneri reo edere instrumenta ad
probandam eius exceptionem, qd patet ex tex. in l. si
est novus. l. fin. C. de edendo. l. fin. C. ad exhi-
bendum. l. dissoluto. C. de cond. ex lege. l. qui ta-
bulas 27. ff. de furtis, quib. Iurib. stabilitr debito-
res obligationis vinculo liberatos solutione eius
qd debebat, recte postulare à creditore instru-
mentum debiti, qd apud eum manserat inutile,
iam extincta obligatione: Ergo et poterit petere an-
nuente iudice instrumenti editionem ad suas excep-
tiones fundandas, nam si actori facultas esset occul-
tandi reo instrumenta, quib. exceptionem a reo
deductam fundare posset, evidentissima iniqui-
tas appareret in eo qd probata ab actore actio-
ne et suis instrumentis munita, reus nō pos-
set intentionem suam decoro venire, nec probare: et
sic actor redderetur locupletior cum alterius iactu-
ra contra praeceptum aequitatis naturalis, vulgata l.
hoc natura ff. de cond. indebiti. 2°. dum actor insti-
tuit actionem, affirmat verum omnino fore, qd inten-
dit, et sic probandae veritatis officium in se suscipit
l. qui accusare 4. C. de edendo, nihil igitur re-
cusare poterit, ex quo rei controversae veritas ap-
pareat, ergo 3°. contra instrumenti editionem ad fun-
dandas rei exceptiones, nam aliàs quasi sine in-

tensioni, et concilio oppositus in dolo esset. Donellus in l. 8. C. de edendo. Lelius Mancinus disquisitionum cap. 169. n. 2. tenent Alexander Gaudensis de analogiis cap. 84. n. 4. et alii adducti a Pareja de universi instrum. edit. cap. 7. resolut. 9. n. 2.

10. 2°. infertur recte ex tex. in cap. 1. 6. 4. deduci hanc assertionem: Reus non tenetur edere instrumenta propria actori ad fundandam eius intentionem. Probant, et exornant tex. in cap. fin. de dolo. et contumacia cap. 1. de appellation. in 6°. cap. si testes § qui intendit 4.ª q. 3. ibi: qui intendit sua intensionis proprias debet adferre probones, non petere etc.ª Conferunt tex. in l. de minore § tormenta ff. de quaestionib. l. 1. l. qui accusare 4. l. 8. C. de edendo. l. in speciali 73. de rei vind.e l. cogi 11. C. de petit.e heredit. l. nimis grave C. de testib., iuvant etc. placita congesta a Ioanne Bta. Ferretto in repetit. legis 18. C. de edendo n. 13. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 64. n. 87. adducti a Zenedo ad decretales collectan. 177. n. 6. Fachin. controversiar. lib. 11. cap. 83. Pareja ubi sup. resolut. 1. n. 2. Solorzano de iure Indiarum lib. 3. cap. 3. n. 11. ~~cap. 83. Pareja ubi sup. resolut. 1.~~ usq. ad 26. Donel. in l. actor 23. C. de probat. n. 3. et 11. et in l. ult. C. de fide instrum. n. 2. lib. 23. comm. cap. 4. 5. 6. et 7. Ant. Fab. in ratio. ad tex. in l. 1. § edenda ff. de edendo. Idem in Codice lib. 2. tit. 1. diffne 6. n. 6. et 19. et lib. 4. tit. 14. diffne

dissone 54. Peregrinus C. de edendo n. 11. hanc rationem firmavit Rota in Tullensi Canonicatus 18. Januarij anni 1553. teste Paulo Emilio decis.e 293. post 1.

Pluribus rationibus potest suaderi hoc placitum. 1.o quia neque Juris, neque aequitatis ratio permittit, Vt reus arma, et tela quibus conficiatur adversario suo tradere cogatur L. 4. C. de edendo L. 3. C. de testibus nam non oportet origine petitionis instrumentis eius, qui convenitur fundari L. ult. C. de edendo facit illud Ovidius 11.

Cum patior, telis, vulnera facta, meis.
quippe ex parte rei defensionis aequitas versatur, ex parte vero actoris solus rigor apparet, cui ipse sufficientibus probationibus antea praemunire potuerit, ut ita reus, qui de improviso convenitur, quo fit Vt actore non probante reus, et si nihil praestiterit absolvatur L. qui accusare 40. C. de edendo cap. fin. § 1. de Jure Jur. aequitas huius Juris manifesta est, cum nihil sit aequius, quam neminem condemnare nisi convictum, et qui convictus non est absolvi, et conveniens est reum prius ab actore, nec compendiis suppeditare ei instrumenta, deinde Jpso actori non probanti potest dici illud proverb. 24. non quaeras impietatem in domo Justi, neque vastes requiem eius: nam dis interimitur, qui suis propriis armis perit. Menochius ad h. tex. n. 3.

12. Suadetur 2.° q.ª quis n. debet munus officio suo contrarium sumere. cap. examinata de iudicijs. l. mulieri, et Titio. ff de cond. et demonstr. sed si reus compelleretur edere instrumenta propria actori ad fundandam eius intentionem assumeret munus oppositum officio suo nam ante fundatam actoris intentionem compelleretur ostendere titulum suae possessionis contra tex. in l. cogi 11. C de petit. hered. l. in speciali 28. ff de rei vind. igitur n. reus sed solus actor in cuius potestate et arbitrio convenire, et agere tenetur sibi probationes praeparare, et ad iudicium instructus accedere, cap. si quis aliqd.° §. his ronib. vers. n. enim tibi dico 8.ª q.ᵉ 7. alias enim negligentia actoris, qui ad iudicium paratus venire debet noceret ipsi reo contra l. 1. §. 1. ff si mensor falsum modum dixerit. Menoch. de arbitrar. casu 499. n. 1. hinc Salicetus in l. qui accusare 4. C de edendo tenet actorem negligentem tanquam temerarium condemnandum in expensis.

13. 3.° qr. nam in concursu duarum legum, seu ronum, quae fortior et specialior est, facit alias cessare. cap. occidit 23. quaeᵉ 8. l. minime 35. ff de religiosis, et sumpt. fun. quod etiam procedit in duab. ronib. naturalib. cuiq. eams, quae tradidit Ant. Fab. in Iuris prud. Papinianea tit. 2. prin. 2. Observant. Soto in 4.° dist. 25. quae 2. artic. 5. et de iustitia et iure lib. 4. q.ᵉ 5. artic. 3. et lib. 5. q.ᵉ 7. artic. 2 Fortunius Garcia de ultimo fine illat. 15. n. 245. sed hic concurrunt duae leges una

civilis

Civilis generalis statuens aditione faciendam l. 1. et quasi per tot. tit. ff. et C. de edendo, altera naturalis dictans propulsare vim, et intendens in propriam conservationem, et quietem, quae nobilior, et fortior est alia generali: cap. si non licet 23. q.e 5. l. Praeses C. de servitut. et aqua: q.o debet haec priori non generali dictanti instrumentorum editionem praeferri.

Ex his, et in superioribus statutis sufficienter apparet ratio decidendi ad propositam assertionem, et ad tex. in d. cap. 1. nam cum ibi Rex Recaredus esset actor, qui debuerat venire instructus ad Iudicium, et proprias probationes in tensioni suae afferre, et non de domo rei emendicare Imperator ex contrario reus esset, qui in Iudicium vocatur, et ut vulgariter dicitur obtorto collo trahitur. R.det Divus Gregorius, cui, id est Imperatori dicendum non esse ut instrumenta, quae apud se ipsum erant, debeat requirere, et in medium proferre, id est in Iudicium producere, et copiam describendi Regi actori facere, quippe alienum est ab aequitate reum compellere ad editionem instrumentorum, quae propria sunt, et sibi repugnant, non solum Iure Caesareo, sed etiam Pontificio, q.a haec materia ab aequitate tota pendet l. edita in fi. C. de edendo, quam Ius Pontificium semper prae oculis habet cap. 6. de Iudicijs. cap. fin. de transaction. 14.

Contra praefatum placitum vulgariter solet opponi, nam haec constitutio videtur nutritiva peccati, q.a filii virtute huius oraculi instrumenta celat, veritatem occultat, et p.o contra mortaliter peccat, sicut is, qui mendacium dicit. cap. quis 11. quaest.e 15.

3. cap. 1. de crimine falsi, sed praecipuus finis Juris Canonici est vitare peccatum cap. 2. de constitution. in 6. ig.r non est hoc Jure cautum, ut reus non teneatur edere instrumenta propria actori ad fundandam eius intentionem. Augetur difficultas difficultas duplici ratione. 1.o nam qui instrumenta occultat, cum alterius Jactura locupletatur contra aequitatem Juris naturalis l. nam hoc natura ff de cond.e indebiti 2.o q.d in exhibitione ~~debiti~~ instrumentorum favor publicus versatur, scilicet divimendarum litium. cap. fin. de dolo, et contumacia l. properandum C. de Judiciis l. 4. §. 1. ff de alienatione Judicii etc.a Junctis traditis ab Osuald. ad Donel. lib. 17. com. cap. 1. lit. C. et statim lites finirentur, veritate comperta per editionem instrumenti a reo facta: ig.r contra illud q.d peculiariter statuit Jus Pontificium videtur dispositum in cap. 1. h. t.

16 His omnibus dubitandi rationibus unica solutione occurritur nam reus retinendo instrumenta, quae petuntur ab actore ad fundandam eius intentionem non pecat, peccaret tamen si haberet conscientiam laesam retinendi sciente res alienas l. nam natura ff de cond.e indebiti cap. peccatum de R. J. in 6.o et sic non tam ex occultatione instrumentorum, quae propria sunt rei, et quae authoritate Juris retinere potest, quam ex retentione rei alienae peccavit. Nec obst. Jura in superioribus adducta, q.a solum verificantur in personis, quae tenentur fateri veritatem; ut sunt Judices, et testes. Covarruv. lib. variar. cap. 2. n. 3. et in cap. quamvis pactum. de pactis in 6.o p.te 1. § 7. n. 5. qui non minus peccant veritatem occultando, quam mendacium, vel injustitiam proferendo: sic exaudienda Jura in cap. 1. de crimine falsi. cap. quisquis 11. q.e 3. ex contrario in illis qui veritatem, aut Justitiam exhibere non tenentur, quamvis

Vti peccent exprimentes mendacium, nō tamen peccant ve-
ritatem occultantes arg. tex. in cap. quaesitu 22.ae q.
2. Conveniunt late à me cogesta in tract. de re-
scriptis cap. 8. n. 13.

2.o Obstare videtur, nam reus cogitur positionibus respon- 17.
dere, alioquin pro confesso habetur cap. 2. de confessis in 6.
Clementina Saepe §. quia de V. S. et qui negat Chirographum
scriptum, cogitur scribere; Vt ex nova scriptura antiquio-
ris veritas demonstretur Novella Iustiniani 73. cap. 2.
vulgo de instrumentorum cautela, et fide §. si quis igitur col-
lat. 6. igitur Vt demonstretur veritas tenebitur etiam reus
propria instrumenta edere actori. Augetur difficultas,
nam ad elidendam a iudiciis calumniae praevaricationem,
et tergiversationes, ad coercendam quoque litigantium temeri-
tatem indistincte actoris, et rei cogentis subire Iura-
mentum calumniae, in quo actor iurat nō calumniandi
animo actionem instituere, et quod putat se bona instan-
tia uti; Reus vero iurat, et declarat se ideo ad con-
tradicendum in Iudicium venire, quia existimat iure suo
uti L. 2. C. de iureiur. propter calumniam dando. Quod Iura-
mentum magis opinionis, quam assertionis est d. L. 2.
§. breviatur. Perezius in praelection. ad d. tit. suscitato
veteri ritu de quo in L. inter querelas 44. §. qui fa-
miliae et familiae parcere. Late Vinnius in paratit. ad
tit. de iuramento calumniae.

Quibus non obstantibus Ferretus ad tit. C. de edendo in rubr. n. 37. 18.
Contendit oppositam regulam relato placito esse statuendam;
nam n. 34. deductum argumentum indissolubile creditur. Omissa

igitur

igitur solutione Joannis Andreae in cap. 1. de confess. in 6. n. 6. Felini n. 9. Butrij Panormitani n. 16. Beroij n. 63. in pnti Rta usu, et consuetudine receptum esse, ut reus positionibus actoris respondere teneatur cap. 2. de confessis in 6. Clementina saepe §. quia de V. S. quia ex huiusmodi responsione potest sequi maximum reipublicae commodum, scilicet scelerimus finis litium, et veritatis ostensio cap. finem litibus de dolo, et contumacia l. properandum C. de Iudicijs. Deinde sicut ut veritas appareat, reus tenetur res exhibere, et in publico videndi potestatem facere l. 1. toto tit. ff. ad exhibendum ipsa ratione suadente tenebitur positionibus respondere. Quae rationes summos Pontifices moverunt, ut praetermissa regula tex. in cap. 1. h. t. reum respondere compellerent positionibus actoris, si non praecisse, causative saltim Beroius hic n. 46. Convenit tex. in cap. quisquis 8. 11. quaestione 3.

19. Unde infertur reus non teneri positionibus actoris respondere: quia et propria instrumenta edere actori, aut alias probationes, quas apud se habet. Nam ratio, quae militat in instrumentis, non verificatur in positionibus, quia actor, dum in Iudicium venit, debet suas probationes perquirere, et adferre supra relatis Iuribus, quae in positionibus cessat, quia similes probationes aliunde habere non potest actor, nisi ex ore rei, et Iudex, qui praecisse tenetur adiudicare secundum allegata, et probata l. 8. communi Divid. cum vulgatis Covarruv. lib. 1. variar. cap. 1. in casu dubio, et ambiguo, potest ad aliquid extraordinarium procedere arg. tex. in cap. adferte de praesumption.

Nec obstat

Nec obst. q° deducebatur ex authentica de instrumentorum fide ~~[illegible]~~ 12. Abstracto. 20. 81
et cautela; nam talis scriptura fit ad fundandam actoris
actionem, et elidendam exceptionem rei negantis chirographum
a se fuisse subscriptum, nam certi iuris est reum cogendum
propria instrumenta edere actori ad fundandam 21.
replicationem; nam replicatio exceptio est, et vim habet
~~[illegible]~~ defensionis, quippe per illam actor se ipsum defendit
ab exceptione rei l. 2. ff. de exception. in hac
ipsa specie actor non potuit instructus venire ad iudicium,
nam exceptiones ex facto alieno provenientes
probabilem illarum concludunt ignorantiam l. fi. ff.
f. suo l. qui in alterius ff. de R. I. hinc omnia
quæ de reo dicta sunt militant in actore. arg. 22.
tex. in l. Maritus §. post additam ff. ad leg. falc.
quo iure si hæres legatarijs legata relicta petentibus
legis falc. beneficium opponant legatarij replicatione
vtantur, eo scilicet colore, q° bona hæreditaria
sufficiunt hæres qui reus proponitur edere tenetur
legatarijs instrumenta hæreditaria, vt demonstret
an bona sufficiant, nec ne? quæ editio
fit ad fundandam actoris replicationis Castrensis
de probat. lib. 1. cap. 63. n°. 13. et alij adducti a
Balboa in pntis n°. 43. quibus iungendi Ant. Fab.

in lib. 2. Codicis tit. 1. definitione 1. Garcia de nobilitate glossa 2ª. § 5. nº. 21. Panormitanus hic nº. 25. Felinus nº. 24. Ferretus ad tit. C. de edendo in rub. nº. 28. in princip. Socinus reg. 149. fallentia 2ª.

21. Hinc Scebola in l. 42. ff. de action. empti. docet fundo ita vendito: fundus Sempronianus quidquid Sempronij Iuris fuit, erit tibi emptus tot nummis, vacua possessione tradita fundi: finibus non demonstratis empti Iudicio cogendum venditorem ex instrumentis hereditarijs, quid Iuris defunctus habuerit; et ipsa instrumenta edere in quibus fines fundi continentur expressi Marinus decis. 159. nº. 4. tho. 2.

22 Ratio dubitandi, quæ deducebatur ex æquali obligatione actoris, et rei suscipiendi Iuramentum calumniæ non obstat, quod hoc fit propter publicam vtilitatem, vt veritas Iudicij non occultetur calumniose cap. cæterum de Iuramento calumniæ qua ratione in Iudicij præsentia præstetur l. 2. § 1. C. de Iureiurando propter calumniam dando quod non verificatur in proposito quia actor petit a reo sibi edi instrumentum ad suam privatam vtilitatem, si enim ibi versaretur publica, reus compelleretur edere, sicut alij de quibus postea. Nec obstat si dicatur quod in celerrima præfinitione litium datur vtilitas publica cap. finem litibus de dolo

et

ce contumacia. l. properandum ii. C. de iudicijs Iedi-
Reus compelleretur edere instrumenta sua actori dat
itelemmitur finis litium, vt apparet ex vsu a Pontifi-
cib. aprobato, quo reus tenetur positionib. actoris respon-
dere: q. etiam nam in obligatione respondendi positionib.
directa versat favor publicus cum illa probationum cum
aliunde nisi ex ore rei possit exigere actor: ex
contrario in nostra specie privata vtilitas venit prin-
cipaliter, favor vero publicus indirecte, et in conse-
quentiam, et sic illius vlla habet ratio l. 1. ff. de
author. tutor. cum vulgatis.

Nonsunt in hac re audiendi existimantes intro- 23.
ducto positionum vsu in cap. 2. de confessis in 6. nostri
tex. responsum esse correctum; adeo vt reus cogatur ede-
re instrumenta actori, vt tenent Henr. Junior in
l. 1. C. de edendo. n. 3. Velascus de Iure emphit. et
alij postea convincendi; nam quamvis verum sit pos-
sitionum vsum potius tribunalium moribus comparari,
quam a iure inventum fuisse, et quamvis certum sit tem-
pore Gregorij 1.i positiones non notas, nec communi
dispositione probatas, quod eas Gregorius IX. aprobavit
in cap. 1. de lit. contest. Adhuc tamen non est rece-
dendum a proposita regula propter evidentem rationem diga-
ritatis vbi supra assignatam inter vtrumque capitulum.

24. Sed hoc videt[ur] difficile, nam si est contra naturalem aequitatem, ut reus teneat[ur] edere pariter, et erit contra eandem aequitatem, ut reus teneat[ur] positionibus actoris respondere; q[uia] tam in 1.o quam in 2.o casu reus praestat arma adversario. Unde videt[ur] necessaria ratione dicendum, q[uod] aut decisio Gregorio in p[raese]nti non nititur aequitate naturali, aut quod positionum usus est sine ratione, et contra aequitatem comparatus, nec 1.um nec 2.um dici valet Iuribus adductis: igit[ur] ut haec rationum incompatibilitas elidat[ur] a fortiori debet concedi correcta decisio Gregorij in p[raese]nti per alios Summos Pontifices in cap. 2. de confessis in 6.o in Clementina saepe §. quia de V. S. cap. 1. de lit. contestat.

25. R[espon]d[e]t[ur]: praedictas rationes solum probare tam in 1.o quam in 2.o casu proposito versari aequitatem diversis tamen respectibus; nam ratio introducendi positionum usum respicit publicam utilitatem directe, quae versat[ur] in eo, ut veritas appareat, et illam probationem a nullo alio possit exigere actor, nisi a reo; ratio vero, qua nititur Gregorius in cap. 1. h. t. respicit directe privatam utilitatem actoris, et indirecte publicam consistentem in eo, ut scelerrimus finis litibus imponat[ur] cap. finem litibus de dolo et contumacia l. properan-

randum C. de Iudicijs. Non ergo attendit haec ratio sic concepta in positionibus nam in tit. ff. ad exhibendum, et interrogatorijs actionibus cogit reum instruendi Iudicij causa exhibere, vel Respondere L. 1. ff. de interrogatorijs actionibus L. 1. ff. ad exhibendum, quod non dat arma contra se, ut dictum est, sed ut omnis fraus cesset, cogit ostendere vel confessionem actorem a necessitate probandi relevare L. 1. et toto tit. ff. et C. de confessis. Nam si domino qui rem amiserat ut recuperaret, licebat saeculo decemvirorum furtum in domo aliena quaerere, lancem ante oculos habens propter matrem familias, aut Virginum praesentiam, et alter ille apud quem furtum quaerebat, domum suam ei aperire, et in obsignatis, et non obsignatis locis liberam furti inquirendi potestatem facere cogebatur, ut notant Rosinus lib. 8. antiquitat. cap. 6. §. 60. Revardus ad L. L. IX. tab. cap. 26. nil mirum quod etiam hoc saeculo ut fraus elidatur, et ut publicam utilitatem conservet, cogat etiam reum rem exhibere, et confessione res obscuras demonstrare, et a necessitate probandi actorem relevare supra laudatis Iuribus.

Unde positionum usus non consideratur introductus contra rationem relatam in cap. 1. h. tit. quod quamvis verum sit reum positionibus actoris cogi Respondere; non tamen debet eius intentionem fundare, neque in con- 26.

fessione arma contra se praestare, nisi q^do scienter, et cum mala fide res alienas retinet; q^d cum in hac specie res restituere cogat, tenebit etiam veritatem fateri argum. tex. in cap. peccatum de R. I. in 6^o cum vulgatis ex contrario q^do reus non habet conscientiam laesam, non tenebit fatendo veritatem actoris intentionem fundare, sed respondendo positionibus poterit uti verbis ambiguis, et aequivocis, glossa in cap. 2. de confessis in 6^o. verbo absque rationabili causa, et in cap. 2^a verbo sigillatim de testibus in 6^o. de qua videte Covarruv. lib. 1. variar. cap. 2. n^o 3. Parladorius lib. 2. rerum quotidianarum cap. fin. p.3 §4. n^o 13. ad finem.

27. Sed est obscuram, et difficillimum addit I. Cti responsum in L. 1. §. 1. ff. de interrogatorijs action. quo Jure caveri interrogationes summa cum ratione abijsse in desuetudinem. Pro huius tex. enodatione observandum est cum adductis a Balboa in princ. n^o 55. olim conventum ante propositam actionem actori circa negotium principale respondere, an aliq^d fecisset, promisisset ve ex hac igit. responsione contra interrogantem dabat actio, quae dicebat confessoria L. proinde §. 1. ff. ad leg. Aquil. Haec interrogandi forma est, quae abijt in desuetudinem ind. L. 1. §. 1. ff. de interrog. action. q^d insulsum visum fuit Oratori, et alijs Jus reddentibus eum, qui ab initio nul-

nullam actionem habebat reum vere non debentem ex inconsulto responso vexare, et damno afficere. Huius rei extat exemplum in l. fi. ff. de interrog. actio. Iuxta doctrinam Ant. Fab. de erroribus pragm. decad. 2. error. 10. de his igitur interrogationibus loquitur J. Ctus in d. l. 1. §. 1. quae nil commune habent cum positionum consuetudine comparatis, et Iure Canonico aprobatis Balboa ubi sup. non vero de his, quae hodie vigent, quae non tendunt ad negotium principale sed ad qualitatem l. de aetate 11. §. qui tacuit. l. filius 17. §. ult. ff. de interrog. actio. Hinc ob similitudinem harum interrogationum interrogatur reus, et cogitur positionibus respondere cap. 2. de confessis in 6.° Clementina saepe §. quia de V. S. juncto cap. 1. de litis contest.

3.° communiter adducitur ratio dubitandi contra decisionem Gregorij in d. cap. 1. nam ad evitandam personarum acceptionem aequalem habendam esse rationem rei, et actoris statuunt Jura in cap. in Judicijs de R. J. in 6.° l. non debet 45. ff. eod. l. fi. C. de fructibus et litium expensis. Sed actor propria instrumenta tenetur edere reo ad fundandam eius exceptionem, et defensionem l. 1. §. editiones ff. de edendo l. non est novum l. Iudices C. eod. l. qui tab. 27. ff. de furtis: igitur et reus tenebitur instrumenta propria actori edere, ad fundan- 28.

danda eius intentione.

29. Respondet verum esse actoris, et rei aequalem haben-dam esse rationem relatis Juribus; sed cum intra Juris limi-tes favorabiliores habeant rei, quam actores L. favo-rabiliores de R. J. hinc licet actor teneat edere reo, reus non tenet actori edere, et in instrumentorum editione non possunt esse aequales actores, et rei, eo quod actor trahat, reus vero in Judicium trahat: et si actor non teneret edere instrumentum quod penes se habet quo rei exceptio possit probare calumniosa diceret eius positio. Hac ratio fraudi occurrit cogendo actorem instru-mentum edere reo; non vero reum; quia solum utit defensio-nis Iure: ex contrario quando rei exceptio non solum defensionem verum, et impugnationem continet, ut in exceptione compen-sationis patet, argum. tex. in l. 2 ff. de compensat. l. fin. C. eod. Junctis traditis a Rivioto de Iure personarum extra ecclesiae gremium existentium cap. 34. nº. i. Purpurato in l. fin. C. de compensat. nº. 12.

30. Adhuc obst. verba d. cap. i. ibi: Nulli dicendum est. Cum videt cavere generaliter responsum, et per conts non solum non dicendum reo, ut instrumenta propria edat, verum nec actori, nam si nulli dicendum est: ergo nec actori prae-cipiendum. Respondetur illa verba solum de reo esse accipienda, non vero de actore, quod expresse demonstrat in tex. cum ibi agat de actore petente editionem a reo, quasi dice-ret Pontifex nulli reo dicendum est. Nec obst. reum

dici

dici actore in exceptionib. l. 19. ff. de probat. q. haec regula, ut in superiorib. dictum est verificat in exceptionib. quae concernunt non solum defensionem, verum, et impugnationem, ut est exceptio compensationis d. l. 2. ff. de compensat.

4°. obst. nam instrumenta communia omnibus edi debent l. 4. §. fin. l. 5. ff. famil. hercisc. l. procurator. C. de edendo cap. 12. de fide instrum. ubi licite appellat a Iudice, qui parti petenti non facit, ut edant communia instrumenta, sed instrumentum foederis de quo in d. cap. 1. erat commune ut patet in tex. ergo illud reus debuit actori edere, nam potentiori ocultante, ut ait Divus Augustinus contra Faustum cap. 34. est nocendi cupiditas, ulciscendi crudelitas, implicatum, et implacabilis animus, Libido dominandi. 31.

Pro solutione huius rationis dubitandi observandum est duobus modis dici instrumenta communia s. Iure dominij, aut proprietatis, ut sunt instrumenta haereditaria inter cohaeredes l. 4. et 5. ff. famil. hercisc. l. fi. ff. de fide instrum. Deinde pluribus legata, donata, et communi pecunia empta, quorum proprietas ad plures pertinet, similiter instrumentum edendum est indistincte tam ab actore, quam a reo cap. 1. et 2. iuxta intellectum communiter receptum de Iure patronat. l. 4. §. fi. cum l. seq. ff. famil. hercisc. l. non est nova C. de edendo cap. 12. 32.

iunctæ glossa de fide instrum. et qui edere renuit pec
lethaliter contra Justitiam, et per consequens contrahit excom
municationem monitori tenent Ang. Præceptor D. Tho
mas 2.ª 2.æ quæst. 185. et codlibeto 6.º quæst. 3. art. 12
Garcia de nobilit. glossa 2.ª §. 1. n.º 19. Escobar de
ratiociniis cap. 10. n.º 32. et alij adducti a Bareja de
instrum. edit. tit. 9. resolut.e 1. n.º 43.

33. Ratio huius principij est quia quod mihi cum alijs commune e
meum esse dicitur l. in re communi ff. de serv. urb. præd. l.
illud 46. ff. de ritu nuptiar. et cum meum sit illud Iure pro
prio petere, et vindicare possum l. 1. cum segg. de rei vindicat
et ad exhibendum agere l. ad exhibendum ff. ad exhibendum
quod in instrumento communi cum Fisco admittit glossa in
l. fraudem §. hæredi ff. de Iure fisci. De his instrumentis
communibus quoad proprietatem, et dominium sunt accipienda
Iura pro ratione dubitandi adducta, ut tenent supra lau
dati viri.

34 2.º instrumenta dicuntur communia ratione materiæ
et quidditatis negotij in instrumento contenti, ut sunt
instrumenta emptionis, locationis, societatis, emphiteusis
transactionis et similia, quæ utriusque contrahentis uti
litatem concernunt. De his celebris quæstio est an reus
ea edere teneatur? affirmativam sententiam plurib. defendunt
Balasus de iure emphiteutico quæst. 8. n.º 29. Garcia de no
bilit. glossa 2. §. 1. n.º 5. sed contraria sententia verius

que

quae probat ex tex. in d. cap. ubi instrumenta propo-
nunt communia ratione utilitatis, quae inter Imp.
Iustinianum, et praedecessores suos fuerint emissa: et
tamen Pontifex respondet Imp. non esse cogendum ad edi-
tionem: ergo instrumenta communia ratione utilita-
tis, et quidditatis negotij in instrumento contenti non
tenet reus edere, nam in hac re non atendit materia con-
tractus, et an utilitas sit communis, vel non; sed solum
inspicit an instrumenta sint propria ipsius rei. Similia
argumenta huius iuditij sunt Iulius Gratianus lib. 1.
deprobat. cap. 64. n.° 94. et alij adducti a Barg.a de
universa instrumentor. edit. resolut. 1. n.° 45. sed in hac
re non est ommittenda praxis de qua Balboa in princ.
n.° ult.

Ibi itaque praelibatis responsum Gregorij est accipiendum de instru- 35.
mentis communibus non quoad dnium, et proprietatem; sed
ratione utilitatis, et quidditatis negotij in eo instrumen-
to contenti, scilicet pacti celebrati, cum non obscure propo-
nitur in tex. quae ut probatum est non tenet reus edere,
omnia alia hucusque statuentia editionem instrumentorum
sunt intelligenda de instrumentis in ut.° genere com-
munibus supra laudatis iuribus, et Doctoribus. 36.

Adhuc obst. nam publica suadente utilitate reus cogit
propria instrumenta edere actori; ut patet in argen-
tario L. praetor 4. L. siquis. 6. L. argentarius eo. ff.

de edendo, ~~textum~~ cap. vnoraria. clementina vnica §. cæterum. de vsuris. litigante cum fisco l. 2. §. vivus eligendo et §. item de vivi ff. de iure fisci l. Senatus 3. ff. de edendo, sed in editione versat. publica vtilitas, quia eius ostensione pax servat. cap. 1. de pactis. vnde in prti imp. tenebat edere fæderis instrumentum.

37. Idem argentarium, nummularium, et alios ex necessitate officij rationes aliquas excercentes, aut instrumenta conficientes teneri edere ratione publici officij, quia hoc ministerium publicam habebat causam, et harum personarum principalis opera erat vt actus seu rationes diligenter conficeret d. l. argentarius 10. ff. de edendo, congerunt plura Stephan. Graciani discept. forens. cap. 130. n. 21. 23. et 31. Narbona in l. 30. n. 104. lib. 4. recopilat. Tacho lib. 11. controvers. cap. 35. per totum Azevedo in l. 1. tit. 12. lib. 5. recopilationis.

38. Sed pro clariori cognitione huius rei notandum est, quod argentarij, et excercitores erant Cives Romani, qui Romæ, et in provincia rei nummariæ negotiationem excercebant. Vnde mensarij, seu nummularij appellabant. confert illud Apuleij de Asino lib. 4: Nec non denique latuit Chryseros quidam nummularius copiosæ pecuniæ dominus, qui metu officiorum, ac munerum publicorum Magistratibus magna dissimulabat opulentiam

isti

12. ~~[illegible]~~ Falco. 87

Ubi nummularij, seu argentarij frequenter versmorabant in foro, ibiq. tabernas, et mensas publicas habebant, deponebantq. apud illos funebres pecunia, quas partim erogabant, partim collocabant, ex quibus omnibus Libros rationum, et instrumenta publica conficiebant L. prætor 4. L. quidam §. nummularius. L. argentarius 10. de edendo L. si res de administr. tutor. L. procurator 23. ff. de liberat. Legata L. a Divo 15. §. penult. ff. de re iudicata. Cum ergo singulorum rationes conficerent argentarij, et omnia apud illos gesta diligenter scriberent æquissimum visum fuit Pretori; ut ipsi tenerentur illas rationes edere postulantibus, ut habet in d. L. Prætor iuncta d. L. argentarius.

Hodie nummularij ad campsores referunt, vulgo cambios, argentarij vero ad nottarios, seu tabelliones, qui in conficiendis publicis instrumentis argentarijs successerunt Balboa ad tex. in cap. 1. h. tit. nº. 65. in fi. et præter scitatum authorem plura de hac re tradunt rota gener. Farinacius decis.e 498. nº. 2. et 3. Pancirolus in thesauro variar. lect. lib. 1. cap. 3. Nicolaus Genua de scriptura privata Lib. 4. fol. 1220. nº. 1. usq. ad 27. cabrinum 39.

Borellus de Regis Catholici praestantia cap. 12. per totu de distinctione argentariorum a nummelarijs, et de horu conditione ~~Lector~~ Petr. Gregor. lib. 12. Syntag. cap. 9. nº. 11. Onufriy in vrbe Romana fol. 191. Budeus in annotat. priorib. in pandectis in L. 7. §. quoties ff. depositi. ~~Francis. Polerus~~ lib. 1. historiae Romani fori cap. 3. ~~nº. 4.~~

40. Clementina vnica §. caeteru de vsuris R.det speciale constitutione continere, qua de novo contra vsurariu statuit cogendu edere instrumenta actori, videlicet librum rationu, Vt ex illo sua intentione fundare possit, vt indicat verbu decernimus, quod constitutu est in odiu vsurariae pravitatis, et favore animae, glossa communiter recepta in d. §. caeteru, ita Balbus ad tex. in cap. 1. h. t. nº. 72. et ibi laudati Patiany de probat. lib. 1. cap. 66. Mining. in pnti nº. 3. Menochius de arbitrarijs casu 39. nº. 22. Nicolaus Genua de scriptura privata lib. 4. pag. 1246. nº. 10. et segg. et pag. 252. ex nº. 9. cu segg. Parija de ~~in~~ univers. instrum. editione tit. 5. resolut. 3. nº. 68. Sed vt hoc Ius singulare in praxi verificet, tria desiderant necessario. Parija vbi prox. nº. 71. Iu. debet constare eu a quo petenda est instrumentoru editio esse vsurariu; q. nisi ab allegante probet nullus vsurarius praesumit arg. tex. in cap. fin. ~~ff. de~~ de praesumpt. 2u. vt agat de causa vsurarij; nam si de alio contractu

que-

quaestio esset, qui non respicit usuras, non est usurarius cogendus edere, quod tex. in clement. unica §. caeterum solum loquitur in usuraria causa.

Tertium et ult. desideratum, ut constet usurarium titulos rationum confecisse, nam si neget cum Iuramento, eius fidei standum est in praxi; nisi per coniecturas, aut publicam vocem, et famam talem usurarium solitum esse scribere rationes constiterit, quod ut appareat usuras repetens debet Iudicis ecclesiastici officium implorare ad hoc, ut sub generali edicto excomunicationis poenam continente praecipiat, ut qui super hoc noverint veritatem compareant, et veniant ad ferendum testimonium Iuxta tex. in cap. ad nostram el segundo de iure iurando docent in d. §. caeterum Immola n.° 22. Bonifacius n.° 35. 41.

Quod de usurario dicitur adeo verum est, ut procedat non tantum in usurario vero, et directo, qui pecunias mutuas dat sub usuris, sed etiam in eo, qui indirecte, et paliate usuras exercet, ut est mercator ille, qui carius merces vendit, dilatione concessa ad solvendum Iuxta tex. et gloss. communiter receptam in cap. navigantii de usuris Jasson in l. 1. ff. de edendo n.° 9. Purpuratus ibi. Menochius de arbitrar. capu 499. n.° 35. Nicolaus Genua de scriptura privata lib. 4. pag. 253. n.° 26. et 27. omnino consulendus. 42.

43. Infert ex his cum Velino n.º 19. in pnti Jasone n.º 12. Purpurato n.º 20. in l. 1. ff. de edendo, decisionem tex. in d. clement. unica. §. cæterum de usur. procedere in foeneratore, qui desijt usuras excercere Iulius Pazian. de probat. lib. 1. cap. 63. n.º 71. ubi pro hac opinione expendit tex. in l. prætor §. etiam ff. de eden. quo Iure docet Vlp. etiam eum, qui desijt argentariam facere ad editionem compellendum; igit. et foenerator, qui desijt usuras excercere compellendus est. tenent laudati a Paziano ubi prox. Menoch. de arbitrar. casu 499. n.º 2. facit etiam doctrina Bartoli in l. qui sit fugitivus ff. edilitio edicto, ubi notat quod usurarius, qui desijt foenerari adhuc dicit. usurarius, quod adhuc penes se retinet usuras: quo in hoc debet habere locum quod de usurario disponit in d. clement. unic. §. cæterum. è re est tex. in cap. quanquam de usuris in 6.º ubi test. usurarij non valet, nisi præstita cautione de restituendis usuris, non obstante quod tempore test. eam non esset usurarius docent Ananias in cap. qd. in his omnibus in quest. 12. n.º 15. vers.º quid autem colum. 13 de usuris. Castrensis in l. prætor §. etiam is ff. de edendo. ex contrario si usuras restituisset, quod per restitutionem usurarij nomen delet cap. ferme 30. Conveniunt congesti a Paziano ubi sup. n.º 54. nec usurario allegante se perdidisse libros credendum est; cum tractet. de illius favore, et præiudicio aliorum, et in hac specie non liberat ab obligatione edendi, nisi concludenter probet ammissionem librorum factam casu,

scilicet

scilicet incendio, naufragio, ruina, aut fatali corruptione. Patian. vbi prox. nº. 80.

Deducit 2º. decisione Clementis V. ind. clementina vnica. §. cæterum procedere etiam in hærede vsurarij glos. in d. §. cæterum ibi: et idem puto de ipsorum hæredibus, suis, vel extraneis. Patian. vbi prox. nº. 67. Menoch. de præsumpt. Lib. 1. præsumpt. 61. nº. 10. Barbosa in collectan. ad d. clementinam nº. 10. Parja de vniversa instrum. edit. tit. 5. resolut. 3. nº. 69. facit tex. in cap. tua nos de vsuris extra. 44.

Questionis est an proposita exceptio a regula generali tex. in cap. 1. h. t. verificet in Judeo mercatore non exercente vsuras, in hac questione etiam, etsi sint aliqui, qui resistant affirmativæ sententiæ tenendum Hebreum adhuc non exercentem vsuras ad similitudinem vsurariorum teneri edere instrumenta ad fundandam actoris intentionem. Hoc placitum præcipuè duabus rationibus propugnat Pacianus de probat. lib. 1. cap. 63. nº. 36. 1ª. est nam quod reus non teneatur edere instrumenta propria actori hoc est indultum æquitate suadente L. 1. C. de edendo vti adductis in superioribus pro exornatione decisionis Gregori. I. in puncti: sed æquitas prodesse non debet Judeis, vt tenent Jason in L. et si post 3. nº. 4. ff. si quis cautionibus etc. Socinus concil. 63. in puncti nº. 17. vers. et tamen volumine 1. idem Jason in L. si in insulam ff. de V. O. quod Judei etiam non exercen- 45.

tes vsuras tenent edere instrumenta actori ad fundandam eius intentionem, qua ratione contra Hebreum non vsurarium concludit Cephalus consil. 165. nº. 4. volum. 2. et ante ipsum tenuit [illegible] Curtius Junior in l. fi. nº. 4. vers. ig-
44. nanter infero C. de edendo sequit. Lareja de vniversa instrumentorum editione tit. 5. resolut. 3. nº. 77.

46. Secunda ratio est qa si nautæ, caupones, stabularij, et alie similes personæ secundum communem opinionem (de qua postea) tenent edere instrumenta actori, qa Jura de illis male presumunt multo fortius Hebrej debent cogi ad editionem instrumentorum, quæ propria sunt, qa illorum peior est Juris
45. præsumptio, et existimant peiores omni alio malorum, et vilium personarum genere argum. tex. in cap. nullus cul. seq. 23. quest. 1. cap. nonne 1ª quest. 1. quod desumptum extat ex Evangelica veritate apud Matheum cap. 11. cap. sane el segundo §. item multi 24. quest. 2. cap. in nullis. cap. qa 5. de Judicijs. cap. cave 28. quest. 1. apparet ergo Judeos adhuc non exercentes vsuras propter qualitatem improbæ, et detestabilis conditionis teneri edere actori instrumenta ad fundandam eius intentionem; vt tenent Pacian. et adducti vbi sup.

47. Rationi dubitandi deductæ ex tex. in l. 2. §. divus ff. de Jure fisci l. senatus 3. ff. de edendo, videtur litigantem cum Fisco teneri edere instrumenta ob specialem privilegium fisci dictis Juribus, ita communiter DD. in l. 1. C. de edendo

et in

et in cap. 1. h. t. Bocius in tract. de Fisco, et eius privilegijs nd. 10. et 11. relati a Turio Patiano de probat. lib. 1. cap. 63. ex nd. 46. Barbossa in collectan. in l. 2. C. de edendo n.º 4. vbi alios adducit. Pareja de univers. instrum. edit.º tit. 5. resolut.º 3. nd. 92. Donel. lib. 3. comment. cap. 7. column. 2. Faber in l. 3. ff. de edendo, quod privilegium extendit etiam ad ecclesiam, cui pariter est edendum instrumentum; quod non est minus privilegiata, quam Fiscus argum. tex. in l. fi. C. de sacrosantis eccles. Tiraquel. de privilegijs piae causae privil. 155. Patian. vbi sup. nd. 47. Menoch. de arbitrar. casu 49. n.º 47. Pareja vbi sup. nd. 29. ad causam pupilli. alimentorum, Hospitalium, et alias causas, quae aeque favorabiliores sunt, ac Fiscales Butrius in cap. 1. h. t. colum. 2. vers.º idem, et alij congesti a Patiano vbi sup. nd. 49. ex relato privilegio Fisci deducit Gutierrez lib. 7. practicar. quaest. 143. nd. 5. quod si fiscus petat gabellae redditus ab aliquo poterit petere sibi edi instrumentum.

Hoc privilegium Fisci non habet locum in causis capitalibus, et alijs criminalibus; nam in his visionibus non procedit generalis regula quod non obscure disponitur in l. 2. §. item Divi Fratres ff. de Iure fisci notat Abbas in pnti nd. 17. vbi Decius testatur hanc esse communem opinionem nd. 59. ita laudati a Pareja vbi sup. nd. 51. nam vt docet Cuiac. in d. §. item Divi fratres nulla est idonea ratio, quae 43

reus capitis postulatus compellere possit ad exhibenda instrumenta, quæ habet, quibus convinci valeat: nam si servandi capitis gratia licet ignis delatores pecunia impunè corrumpere L. 1. ff. de his qui ante sententiam mortem sibi conciderint. L. transigere C. de transaction. licebit salutis propriæ tuendæ gratia subtrahere à Fisco quæcunque instrumenta; nam non est crimen quod mortis impedit impetus, ubi observat Aviac. ubi sup.

49 Non solum in causis Capitalibus silet Fisci privilegium, sed etiam in causa pecuniaria proveniente ex delicto, in qua agitur de poena aplicanda à Fisco, ut docent Padreja de univers. instrum. edit.e tit. 5. resolut. § 3. n. 52. Pacian. ubi prox. n. 61. Alexander concil. 132. n. 5. volum. 1. licet contrarium teneat Decius in cap. 1. n. 60. vers. in causa criminali h. t. contendens Fisci privilegium solum limitationem accipere respectu poenæ capitalis, non vero condemnationis pecuniariæ, quem sequutus fuit Curtius Junior in L. 1. C. de eodem n. 30. vers. Limitate 3. et ante eos tenuit Jason in L. 1. n. 8. vers. tu autem considera C. de edendo, nam ut causa verè dicatur criminalis sufficit quod per eaque intenditur veniat aplicanda à Fisco, glosa in L. 3. ubi Bartol. ff. de Sepulchro violato. Bertasolus concil. 399. n. 2. et 3. et aliquos sequitur Pareja ubi sup. et constat in causis criminalibus non esse sumenda arma de domo rei L. de minore §. tormenta ff. de quæstionibus L. nimis

mis grave C. de testib. cap. qui intendit 4. quest.
3. Deinde quia ind. specie semper sequitur nota quae di-
manat ex crimine etiam si poena sit pecuniaria
arg. tex. in l. 1. l. athletas ff. de his qui not. infa. l.
cessat ff. de offic. et act. omnino in hac re sunt
consulendi Menoch. concil. 405. Valenzuela
Velasquez concil. 52. per totum ex n. 68.
His obstare videtur Ulpiani responsum in l. decretum 50.
25. ff. de iure fisci, quo loci ostenditur possessorem, qui
delatus est in fiscum quasi possidentem bona ad fi-
scum pertinentia non compellendum edere titulum
possessionis suae, sed delatorem teneri probare quod
intendit alioquin puniri, et per contra probationem
posere rei, et delatam non esse petendam a possessore,
sed a delatori ita ut ex propriis probationibus
intentionem suam, non ex adventitiis, aut repetitis ab
ipso possessore probet iuxta tex. in l. cogi 11. C. de
petit. haeredit. Ant. Covarruv. lib. 1. variar. cap.
6. n. 1. Parledorus lib. 17. rer. quotidianar. cap. 3.
§. 2. n. 3. 6. responsum Ulpiani procedere esse exaudi-
endum quando agit fiscus de lucro captando, ac de poena
a reo exigenda, in qua specie potius privato, quam
fisco favendum est arg. tex. in l. non puto 10. ff. de
iure fisci, quod comprobatur, nam etsi fiscus habeat ius
praelationis inter creditores l. aufertur §. fiscus. ff.
de iure fisci. l. 2. C. in quib. causis pignus. iunctis

traditis a Doctoribus hic notatis in L. privilegia ff. de privilegijs creditor. tamen in poenalibus actionibus, hoc non verificatur, quando quidem fiscus agit ad poenae persecutionem ratione delicti, et ut lucrum captet privatus potior est, qui ita agit, ut damnum effugiat L. fin. §. licentia C. de iure deliberandi. l. fi. C. de adq. possess.e L. apud Celsum 4. §. actori 31. ff. de doli mali, et metus exceptione. elegans tex. in L. fi. C. de codicillis. ibi: Non enim par, eadem ratione videtur amittere debita, et lucra non captare.

51. Quod de privilegio fisci in superioribus dictum est principaliter limitatur, ut non procedat quando fiscus contra alium agit, contra ecclesias, aut alias personas ubi supra enumeratas habentes aequale privilegium Bald. et Decius in cap. 1. h. t. Jason in L. ne quisquam n. 5. ff. de edendo. Pacianus de probat. lib. 1. cap. 53. n. 62. Peregrinus de iure fisci lib. 7. tit. 3. n. 24. ubi triplices huius limitationis adducit rationes, nam privilegiatus contra aequaliter privilegiatum non utitur privilegio authent.a quas actiones C. de sacrosanctis ecclesijs. L. sed et militis ff. de excusation. tutor. quippe certi iuris est quod par in parem nullum habet imperium L. nam magistratus ff. de receptis arbitrijs L. ille a quo §. respectivus ff. ad Trebell. aliae huius privilegij limitationes petendae sunt ex adductis a Sarego de univers. instrum. edit.e

edit.e tit. 5. resolut.e 3. a n. 60.

52.

Quaestionis est an hoc privilegium Fisci verificetur in succedentibus in locum Fisci emptoribus scilicet, et conductoribus gabellarum, in hac controversia affirmativae sententiae sunt Bald. in l. 1. § editione ff. de edendo Acebedo in l. 10. n. 3. tit. 17. lib. 9. novae recopilationis Covarr. de decima venditionis, et alii adducti a Barja de univers. instrum. edit.e tit. 5. resolut. 3. n. 43. Probant praedicti authores suam opinamentum 1.o quia Fiscus per cessionem transfert omnia iura, quae habet in gabellarum conductores l. 1. et fin. C. de privilegiis offic. 2.o quia subrogatum eiusdem qualitatis est cum eo, cuius loco subrogatur, vulgata l. 5. ff. de liber. et posth. cum similibus, in oppositam persuasione stant Decius in cap. 1. n. 4. n. 13. Jason, et Ripa in l. 1. ff. de edendo n. 1. Bertaquinus in tract. de gabellis 7. p.te n. 33. facit pro hac sententia tex. in l. Locatio 9. § fin. ff. de publicanis, ubi immunitas, quae competit Fisco non est communis emptoribus fundorum fiscalium, quia est privilegium personale, et per contra extendendum ad a Fisco in emptores l. 1. ff. de constitutionibus l. quia tale 13. ff. soluto matrimonio ubi late Barbosa—

83.

52.

Hae tamen opiniones possunt conciliationis foedere componi, ita ut 1a. opinio procedat in conductoribus gabellarum Principis, qui eius loco gabellas exigunt Guido Papeus quest. 208. Aegidius Bossius instit. de fisco n. 29. Conveniunt tradita a Riminaldo concilio 111. Menochius de arbitrar. casu 39. n. 7. 2a. vero habeat locum in emptoribus veris fiscalium, hac tamen distinctione adhibita, nam aut agitur de fisci interesse, et tunc fisci privilegio non utuntur emptores, quia hoc personale est Bart. concil. 226. aut de fisci interesse, quia emptor praedia a Fisco empta, vendita de bonis debitoris fiscalis, vel aliis in iudicio communiter in qua specie certi Iuris est emptorem Iure fisci, et aliis privilegiis iuvari, et uti posse, nam constat Ius excipiendi transire ad singulares successores l. si mater § idem Iulianus l. si a te § Iulianus ff. de exceptione rei iudicatae. Bart. in l. si tertius § si quis priv. ff. de aqua pluvia arc. Alexander in l. 3 n. 4. C. quod metus causa, et alii congesti a Peregrino de Iure fisci lib. 7. hanc distinctionem sequuntur Menoch. de arbitrar. casu 499. n. 70. Farinac. ~~[illegible]~~ fragmentor. criminal. parte 1. lit. F n. 263. Gravetta concil. 148. n. 1. et 2. et ad dicta reducenda sunt tradita a Gironda de gabellis 4. parte

p.te n. 44. 54.

Exquiß iam non obst. quod in superioribus dicebatur, nam argentarium, et alij tenentur edere instrumenta ratione publici officij quod exercent fisco vero edendum propter speciale privilegium, usurarium quod ita specialiter est constitutum in eius odium, et favorem animae, quod extendendum est etiam ad nautas, caupones, et stabullarios, ut tenent Alexander in l. 1. n. 3. vers. 3. fallit C. de edendo. Fulius Pacian. de probatione. lib. 1. cap. 63. n. 89. Pareja de universa instrum. editione tit. 5. resolutione 3. n. 78. quamvis oppositam sententiam tueantur aliqui asserentes statutum in d. clement. unic. §. caeterum. maxime a iure communi distare, et per consequens non extendendum ad nautas, caupones, et stabularios, quia quamvis ex aliqua parte suspecti habeantur, tamen negociationem exercent licitam honestam, et in republica non solum permissam etiam verum, et necessariam ita supra laudati, sed in concursum harum opinionum arbitror in praxi non esse recedendum à prima sententia, et in rigurosa Iuris disputatione, veriorem existimo opinionem Iassonis, et aliorum videndi Fulius Pacian. de probation. ubi prox. n. 90. cum sequentibus Paitius lib. 1. observationum observ.e 106.

His

56. His ita prænotatis
Non obst. regulæ propositæ, quod instrumentum de quo agebat in cap. 1. h. t. concernebat publicam utilitatem, et per consequens edendum; quia in originali huius tex. in quo agit de editione foederis Divus Gregorius aliquas adduxit rationes ob quas non erat edendum cartophilacium, ubi continebat foedus contractum, et principalior consistebat in eo, quod cartophilacium erat flammæ incensum, et sic res reddicta erat ad impossibile, ad quod nemo obligat. Si ergo aut aliqua presumptio esset aut constaret cartophylacium, aut imperatores extare, ex cuius exhibitione publica utilitas penderet, per denuntiationes Evangelicas posset compelli imperator ad editionem, ut tenet Silquenig in L. 1. num. 17. C. de edendo.

57. Quinto facit contra descissiones Gregorij in presenti, nam reus tenet. edere actori instrumenta quibus proponit se in Iuditio usurum L. 1. § edenda ff de edendo cap. contingit. de fide instrum. cap. cum persona vers. not. de privilegijs in 6. Sed imperator in presenti erat usurus instrum.to ad suam intentionem probandam ut ex litera constat, ergo tenebat. documentum edere. Unde Menochius de arbitrarijs casu 499. num. 11. verbum quis dicta L. 1. § edenda refert non solum ad actores, sed ad reos convientes, qui ad probandam suam exceptionem instrum.ta vel alia rationes producit dicto cap. cum persona vers. not. volentes, de privilegijs in 6.

Respondet. statutas regulas procedere in instrumentis proprijs, quæ quis retinet apud se; non vero in his quibus reus utit. vel se usurum in Juditio proponit. Gloss. in cap. contingit. de fide instrumentorum observant Bart. num. 29. Jasson num. 36. in l. 1. ff de edendo. Gilquenius in l. 1. C. de edendo. num. 10. Decius in presenti num. 35. Veroius num. 64. Donel. in l. 2. in principio. et in l. final. num. 7. C. de edendo. et lib. 23. comment. cap. 6. Azevedo in l. 3. num. 14. tit. 5. lib. 4. novæ recopilationis, nam Pontifex in hoc cap. 1. utit. illis verbis: nulli dicendum est ea quæ contra te sunt apud temetipsum debes instrumenta requirere, in medium proferre. Quibus non obscure demonstrat. Romanum Pontificem loqui solum de instrumentis, quæ apud se retinet reus, non vero de his, quibus se usurum proponit in Juditio; nam ista edenda sunt, ne quis plus petitionis periculum incurrat argut. text. in l. penult. ff ad l. Falcidiam. Cuiacius lib. 20. observat. cap. 14. 58.

Unde instrumenta quibus reus dicit in Juditio usurum, vel ipsis utendo eo ipso efficiunt. de actis processus, et per consequens communia, argut. text. in l. 3. §. idem scribit: ff de peculio, et ut talia a fortiori sunt edenda. l. 4. §. final. ff fam. herciscundæ. Abbas in cap. venerabilis. de exceptionibus. notabili 8. Valboa in presenti num 43. 59.

in qua

in qua specie non est totum instrumentum actori edendum, sed solum illa pars instrumti. debet edi, quae facit circa articulum, de quo quærit. cap. contingit de fide instrumtorum. l. argentarii. § edi ff de edendo, quod non verificat. qdo instrumtum petit adversarius, qa illud vult de falsitate redarguere. Sic est exaudiendus text. in cap. accepimus. de fide instrumtorum dum docet totum instrumentum esse edendum. Ratio est, qa instrumta non possunt redargui nisi inspecto illorum tenore. l. de his ff de transactionibus. Observant Padilla in l. si ex falsis ff de re iudicata. Morla in emporio tit. 11. qe 7. per totam. Mascardus de probationibus cone 1254. Osualdus ad Donel. lib. 13. cap. 6. lit. M. et lib. 27 cap. 3. lit. X. cum seq.

60. Sed non leviter obstat qd. disponit. in cap. cum persona. vers. nos volentes. de privilegijs in 6. ibi: ad legendum integraliter exhibere. Quibus verbis statuit Bonifacius VIII. quod his qui utitr. privilegio, vel instrumento in Iuditio non partes, sed totum privilegium, aut instrumtum tenetr. exhibere, qd ex diametro pugnat cum text. in dict. cap. cum persona, ut ex illius contextura deducitur, interpretandum casu, in quo editio, aut exhibitio facienda est Iudici, cui totum instrumentum exhibendum est, ut inspiciat an exceptio, de qua contenditr. sit legitima; nam ibi quaestio erat

circa

circa totum privilegium et sic nihil mirum, quod iubeat Pontifex totum legendum, nam inciuile est, nisi tota lege perspecta una aliqua parti cula eius proposita iudicare vel respondere l. 24 ff de legibus.

Quinta in nostrum placitum irruit text. in l. 1. § 1. l. 3. ff de tabulis exhibendis. Ubi hoc edictum habet locum indistincte in reo, et actore ad hoc ut test. exhibeat, sive valeat, sive non sive verum, sive falsum dicat. Respondet illa iura esse intelligenda de instrum. equaliter communibus reo, et actori l. 4. § final. ff. fam. her ercundae. Quippe edictum de tabulis exhiben dis commune est omnibus, quibus aliquid in test. relinquitur, vel eorum interest l. 2. ff test. quemad modum aperiant. l. 3. § 9 et 10 ff de tabulis exhibendis. Richardus in § summa autem in lat. de interdictis num. 19. omnino videndus. Pro con ciliatione text. in l. final. de tabulis exhiben dis cum l. 1. § sive autem ff eodem. 61.

Sequitur ex superioribus instrumenta quibus reus usus est semel tantum ab eo esse edenda, nec cogi posse iterum edere l. bovei § neque iterum ff. de eden da. Conveniunt late congesta a Parya de uni versa instrum. edit. tit. 7. resolut. 8. per totum nec obstat 62.

tex. in cap. accepimus de fide instrum. nam decisio istius iuris procedit q^do. reus illius instrumenti usus fuit in iudicio, et actor petit exhibere instrumentum, q^a illud de falso redarguere tenatur, in qua specie cogitur reus edere iterum instrumenta integra l. si C. de fide instrum. nam certi iuris est iusta intercedente causa semel, et iterum editionem esse faciendam l. 6. §. neq. iterum ff. de edendo. et hanc esse iustam causam statuit imperator in l. 21. C. de fide instrum. et observat Pareja ubi sup.

63. Cum actor sit, qui instructus debet venire in iudicium, et proprias probationes afferre, non vero de domo rei emendicare supralaudatis iurib., queritur in punto utrum reo antequam torqueatur iuditiorum, et processus adversus eum fabricati sit edenda copia, in hac questione tenendum est affirmativum placitum, ita communiter deducunt ex l. 2. C. de edendo. Bald. n. 2. vers. ex 2°. notabili, et aliquos sequitur Pareja ubi prox. resolut. 8. conveniunt tex. in cap. cum inter. de exceptionibus. cap. qualiter, et q^{do}. el secundo. de accusationib. clement. Pastoralis de re iudicata, è re est bulla Pij 4^i. que in bullario 1^o. p^{te} fol. 755. et est in ordine 74. Pauli 3^i. 4^a. p^{te} bullarii fol. 421. est in ordine 58. que decisio fuit successive confirmata a Pio 4°. in sua constitutione 54. sub rubr. reformatio aliena urbis. in vers. quoad expeditionem carceratorum in eodem bullario p^{te} 1. fol. 776. ex iure civili conveniunt tex. in l. desertorem §. si ad diem ff. de re militari. ibi: facta prius copia ~~[illegible]~~

docendi

docendi, nam forte casibus quibusdam detentus sit, propter quos venia dignus esse videatur. l. vnius §. cognitore ff. de questionibus: cogniturum de criminibus praesidem oportere diem palam facere etc. l. custodias ff. de publicis iuditijs quo iure docemur, quod si testes proponant recepti in informatione summaria eorum testimonium nullam faciat fidem contra reum; nisi postea reproducant in plenario iuditio scitata parte Ant. Gomezius Variar. lib. 3. cap. 13. nº. 21. l. defensionis C. de iure fisci lib. 10. ibi: defensionis facultas danda est etc. qua verba tam in Civilibus, quam in Criminalibus esse exaudienda docet Lareja de univers. instrum. edit. tit. 6. resolut. 8. nº. 8. nam privilegium persona, scilicet Fisci non potest illicitam defensionis dandae denegationem licitam facere l. si a milite 30. vers. edictum ff. de re militari conveniunt tradita a Pichardo in §. iniuria inst. de l. Aquil. nº. 3. Larrea decis. granatensi 4. nº. 10. et decis. 20. nº. 45. tho. 1.

Ex his quae in superioribus dicta sunt de non cogendo reo ad editionem instrumentorum, Ut actoris fundet intensio faciliter convincuntur Alvarus Velascus de Iure emphiteutico §. quest. 8. nº. 4. et 8. Burgos de Paz Iunior in questionibus Civilibus quest. 5. nº. 5. Baldus in l. fi. C. de edendo, et ibi Bolognetus nº. 25. Gutierrez de gabellis quest. 126. nº. 10. Cevallos communium contra communes quest. 827. nº. 71. ad seqq. et alij adducti a Lareja ubi sup. tit. 6. resolut. 1. nº. 8. qui tenent regulam affirmativam deducendam esse 65.

ex tex. in cap. 1. n. 1. et per contra reum teneri edere instrumenta propria actori; non solum ex usu, et stillo tribunalium, verum, et Iure communi attento. Unde Sarrea allegationum Fiscalium allegat. 5. n. 5. tenet hodie ingravari in causis Civilibus non practicari titulum de edendo, et Iuris communis regulas in supremis Senatibus, quia in his non curatur de apicibus Iuris; sed veritate inspecta iudicatur. Sequitur Don Iuan de Escobar a Corro de confessariis solicitantibus parte 2. quest. 2. §. 3. n. 14. horum tamen Doctorum dictamine non obstante deducitur regula negativa in reo ex d. cap. 1. h. tit. Ut in superioribus propugnatur: Nec obst. dicere quod sunt plures Limitationes huius regulae, et quod vix potest verificari in aliquo casu, quia Menoch. de arbitrar. centur. 5. casu 499. per totum, duodecim limitationes adducit. Pacianus de probat. lib. 1. cap. 63. per totum et ex n. 117. decem et novem adnumeravit, et plures congessit Macinnius in rubr. et in l. 1. C. de edendo, nam hoc est proprium cuiuscumque regulae generalis, et ideo in l. 1. C. de edendo, et aliis Iuribus subiicitur exceptio regulae, si iusta causa adsit editioni instrumentorum.

66. Unde contra praecitatos Doctores inferebis regulas huius tex. procedere, et si contra Imperatorem ageretur per viam denunciationis evangelicae causa vitandi pecati. cap. novit de iudiciis, nam adhuc non tenetur reus edere instrumenta propria actori Ioannes Garcia de nobilitate glosa 2. §. 2. n. 10. nam fachus authoritate l. non omni Iudicio admittendum est, Ut probat tex. secundum eius veram interpretationem in cap. qui pecat 23. quest. 4. sed reus ocultat instrumenta sua actori authoritate Gregorii 1. in gnti; et l. 4. Iuncto

Juncto Socino n. 4. C. de edendo: q qui occultat instrumentat non pecat cap. 2. de constitutionib, nam licet aliàs occultans aliena instrumenta, [illegible] ne veritas appareat falsi criminis incurrat l. Paulus ff. ad leg. Cornel. de falsis, occultans tamen propriu instrumentum in quo constat de debito, nam illud edere non tenetur, non potest dici q occultando comittit dolum, neq falsitatem, q occultat q secum est, nisi protocolum notarij occultaverit. Pacian. de probationib to. 1. cap. 61. n. 53. cum g. reus occultando instrumenta propria non præesset, q authoritate legis detinet, non potest excomunicationem incurrere, nam hoc sine pecato non incurrit cap. nullus 11. ques. 3. concil. 30. ses. 23. de reformatione cap. 3. Garcia de nobilit. glos. 2. § 1. n. 20. Navarrus in manuali cap. 27. n. 9. Covarru. in cap. ✠ facit etiam q regula huius tex. verificat in iudicio summario in quo procedit simpliciter sine strepitu, et figura iudicij, et secundum equitatem Menoch. de arbitrar. cent. 5. casu 499. n. 2. Paciang de probat. lib. 7. cap. 61. n. 51. sed vbi denunciationis evangelicæ iudicium summarium continet [illegible] cap. novit de Iuditijs: ergo etiam in hoc iuditio viget regula nostri tex.

Admonet p. 1. § 9. n. 1. Suarez. de censuris. disp. 10. sect. 3. et disp. 20. sect. 2. n. 2. ✠

Apparet ergo q si Imp. in pnti non peccat mortaliter non potest excommunicari, neq nec per viam enuntiationis evangelicæ conveniri; ut docent Navarrus vbi sup. n. 13. nam constat propter peccatum lethale solum, non propter veniale, censuram ferendam; q propter leve peccatum non est membrum a corpore rescindum concilium Aurealinse 2um cap. 2. Lateranse 2. cap. 4. Deducit etiam, quod lata ab Episcopo generali excommunicatione (quæ vulgo dicit Paulina) contra quoscunq detinentes, et ocultantes instrumenta, et intra certum terminum non revelantes, q fre- 67.

quenter contingit; ut observant Gutierrez canonicar. cap. 11. per totum, et adducti a Balboa in prti num. 41. adhuc tamen reus sua instrumenta edere non tenetur; quamvis alias id multis notum existat, nec occultando incidit in excommunicationem, quod probatur 1o. quia occultans huiusmodi instrumenta exercet actum legi conformem iuxta tex. in cap. 1. h. t. Ergo nullam incurrit censuram arg. tex. in l. si Graccus C. ad l. Iuliam de adulter. cap. 2. de constitutionibus, nam ille, qui iure suo utitur nemini facit iniuriam, ut formaliter in hac specie tradidit I. Cus in l. 3. §. 2. ff. de libero homine exhibendo. ibi: Is tamen qui in potestate habet, hoc interdicto non tenebitur; quia dolo malo non videtur habere, qui iure suo utitur. Conveniunt tex. in l. iniuriarum §. is ff. de iniurijs l. qui iniuriarum §. is qui ff. de iure iurando. Iunctis traditis a Pareja de universa instrument. edit. tit. 10. resolut. 1. num. 36. Menoch. de presumpt. lib. 6. presumpt. 29. per totam.

68. Probatur 2o. excommunicatio non incurritur, nisi precedente peccato mortali cap. nemo 41. cap. nullus 42. 21. quest. 3. concil. Trident. ses. 25. cap. 3. de reformat. Sed factum occultationis, de quo queritur cum fiat authoritate capitis 1i. h. t. non potest dici peccaminosum: igitur in hac specie non datur subiectum censure capax. 3o. quia censura venit regulanda ex ferentis mente glossa in cap. Apostolice de clerico excommunicato Silvester in cap. excommunicatio 2. §. 14. cap. causam quae 18. de rescriptis vulgatis: sed non est credendum voluisse censuram ferentes adversus detinentes, et occultantes instrumenta propria illos comprehendere; cum vitantur authoritate tex. in d. cap. 1. et aliorum iurium, que in equitate fundantur; nam

sem-

semper præsumit rescribentes, et concedentes monitoria, procedere secundum quod in Iure cautum est cap. sigt. de rescript. l. sigt. C. de inoffic. test. defendunt Suarez tho. 5. de censuris disput. 26. sect. 3. et alij communiter apud Barbosam, et Bonacina ille de potestate Episcopi 3a. p. allegat. 66. ex n. 5. hic in summa tho. 2. tit. 6. de obligat. denunciandi disput. 6. puncto 1. §. 6. n. 8. Lazarius de Monitorijs sect. 3. quest. 1. per totam Azor instit. moralium 3a. p. lib. 5. cap. 8. quest. 63. art. 3. et 16.

Hinc uxor, filius advocatus Procurator, et similes personæ ab obligatione denunciandi excusantur in commissionibus sub excommunicatione latis. Marta de Iurisdict. 3. p. cap. 7. Cordova in questionario ques. 43. et ques. 149. supra dicta rone dictante etiam criminis actor se exhibere non tenetur propter excomunicationem generaliter latam contra scientes, et non relevantes, ut ex doctrina Caietani ad Angelicum Præceptorem Divum Thomam 2a. 2æ. ques. 69. artic. 2. et aliorum resolvit Barbosa ad tex. in cap. 1. h. t. n. 42. in fi. quibus addo tradita a Don ferdinando Perez del Arroyo in repetit. tex. in cap. quidam maligni spiritus 5. q. 1. n. 90. — 69.

Sed huic sententiæ obstare videtur tex. dificilis in d. cap. quiddam maligni 2. 5. q. 1. quo Iure non obscure disponitur reum ad præceptum Prælati teneri revelari peccatum occultum, et quod si non fecerit, excomunicetur, ut notavit Caietanus 2a. 2æ. ques. 69. artic. 2. quod et excomonicatio lata adversus occultantes, et detinentes instrumenta ipsos et compellet ad editionem instrumenti detenti, et quod occultum est editione appareat, ut demonstretur. — 70.

Antequam ad interpretationem huius tex. deveniamus supponendum est hunc canonem desumptum esse ex Divo Grego- — 71.

vio Papa lib. 5. indict.e 24. epistol. 30. in qua Divus Gregorius, qui pijs artib. et summo studio res Longumbardorum conciliari procuravit, sed pergera absistentib. Mauritij Imperatoris ministris, quorum solicitudine Ravenna anno Christi 596. contra Catholicum, ac responsale Pontificum nocturno silentio in Civitatis loco publica affixa contestatio vulgo Libello infamatorio in Castorij crimen loquens, et Gregorio etiam de facienda pose cam de contradicens huius rei ocasione Pontifex in eum, qui talia ausus fuit committere poenam inflixit, Vt observant Baronius anno Christi 596. fol. 201. eam tamen non protulit Gregorius propter crimen omnino praeteritum, neque praecepit simpliciter, at reus in publicum exiret, quippe nemo cogi potest à quocunque Iudice sub quacunque poena ad deferenda, et publicanda propria delicta, quia quilibet Iure permittente occultare potest cap. quam sit grave. de excessibus praelectorum. cap. non sunt audiendi 56. 11. q.e 3. Iunctis traddita à Marta de Iurisdictione p.te 3. cap. 7. n. 12. et 14. solum q.o eo praecepto continebatur, quod nisi exiret delinquens abstineret à praeceptione Sacramenti Eucharistiae, Vt habetur in tex. ibi: Vt Sancti eius corporis, ac sanguinis participatione privatus sit. quod vero corpus, ac sanguinem Dni participare praesumpserit anathematis ulsione percussus existeret, hoc non praecisse propter occultationem, sed propter peccatum mortale, et contumaciam ob inobediencia contracta Iuxta tex. in cap. 2. de maioritate, et obediencia. cap. audi denique 11. q.e 3. cap. sacro 48. de sententia excommunicationis cap. reprehensibiles 26. de appellation. Balboa in cap. 1. de illiis à n. 26.

72. Nec obst. sententia Pauli relata in cap. quis aliquando de poenitentia distinct.e 2. ibi: non tibi dico ute prodas nam ind. cap. quidam maligni Pontificis intensio non eo erat, Vt compelleretur infamatorem, Vt necessario se proderet, sed Vt famam restitueret, et cum restitutio fieri

non pos-

non possit absq. eo q.d ille se exhiberet sui ipsius manifestatio praecipiebatur ad finem restaurationis famae contestatione ablata q.d n. improbant Pauli verba, quorum mens ea est q.d q.do Iudex sequitur ad delicti punitionem delinquens n. se prodat, sed peniteat n. vero Paulus negat necessitatem restituendi, quae cum n. possit fieri, nisi intercedente infamatoris manifestatione ab ipso exigenda est, ita interpretatur Soto Pauli verba in quarto distinct.e 22. q.e 1. art. 24. et sequitur D. Ferdin. Lopez del Arroyo in commentar. ad tex. in cap. quidam maligni S. quaes. 1. n. 43.

Adhuc obst. superioribus, nam n. videtur praecindibilis actus retensionis rei alienae ab actu ocultationis instrumentorum, quippe ex n. editione videtur necessario sequi detensio rei alienae, et locuplectatio cum alterius iactura contra tex. in L. nam ff. de condict.e indeb. q.d detensionem defendit reus instrumenti ocultatione q.d si ederetur ulli superesset possessionis rei alienae defensio: q.o in hac specie q.d est causa ocultationis instrumenti est etiam causa causatae retentionis rei alienae arg. tex. in L. domum ff. ad L. Iul. de adulter. cum similibus et per cons.s peccatum incurritur cap. peccatum de R. I. in 6.o: q.o recte compellitur reus ad editionem instrumentorum, quae propria sunt monitorio lato ocultantes, et retinentes instrumenta — 73.

Huic considerationi respondendum est arbitror q.d actus ocultationis instrumentorum n. est directe et necessario concludens ad detensionem rei alienae q.d q.a q.d principaliter est ut reo occurratur, q.a nimis grave est actorem sumere arma de domo sua L. nimis grave ff. C. de testib., et sic retentio rei alienae n. directum minus principaliter, et indirecte ex ocultatione sequitur, huius nulla est habenda ratio L. 1. ff. de aut.e tutor. et q.d ita procedat patet, q.a actor potest instrumentum a notario petere qui rone officij omnino tenetur illud exhibere dato sibi iure suum competenti tit. mino L. praetor inqt. juncta L. seq. ibi: spacium q.d ad proferendas eas tribuendum est. ff. de edendo q.d adeo verum est, ut locum habeat n. solum in ipso tabellione, verum in eius haerede L. quidam §. nil interest L. si quis ex argentarijs §. cogantur ff. de edendo. junctis Castrensi in L. 1. §. editiones n. 6. et in L. quidam §. nil interest n. 8. ff. eod. Barbosa in collectan. ad tex. in cap. quoniam contra n. 23. h. t. Pareja de univers. instrum. edit.e tit. 5. resol. 1. n. 11. etiam si instrumenti editio esset contra ipsum notarium L. argentarius ff. de edendo. Pareja ubi prox. n. 14. 74.

75. Quibus ita constitutis videt necessaria illatione sequi actus occultationis instrumenti nil comune habere cum retentione rei alienae, et per conts unum ab alio Canonicas, et Civiles precisione accipere, quae sunt qualitates inter se discretae, et separatae; nam una versat in occultatione rei propriae, omni Jure permissa; alia vero in consciencia laesa iniustae detentionis, et sic ex una ad aliam non potest sequi necessaria consequentia argum. tex. in l. Papinianus ff. de minoribus, sicut in l. 8. ff. ad L. Jul. de adulter. Ut ex illius contextura deducit. Quod mirifice comprobat; nam aliud est instrumentum; aliud vero contractus in instrumento contentus arg. tex. in l. Non figurat ff. de oblig. et act. Cringuis de fideiussoribus cap. 17. n.° 4. instrumentum enim non contractus substantiam, sed scripturam respicit l. contrahi ~~sed scriptu~~ ff. de pignor. Alexander concil. 122. n.° 3. volum.° 2. Pareja de univers. instrum. edit.° tit. 1. resolut. 9. §. 1. n.° 35. Unde instrumentum potest esse nullum ob defectum solemnitatis, et contractus sustineri Pareja ubi proxime. Hac ratione dicendum est aliud esse instrumentum, quod ius tribuit; Ut distinctum a possessione rei mobilis, aut immobilis: et sic ex uno ad aliud tanquam a discretis, et separatis Non potest dari concludens illatio, vulgata l. Papinianus ff. de Minoribus L. fi. de calumniator. Junctis traditis a Pareja n.° 36. ubi sup. Unde poterunt stare simul, quod res sit restituenda, non tamen titulus, seu instrumentum edendum, et tuta consciencia poterit illud

rem

reus retinere, etiam lato monitorio adversus detinentes, et occultantes instrumenta ex rationibus in superioribus adductis, cum depossessione iniusta, et de retentione rei cum conscientia aliena inferri non possit ad instrumentum, et titulos, quos quis possidet, quia licet illa sit iniusta; instrumenta bona conscientia possideri possunt, ut pote empta possessoris, aut antecessorum pecunia docet Garcia ubi sup. tit. 10. resolut. 1. n. 44.

Huius regulae extensio non sustinetur in instrumentis communibus arg. tex. in l. 4 §. fi. cum l. seq. ff. familiae hercisc. l. non est novum ff. de edendo cap. 6. perpetuus iuncta glossa de fide instrumentorum, in qua specie reus non edendo lethaliter peccat contra iustitiam, et contrahit excomunicationem monitori Ang. Praeceptor Divus Thomas 2a 2ae. q. 185. et Colibeto 6. q. 8. articul. 12. Ioannes Garcia de nobilitate glosa 2 §. 1. n. 19. Scobar de ratiociniis cap. 10. n. 32. et ita sunt exaudiendi plures adducti a Paciano deprobat. lib. 1. cap. 64. n. 91. 76.

Quamvis reus non teneatur edere instrumenta actori ad fundandam eius intentionem, cogitur tamen ad declarandam, sed coadiuvandam fundatam. Canonist. n. 15. Menoch. de arbitrar. casu 499. n. 33. Pacian. deprobat. lib. 1. cap. 77.

63. n. 99. Ant. Faber in Codice lib. 2. tit. 1. definit. 1. Huius rei exemplum praestant Bartol. in d. l. 1. §. editiones ff de edendo n. 7. Angelus n. 10. quando scilicet actor fundum tantae longitudinis petit, reus vero se debere fundum fatetur; sed non tantae longitudinis ~~petit~~ in hoc casu ~~potest~~ actor petere adiudicationem fundi, nempe instrumentorum in quo sine fundi continentur precium l. 48. ff de action. empt. Pacian. ubi sup. n. 105. aliud exemplum tradit in quo sibi promissa centum, et de qualitate monetae non apparet, quod reus habet instrumentum monetae specialiter promissae, et de illius qualitate controversia est in hoc eventu reus tenetur edere actori quia hoc venit ut adminiculum ad declarandum, non vero ad probandum factum principaliter deductum, et al instrumento actoris probatum, quod patet ex tex. in l. penult. §. si. ff ad falcidiam, ubi legata reis desiderantibus non esse locum detractioni quartae falc. reus addit rationes, ut intentio legatariorum consequendi integra legata in testamento fundata coadjuvetur, et declaretur

claretur ostensione sumpta, et editione

Favet amplius hoc placitum, quia in hac specie acto- 78.
ris petitio non habet originem ex instrumentis eius, qui
convenitur scilicet rei contra tex. in l. fi. C. de eden-
do, sed petitio iam esse deducta per editionem actoris
coadjuvatur, declaratur, et facile excipit explicationem,
nam non ignoti Juris est facilius concedi aliquid
ad actum iam factum, quam ad novum faciendum l. 37.
§. si sponsus ff. de donat. inter. l. 1. §. si quis aedifi-
cium ff. de novi operis nunciatione.

Recto nonis ex illo sequitur, ne veritas occultetur teneri
reum actorem certificare in eo in quo incertitudi- 79.
ne laborat propter rei factum l. 1. §. quod autem
ff. quod ad legator. nec quia ex eo nihil novi inducitur
sed illud quod erat declaratur, quod est declarationis,
et explicationis praecipuum l. haeredes 21. §. 1. vers.
sed si ff. qui test.a facere possunt. junctis a me trad-
ditis in tract. de rescriptis cap. 1. n. 10. elegans tex.
in l. 21. §. si vivo ff. de negocijs gestis convenit do-
ctrina Baldi in l. 1. §. editiones ff. de edendo n.
13 =

Hinc legatarius

Nihil deest =

80. Hinc legatarius, cui tanta pecunia legata est, quanta ex haereditate Titij ad testatorem pervenit ad coadiuvandam actionem potest petere editionem tabularum testatoris apud haeredem existentium l. qui concubinam 29. §. 2. ff. de leg. 3. quia in hac specie, ut tenet Gotofr. litt. ibi lit. F. non edit haeres ad probandas actiones instituendas, sed ad iam institutas adiuvandas docet Ant. Fab. in lib. 2.us Codicis. tit. 1. diffinit. 1. Hac etiam ratione suggerente Papinianus proponit in l. 91. §. Titio. ff. de leg. 3. eum qui emit praedia Seiana, et Gaiana uno precio confusis universis praedijs, et fisso constituto precio, ita legasse: Titio Seiana praedia, sicut comparata sunt do, lego. Dubium extitit an Gaiana etiam praedia legato continerent, quod poterat tentari arg. emptionis, eo quod uno precio simul empta sunt. Hoc argumentum non sufficere R.dit Papinianus, nisi aliud accedat, scilicet nisi ex ratione testatoris appareat eum Seianorum appellatione voluisse etiam praedia Gaiana comprehendere; nam argumentum concludens deducitur ex rationibus defuncti l. 1. ff. de reb. dubijs l. seiq. 20. §. Titiam ff. de fundo instructo. Hoc igitur iure haeres tenetur edere rationes defuncti, quae non petuntur ad fundandam actionem iam tunc demonstratam, sed ad coadiuvandam in esse deductam Gotofredus in d. l. 91. §. Titio lit. C. Consulendus Cuiac. lib. 7. respons. Papin. in d. §.

81. Quae proposita sunt de non cogendo reo ad editionem eorum, quae tendunt ad coadiuvandam actoris intensionem limitationem accipiunt ex sententia Menochij ubi sup. n.o 74. quando ex parte actoris datur solum semiplena probatio; nam tunc non potest compellere reum sibi edere; nam hoc non est probationem adiuvare; sed perfectam ex imperfecta reddere, et plenam probationem edere,

quod

quod non patit' tex. in cap. 1. h. t. hanc limitationem improbat Butrius in pnti receptus ab Alexandro in l. fi. C. de edendo, nam si favore inquirendi, et pert perscrutandi veritatem semiplena probatio Iuramento iuvat cap. fi. de Iureiurando: Ergo pariter poterit editione suppleri. Sed dicit maximam stare differentiam inter primum, et 2um. casum; quia Iuramentum vtriusque vtilitatem respicere potest cap. 1. et 2. de confessi in 6o.; editio vero solum privatam actoris vtilitatem respicit Menoch. d. n. 34.

Dubium vtile, et frequens est, an sicut nummularij, et argentarij, mercatores nostri temporis conventi rationum libros actoribus edere teneantur? affirmativam sententiam tuentur Bartol. in l. 1. n. 5. C. de edendo. Salicetus, et Alexander n. 4. Gilguenius n. 5. et alij adducti a Balboa in pnti n. 69. Straca de mercatura parte 2. n. 69. Scapus de Iure non scripto. Negativam sententiam defendunt Decius in pnti n. 148. et alij apud Menochium de arbitrar. casu 439. n. 37. in concursu harum opinionum existimo in praxi ad recedendum a prima sententia, quoniam ex generali consuetudine mercatores huius temporis solent conscribere libros suarum rationum, et à partibus tacite mandari concepti, vt rones scribant Abbas, et Butrius, in pnti ille n. 8. iste n. 21. Verosius n. 49. vnde sicut argentarij, quia singulorum rones l. praetor §. ait ff de edendo. sic et Mercatores, aequum est vt teneantur libros ronum actoribus edere. His, et alijs ronibus in praxi obtinuit sententia, ita Balboa in pnti n. 69. Hanc limitationem extendit Menoch. vbi sup. n. 9. ad casum, in quo qui semel edit instrumentum, nam adhuc in necessitatis casu tenetur edere l. si quis 32.

6. §. Prætor. ff. de edendo, et ubi viget consuetudo conscriben
di Libros, quæ colligitur ex tradditis a Mascardo de probat.
clone 963. n. 17. duo necessario requiruntur. 1°. q. mer
cator sit integræ opinionis. 2°. q. Scriptura pertineat ad
negociationis causa, quam limitationem pariter exten
dit Menoch. ubi supra. n. 9. ita ut habeat locum
et si quis semel ediddit instrumentum consulendus
Parejo late de hac re disserens de universa instrum.
edit. tit. 5. resolut. 2. n. 1.
83 In rigurosa vero Juris disputatione subscri
bo negativæ sententiæ quæ nititur arg°. tex. in L. ar
gentarius §. 1. ff de edendo, quo Jure Prætor argentario
solum cogit edere rationes, non vero his absimiles: q°. isti
non coguntur edere arg. tex. in L. cum Prætor ait in prin.
ff de furtis, at constat argentarios dissimiles fuisse mer
catoribus huius temporibus. 1°. q. argentariorum ministeri
um, ut cavetur ind. L. argentarius §. 1. publicam habet cau
sam, Mercatorum autem est augere propriam substantiam
docet Covarruv. de ratiocinijs cap. 12. n. 6. et facit il
lud Horatij lib. 1. epist. 1. 2°. nam argentariorum prin
cipalis opera erat; ut actus sui rationes diligenter confi
cerent d. L. argentarius §. 1. Speciale autem mercato
ris ministerium carius vendere L. 2. §. idem Pompo
nius ff de minoribus. Non vero rationes conscribere Baldus
in L. semper §. negociationem ff de Jure immunitatis. At
omnibus notum administrantes propriam substantiam non te
neri

neri reddere rone administrationis –

Retenta hac sententia in rigorosa disputatione non obstat nobis quod contraria dicitur de mandato tacito à partibus exhibito ad conscribendos ronum 84.
libros, nam cum hoc consistat in facto, etiam si consuetum non est praesumendum, Vt tenet Lacianus de probationibus lib. 2. cap. 66. n. 10. praesumitur vero mandatum, si praesente debitore partita sint scripta L. qui patitur. 26. ff mandati, et tunc edendae sunt rones, quae proponuntur alterius mandato scriptae, nam inter praecipuas causas, quibus dicitur reum obligatum esse edere suas ronum actori enumeratur mandatum iunctum cum interesse mandantis, scilicet quod rones scripta sunt mandante actore, vel procuratore illius, qui editionem petit a reo L. si quis §. pertinere L. Praetor §. huius edicti ff. de edendo. et hanc esse sententiam communem tradit Lacianus de probat. lib. 1. cap. 63. n. 2 –

Quod de reo dicitur in superioribus non procedit 85.
in 3o. penes quem extat instrumentum, quod actor petit ad fundandam suam intentionem nam hoc edere tenetur tertius, Vt tenent Butrius in pti n. 22– Bolocnetus in L. 2. n. 18. C. de edendo Puteus de finibus feudorum cap. 19. n. 1. etiam si contrarij Judicij sic Minsing. hic n. 26. quod probatur ex Justiniano graeca constitutione, quam refert Cujac. lib. 10. observ. cap. 8. Deinde quia argumentum de testibus, et ~~argumenta~~ instrumenta validum est L. in excercendis C.

de fide instrum. sed testis cogitur testimonium dicere L. si q. C. de testib. ig. Tertius cogitur edere instrumenta, Cr. amplius q. q. tibi non nocet, et mihi prodest tenebis facere, et ostendere instrumentum in hac specie non potest nocere tertio, et prodesse petenti: g. editio facienda est —

86. Quaestio est an proposita regula verificetur etiam si aliter veritas haberi non potest, q. perit facultas probationum absque culpa actoris scilicet, q. actor instrumenta ammisit, et etiam originalia, in quo casu reum cogendum officio Iudicis edere tenentur adducti a Paciano de probat. lib. 1. cap. 63. n. 153. arg. tex. in L. si quis ex argentarijs §. fin. ff. de edendo, sed in contrario urget decisio tex. in cap. 1. h. t. ubi non obstante, q. actori deficiebat facultas probandi propter antiquitatem rei gestae noluit Pontifex ex officio suo cogere reum ad edendum instrumenta propria, confert tex. in L. qui accusare C. de edendo, ubi docemur, q. qui desiderant accusare probationes afferre, et in eorum effectum aequitatis ratio non permittit, ut alienorum instrumentorum editio fiat convenit tex. in L. 1. C. de quaestionib. ubi in causis pecuniarijs etiam deficientib. reus non cogitur producere testes de domo sua, nec obstat q. vulgariter dicitur de officio Iudicis, nam hoc semper debet fundari in aequitate L. fi. de dolo petit.e haereditatis, et constat contra aequitatem esse reum cogi edere instrumenta propria actori

actori ad fundandam eius intensionem, his tamen omnibus minime obstantibus tota questio venit dirimenda ex distinctione tradita à Caciano de probat. tit. 1. cap. 63. n. 163. quia tempus tractationi prefixum non patitur hanc latè reperscrutari.

Pro coronide huius capitis ~~addendum est~~ notandum est certas esse in iure personas, quæ ad editionem instrumentorum coguntur. 1. tabelliones, argentarij tenentur edere acta processus rationis, sive instrumenta tam apud se, quam apud antecessores fabricata latè de hac re ~~dicta~~ Pareja de universa instrum. editione tit. 5. resolut. 1. per tot. Secundum Archivorum custodes. Julius Cacianus de probation. tit. 1. cap. 63. n. 61. Socinus reg. 149. in verbo edere Pareja ubi supra n. 14. resolut. 2. nam plurimum authoritatis habeat legitimè desumpta res in Archivo publico, ut in superioribus cavetur, et constat decretales aliquas esse desumptas ex Archivo Gregorij ut patet in scriptione tex. in cap. 1. de constitutionibus cap. 1. de consuetudine cap. 2. de iureiurando. cap. quod de regulis iur. 3. tutor supposita obligatione conficiendi inventarium bonorum pupilli l. tutor qui reperit totum ff de administr. tutor. l. tutoris C. eod. l. fi. C. de arbitrio tutelæ. Fragoso de regimine reipublicæ parte 1. lib. 8. disputatione 15. § 2. ex n. 68. Montanus de tutelis cap. 32. regula 5. a n. 1. et seq. tenetur ad instantiam pupilli, aut calculatoris pro disiungendis tutelæ rationibus totius inventarij tenorem edere l. 1. § rationes ff de edendo l. 2 § si quis non negans ff quemad. test. aperiantur. cap. cum persone de privilegijs in 6. ubi glossa verbo integraliter, et non solum totum inventarium est edendum, verum et tradendum originaliter 87.

pupilo finita tutela. Albarius in L. tutoris C. de administratione tutorum Baesa de suma
praestanda cap. 2
n. 52. in fine excipiuntur ab hac generali regula aliqui casus, quos late, et docte Paresa congerit de universa instrum. edit. tit. 5. resolut. 4. à n. 6.

88. 4°. quamvis generaliter non sit compellendus possessor ad editionem tituli, nec ad ostendendam possessionis causam, ut expresse disponitur in L. speciali 673. de rei vindicatione L. ult. C. eod. L. extat decretum, alias decreta ff. de iure fisci L. 2. C. de probation. L. cogi C. de petit. haeredit. Donel. lib. 19. com. cap. 12. laudati a Paresa ubi prox. tit. 5. resolut. 7. n. 1. tamen cum beneficium non possit legitime obtineri sine canonica constitutione cap. 1. de R. I. in 6. qui desumptus est ex tex. in cap. 3. institutionib. cap. relatum 21. de iure patronatus iunctis à me traditis in trac. de Praebendis, et Dignitatibus cap. 4. à n. 1. clericus possessor de beneficijs, quod in latitudine sua comprehendit Dignitates, personatus, ecclesias curatas et sine cura Garcia de Beneficijs p. te 1. cap. 6. n. 37. Loterius de re benefic.a lib. 1. q. 1. 2. et 3. cogitur titulum suae possessionis ad requisitionem ordinarij edere cap. ordinarij, ubi glosa de officio ordinario in 6. et hanc regulam procedere contra clericum, qui est in quieta possessione defendunt Geminianus in d. cap. ordinari. Navarrus concil. 4. sub tit. de offic. ordinarij. Dueñas regula 77. Loterius de re benefic.a lib. 2. q. 46. n. 37. et seqq. et lib. 3. q. 24. n. 10. adducti a Paresa de universa instrum. edit. tit. 5. resolut. 7. n. 8.

Quod

Quod adeo verum est, ut habeat locum non solum in ordinario titulum beneficij a beneficiario exigente, verum etiam in patrono, ad cuius instantiam edere tenetur Loterius de re beneficiaria lib. 2. quaest. 46. n. 38. Barbosa in collectan. in d. cap. ordinarij n. 6. Quinimo quolibet Parroquiano respectu parroquialis eclesiae Federicus de senis concil. 103. incipit Parroqualis eclesiae n. 2. et 3. Loterius de re benefic. d. quaest. 46. n. 39 Covarruv. in regula possessor 2a. p.te §. 10. n. 9. ita beneficiarius tenetur ad instantiam ordinarij edere titulum beneficij, ut illius inquisitio non impediatur; etiam si dicat beneficium fuisse possessum per triennium; quia non obstante regula trienali ad editionem poterit compelli Covarruv. in regula possessor 2. p.te §. 10. n. 10. vers. octava conclusio Mascard. de probat. concl. 137. n. 13. Barbosa ad tex. in cap. ordinarij de officio ordinarij in 6.o n. 4. Serafinus decis. 1496. n. 14. et 15. Riccius in praxi aurea Neapolitana 2. p.te resolut. 354. 89.

Extendit hoc assertum ad casum in quo non solum de edendo titulo ipsius beneficij tractatur; verum, et si agatur de edendo dispensationis titulo super incompatibili praebenda iuxta tex. in d. cap. ordinarij, quod fuit innovatum per Sacrum Concil. Trident. sess. 7. cap. 5. de reformat. nam in hac specie certi iuris est posse Episcopum, vel alium superiorem, ad quem Praebendarium collatio, aut institutio pertinet; ut titulum beneficiarius ostendat, quo beneficium possidet; ne sequatur absurdum obtinendi beneficia citra authoritatem Canonicam 90.

cum manifesto animarum periculo cap. 3. de institut. cap. 1. de R. I. in 6.° et ideo nil mirum q.d in his visionib. non locum dispositum in l. cogit C. de petit.e hæreditatis Iunctis traditis in superiorib. est hæc communis scribentium Canonistarum sententia in cap. 31. de Simonia, ubi Abbas n.o 22. Felinus n.o 48. Archidiaconus in canone contra morem n.o 2. distinct. 100. Loterius de re benefic. lib. 3. quæst. 23. n.o 6. et seq. et quæst. 24. n.o 10.

91. Hæc facultas cogendi beneficiarios ad editiones titulorum, et dispensationum non solum exercet per edictum generale consuetum promulgari per Episcopos in limine ingressus ad suas ecclesias. Abbas in cap. 31. de simonia vers. item q.d n.o 22. sed etiam particulariter contra illum de cuius tituli defectu probabiliter suspicat, sive pretendit deffectum, q.d is nunquam habuerit titulum contra tex. in cap. 1. de R. I. in 6.° sive q.d titulus semel habitus fuit redactus ad non titulum, ut in depositionis casu argum. eorum, quæ tradunt laudati a Loterio de re benefic. lib. 3. quæst. 24. n.o 10. Garcia de univers. instrum. edit. tit. 5. resolut. 7. n.o 20. cum seq.

92. Ex hic infert superiorem interrogantem de titulo ~~xxx~~ non censeri eis satisfactum, vel taciturnitate, quæ potius videt habere vim negationis tituli alicuius vulgata l. de ætate. §. qui tacuit ff. de interrogat. act. vel idemptificata responsione, possideo; q.a possideo l. qui interrogatus 12. cum l. seq. ff. de petit.e hæredit. ~~vba mea~~ Belamera in cap. illud 2. n.o 16. de præsumpt. vel simplici allegatione; nam semper exigit ostensio canone contra mores, ubi glossa verb. non osten-

dit

dit distinct. 100. et preferendus est titulus ipse, qui potuerit precedentes vacationes consumere in cuius deductione ex parte eius a quo desiderat, duo sunt distinguendi casus, quos videre licet apud Soterium de re benefic. lib. 3. quest. 23. n. 3. et de hoc cap. sufficiant, que hic desunt petenda sunt ex late traditis a Paciano de probat. lib. 1. cap. 63. per totum. Pareja de univers. instrum. edit. tit. 5. resolut. 1. usque ad 15. et tit. 7. resolut. 1. per totam. Philippo Macinio in l. 1. C. de edendo ex n. 54.

Quid probandum, et an negativa sit probabilis ad interpretationem tex. in cap. 12. h. titul.

Cap. Ult.

1. Non ignoti Iuris est omne id in Iudicio probandum quod inter litigantes in facto controvertitur et quod pluribus utriusque Iurisprudentie exemplis commendare potest, ea namque recencere nimis longum, et tediosum esse, petenda tamen ex late traditis a Paciano, et Mascardo de probat. qui ex hac generali regula determinationes deducunt ad singulares quas, que sequenti in foro contingunt, nostri enim muneris non est individuas species ex ponere, nam iste Stylus perfecte tempore tractationi designato non potest terminari, sed precipuas generales regule, et illius aliquas exceptiones proponere, ut in thesi appareat an generalis regule, an vero exceptionis vigeat influxus. Sciendum tamen est singulis actionibus singula requisita coherere ne ad que advocatus attendat, ut ea proquirita coherere ne ad que advocatus attendat, ut ea probet et Judex, et videat an probata sit, nam si uno tantum de-

factu fuerint, etiam si cætera probata sint, probatio tota quia indivisibilis deficit, ut apparet in rei vindicatione, in qua actor duo coniunctim debet probare se esse dominum rei, quam vindicat gentium, vel Civili Iure vulgata L. in rem 25. ff. de rei vindicatione L. doce C. de rei vindicatione adversarium vero possidere, nam præcipuum fundamentum ex parte rei convenienti est possessio L. officium 9. L. hus qui destinavit 24. L. fi. ff de rei vindicatione Iudicei etiam ita communiter scribentes in dictis Iuribus, et instituisse in §. actionum inst. de actionibus quia in rei vindicatione sunt probandæ similes qualitates intrincecæ unde vulgariter quod dominium difficilis est probationis, sicut aditio hæreditatis L. 3. ff. de interrogationibus in iure faciendis filiatio quod nemine discrepante deducunt omnes ex tex. in L. mutuis ff. de cond. et demonstr. sed quomodo probanda sit latè Mascard. de probat. conclusione 1287. verbo filiatio cum seqq.

2. In iudicio duplex solet esse questio una facti, Iuris altera, quæ tota posita est in eo, ut intelligatur quomodo Ius quod per se semper est certum ad factum accommodari valeat, et facto probato Iudicii sapientiæ, et prudentiæ committitur, ut ipse Iudicet quid Iuris sit, nam Ius in se, et Iudice semper est certum, licet in hypotesi incertum reddatur. arg. tex. in L. duo sunt Titij 30. de testam. tutela unde aliqui Iuris quæs probandas esse cencet arg.o tex in L. 5. ff. h.t. sed hæc decissio non probat Iuris dubia esse probanda, quia non ad Ius probandum refertur, sed ad factum quod dicitur Iuri contrari ut docet Gotofredus ibi lit. S unde ille, qui Iuris prohibitione in Iudicio deduxit comprobare debet quippe Iure permissum, et factum fuit præsumitur quoad probetur contrarium arg. tex.

tex. in L. mutuus 43. §. 1. ff de procuratorib. L. 12. de
Iudicijs cap. 1. de procuratorib. in 6.
Nec obst. consuetudines, et statuta esse probanda que 3.
non sunt facti, sed Iuris L. 32. ff de legib. Donel. lib.
1. cap. 10. Ubi Osual. lit. A- nam illa controversia
non est de Iure ipso, sed de facto in similes consue-
tudines, vel statuta sint necne ad hoc ut ap-
pareat factum comprehensum speciali consuetudine,
vel constitutione, quib. consequens est asserere probatio-
nes non in Iuris, sed in solis facti quest. esse occupatas,
solum q°. factum venit probandum, et non omne, sed contro-
versum et h. 2. omnes qualitates arg. tex. in L. 6. L. 1.
§. alienatio. ff si q°. in frau. patr. Iunctis traditis à Dua-
reno ad h. t. nam de quo inter contrahentes convenitur ex-
tat hoc ipso probationem onus non est, qua rone dicitur noto-
rium ab onere probandi relevare, non ab onere probandi cap.
de manifesta 2. q. 1. cap. evidentia de accusation. conge-
runt tradita in superiorib. cap. 1. et 2.
Unde infero illud tritum ea, que probata non relevant, 4.
nec sunt pertinentia ad probandum admittendam
esse, sed reijcienda ad hoc ut Iudices illi gravis-
sime peccent, qui irrevelantia, et pertinentia ad
probandum admittunt, etiam si id faciant sub clau-
sula salvo Iure impertinentium, et non admitten-
dorum nam huiusmodi effectus clausula ~~aut~~
non operatur

non operat in rebus certis, sed tantum cum dubitat an relevare possint, nec ne? quod Iudex studiose examinare debet videnti Sailius lib. 1. observ. 81. nº. 3. Mining. lib. 2. observ. 56.

5. Sequit 2ª pars huius capituli, ibi quærit an negativa possit probari? in hac re certi Iuris est negantis factum probari non posse directe Pr. ex tex. in cap. 12. h. t. cap. bonæ el primi de electione ibi: q.ª negantis factum per rerum naturam nulla est directa probatio. cap. super hoc. de renunciatione cap. 1. de confessis in 6º. facit argum. deductum ex tex. in cap. fi. de ætate, et qualitate. cap. fi. 6. quæst. 5. ibi: cum per rerum naturam factum negantis est. Convenit etiam Honorij decissio in cap. 1. h. t. in 5ª recopilat. Innocentij Cironij ubi Honorius negativæ probationem licitam Iure regni apud Danaos contra canonum sanctiones damnat. ibi: per quam negativa probat. est, quæ verba non extant in d. cap. 12. h. t. videndus Cironius ubi prox.

6. Conferunt ex Iure Civili tex. in L. 2. ff. de probat. L. actor C. eod. Et L. asseveratio 10. C. de non numerata pecunia L. fi. C. de Iure deliberandi L. fi. C. de testib. L. gesta C. de re Iudicata illustrant Mascard. de probat. conclus. 290. et L 191. Covarruv. lib. 2. variar. cap. 6. nº. 4. 11. et 13. Richard. in §. item 13. instit. de inutil. stipulat. Martinus de Fano. et Franciscus Herculanus de probanda negativa Osual. ad Donel. lib. 25. com. cap. 2. Donel. in L. actor C. de probat. quibus addo Pacian. de probat. lib. 1. cap. 37. Cironius in paratit. ad hunc tit. Ioannes de Vanagel in Summa Honorij ad h. tit. nº. 10.

Huius

Huius principij ratio est; nam cum testib., et instrumentis 7.
debeat fieri probatio cap. forus de V. S. non quod decem, vel
viginti testes dicant se non vidisse mihi numerari pe-
cuniam, ideo non accepit; cum fieri possit alijs existentib., et
videntib., quod et in instrumentis verificat., quod etiam fieri potest;
ut sine eis extitisset contractus celebratus. Donel. in L. actor
C. de probat. Osual. ubi prox. lit. R. Mascard. de probat.
conclus. 1902 – 2a. ratio est, quod probatio debet fieri
per speciem, et differentias Tullius Pacianus de probat.
lib. 1. cap. 37. n. 2. Sed illud quod negat non est, et illud
quod non est, nec substantiam, nec differentias continere po-
test; nam non entis non sunt qualitates vulgata L. fi.
ff. de collat. bonorum; ergo directo non potest probari.

Sed obst. nam passim in Iure cavet. negationes probari; 8.
scilicet, testatorem non fuisse sanae mentis L. si codicillos C. de
codicillis filium non fuisse gratum erga patrem L. omnimodo in
princ. C. de inofficioso test. aliquem non habuisse animum
inferendae iniuriae. L. si convicij C. de iniurijs. non habuisse
animum occidendi L. 1. C. ad L. Cornel. de sicar. Non esse consci-
um. cap. cum Literis. de testib. non esse sanum L. semel. C. de re
militari Non esse contractum matrimonium cap. ex tenore de
testib. Foeminam non esse pregnantem L. 1. in princ. et §. si
omnes ff. de ventre inspiciendo. Non esse filium L. 6. ff. de
his qui sunt sui, vel alieni Iuris. non esse libertum L. si-
duo 13. ff. de Iureiurando. Non esse Ius aedificandi L. 6. in
princ. ff. si servitus vindicet. rem alicuius non esse. L. Pom-
ponius 40. §. sed etsi 25 ff. de procuratorib. non fuisse donatum

L. cum praecib. C. de Iudiciis L. filia C. de donat. inter. non fuisse relictum fideicomissum L. fi. C. de rebus creditis. non datum L. si duo §. fi. ff. donari 29. §. 1. de donat. Non fuisse actum; Ut scriptum est in ttº. L. generaliter C. de non numerata pecunia. Non esse alicuius manum, seu scripturam L. comparitiones C. de fide instrum. aliquem non accepisse pecuniam. L. 1. C. de condict.e ob turpe causam. Non comisisse furtum L. fi. §. licentia C. de Iure deliberandi. L. si duo. §. ide Iulianus ff. de donat. non occidisse L. inde Neratius 23. §. fi. ff. ad L. Aquil. non violentam, non oppugnatam, vel proditam patriam, vel commissum aliquod publicum crimen. L. fi. C. de abolitionib. Emancipationem non esse rite factam L. 5. ≠ §. 1. ff. h. tit. Non esse aliquem condemnatum L. 2. C. de errore Advocatorum. vel adversarium suum non adfuisse L. optimam C. de contrah. stipulat.e Et haeres ≠ negant aliquos meruisse Legata ex dispositione testatoris tenet negationem probare L. cum Pater 77. §. rogo 25. ff. de Leg. 2. L. servus. 20. ff. de manumis. ttº.

9. Rdet omnia ista, et similia Iura non esse intelligenda de negativa pura, et indeterminata, quae est per veram naturam improbabilis in se, Iurib. in superiorib. adductis, sed de negativis implicitam habentib. affirmationem, ut ex illorum contextura non obscurè constat : q.a negationis in dic. Iurib. non in se, sed in affirmatione, non principalitr q.d affirmatum est, et hoc ipso negatum censetr probatum, quo illud aliud probatum est, ita ut verum sit asserere non negationis, sed affirmationis esse probationem probationis: q.a affirmationis vere intellectu negationis probatio est, unde per contram negationem in se, sed in alio scilicet in affirmatione,

Et

et magis spectatur q. sit principaliter, quam q. per contrarium fiat, et causa, et origo, quam id q. ex causa, et origine ista proficiscitur argo. tex. in l. 1. de author. tutor. l. quidquid ff. de donat. Pichard. in §. 13. inst. de inutil. stipulat.

2º. Rdeviri potest jura asserentia negationes probandas exaudienda precisse in negativa determinata, et coartata ad certum locum, et certum tempus, naturae temporis is, qui factum negat potest probare q. negat, si prius aliqd affirmet, et probet sic intelligenda jura in l. optima C. de contrah. stipulat. §. 13. de inutil. stipulat. cap. 1. de confess. in 6. cap. 3. loco cap. fin. §. sane de elect. cap. 26. ~~[illegible]~~ cap. 33. de testib. cap. inter dilectos 11. §. praeterea de except. praelatorum. l. inde Neratius §. fi. ff. ad leg. Aquiliam.

Negativa quadruplex frequenter assignatur pura, et simplex sine determinatione ad locum, vel ad tempus, ut si quis dicat se nunquam fuisse scitatum vel contraxisse, et haec natura ipsa est improbabilis, et ideo onus probandi transfertur in adversarium cap. adversator 6. q. 5. Salicetus in l. actor n. 13. C. h. t. Innocentius Cironius in paratit. ad h. t. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 37. Si autem objiciatur tempus, vel locus, aut aliud consimile tunc potest negativa probari §. 13. inst. de inutil. stipulat. d. l. optima C. de contrah. stipulat. alia dicitur vulgaris praegnans, eo q. in se implicite contineat affirmationem ut ~~sponte renunciavi~~ coactus renunciavi cap. super hoc. de renunciat. cap. cum dilectis de successionib. ab intestato Joannes de Vanagel in suma Honorij ad h. t. n. 11. vel qd. diu Titium mortuum non ponitur aliquid affirmationem, quo probato necessario sequitur, negationis ostensio

scilicet Titius vivere L. inde Neratius §. fi ff. ad leg. Aquil. Salicet. in L. actor n. 15. C. h. t. vel 2.do negativa est sensui coniuncta, ut si dicatur Titius non habere oculos, in qua specie negativa non probatur directo, sed in alio, q.a ex quo repraesentatur aliquid visui testis percipi q.d nil est et in loco Butrius in cap. bone el primero n. 36. et seq. delectione alia dicitur negativa Iuris quando negatur emancipationem ritè factam, quam debere probari communiter tenent omnes argumento ducto ex tex. in L. ab ea parte 5. §. 1. ff. de probat. L. scripturas C. eod. sed hoc non est absolute intelligendum, quasi Iuris dubia veniant probanda, q.a ut in superioribus habetur probationes non in Iuribus, sed solis facti quaest. sunt occupatae, sed q.a negativa Iuris negat facti controversi qualitatem eo, q.d sit Iustum, et Legitimum, nam nemo est qui nesciat aliud esse Ius, aliud factum, cui Ius applicatur, est alia negativa, quae dicitur qualitatis, et haec probanda est, ut si dicas te non esse solvendo, non esse legitimum, non esse idoneum. cap. dudum de praesumptionibus cap. unico de in ordine faciendo L. cum quidam, et ibi glosa in verbo qui offenderit et in L. cum pater 77. §. rogo 25. de leg. 2. et denique toties erit admittenda negativa, quoties fiet per modum exceptionis, q.a tunc reus actoris partibus fungitur L. in exceptionibus ff. h. t. Joannes Vanagel, Cironius, et Pacianus ubi supra testis: q.o qui deponit supra negativa debet removere actum à sensu, non sensum ab actu Bart. in L. 1. §. si quis neget v.o ff. dic q.o ff. quemad. test.a aperiantur, et alij adducti à Joanne de Vanagel. ubi prox. n. 14 —

et quidem concludenter per manifestam probationem; non autem presumptive ex Iuris presumptionibus resultantem; ex eo quod contrarium, et oppositum non probat Bald. in L. errores n.° 6. C. de errorib. n.° 6. quod verificat in agendo, et excipiendo L. Praetor edixit in princ. ff. de iniurijs, quamvis negativa indeffinita regulariter sit improbabilis Iurib. et authorib. in superiorib. adductis, quod adeo verum, Ut testis qui super ea deponit, reddat suspectum de falso Lare Farinac. de testib. quest. 63. n.° 27. hinc positio negativa non dicitur positio, et ei non tenetur adversarius respondere tanquam positioni arg. tex. in L. nam, et postea in princ. ff. de Iureiurando Bald. in tit. de controversia investiturae §. si autem controversia n.° 11. sed de hac re noviter Marcus Angelus Leo de preparatorijs Iudiciorum p.te 3. preparatorio §. per totum.

13. Sequitur pro coronide alia negativa, quae dicitur quantitatis; sed haec re vera comprehenditur sub negativa facti sicut negativa Iuris Lacian. Ubi prox. cap. 36. n. 3. haec contingit quoties allegatur, quod res non stanti ponderis tanti numeri, sive tantae mensurae. Quod directo probari potest; quia cadit in sensu, et oculorum inspectionem testis, ex eo quod videt rem ponderari, et aliquid ponderis deesse L. 1. et 2. C. de ponderatorib. lib. 10. quod aliquis non sit talis aetatis, quia natus fuit in tali millenario Salicetus in L. actor n. 14. ff. h. t. sed quomodo negativa coarctata ad locum, vel ad tempus, vel ad instrumentum probanda sit videndus Pareja de universa instrumentorum editione tit. 1. resolut.

3. §.

3. §. 3. n°. 22. et tit. 3. resolut. 4. n°. 33. et 34. et tit. 5. resolut. 4. n°. 30. consulendus omnino Pacian. in hac re lib. 1. de probat. cap. 33. cum seqq. Habetis ergo, auditores praeclari, Deo duce ad eius honorem, Deiparae Mariae sine peccati originalis labe conceptae, et Angelici Praeceptoris S. Thomae, Iosephique, et Mathiae, expeditas integrales tractationes tit. extra de probationibus, quas censurae Sanctae Romanae Ecclesiae cuius est de vero sensu iudicare libenti, et humili submitto animo, et fuit finita die 7. Iunij anno.

1664.

Scripsit D. Ioannes Bapta della Torre, et Orumbella.

Folch L de off. et pot.

113 120

2

Ad titulum de officio et potestate iudicis delegati.

Auctore Dno. Doct. Terentiano Folch, et Lluqui generoso Valentinae sedis Praeposito meritissimo, et Vespertinae Canonum cathedrae antecessore eximio.

Antiloquium

Iuris reddendi onus adeo graue varium, et multiplex, ut magistratuum operas obruat, et ob quebras ebullientium negotiorum, et litium scaturigines aliorum iuuamine in his expediendis indigeant. Hoc prouidè iam olim censuit antiquitas, introduxitque potestates delegandi et mandandi Iurisdictiones; quo magistratuum defatigationi peperit, illorumque laborem ex parte subleuauit, et publicae utilitati non modice reluxit, opitulataque in litibus terminandis fuit. Unde frequentissimas et quotidianas conspicimus Iudicum delegationes variaque ex illis pullulantia litigia. Ut vel ob id solum demonstretur utilitas, quae in notitia praeceptorum tractationis versatur: quantaque cura edicenda sit, iuxta Consilium Pauli in L. legaui 25. D. de liberatione legata, et Ulpiani in L. 4. D. de suspectis tutoribus ibi: hec clausula et frequens, et perneccesaria est: quotidie enim suspecti tutores postulantur. inde Alciatus lib. 2. paradoxorum ... maturam

Hidram vocat, eo q.d tantis et tam nodosis difficul
tatib. abundet. Ut una cadata, alię et alię exurgant
Quare totius Jurisprudentię claustra continere, merito
affirmavit Goueanus in lib. de Jurisdict. adversus L
quinarium Barone in epist. dedicatoria. Hunc igr
tit. in practica quidem frequentem et fructuosum, in
Teorica vero arduum et difficilem ex prudentissimo nrę Uni
sitatis statuto hoc literario curriculo enucleandum
curavimus. Sicuti ornatissimi auditores benevola aci
piatis attentione. Nam juxta fabium Quintilianum in
tit. rethoricarum lib. 1º c. 9º Sicut hominis ortus ex curo
q. gignentium confert, et frustra sparseris semina
nisi illa pręmolites fouerit surcus, ita eloquentia
coalescere nequit nisi sociata tradentis accipientisq
que concordia. Faxit Deus.

Ad explicationem Rubricę Cap. 1.us

L 1.us locus obtinet in pnti Rubrica hęc vox offi.m, quę varias rẽt
acceptiones. Accipitr enim pro sacerdotali et divino offo c. fin.
12 distone c. sane 11. hoc tit. c. 1º de celebratione missarum
c. eos 32. distone c. eos 81 distone aliq.do vero summitur
pro quocumq. ecclesiastico beneficio c. singula 89 distone
c. ad hec 13 de prębendis, c. cum singula 32 eodem tit.
in 6º c. 1º de consuetudine. Dum tamen dicimus Bene
ficium propt. offi.m dari c. fin. de rescriptis in 6.o Vox offi
n. accipitr pro beneficio (ut sibi persuaserit quidam Re
centior, et ante eum Barbosa in Collectaneo ad nrum tit.
n. 9) nam si acciperet pro beneficio redderet hunc sen
sum: Beneficium datr propt. beneficium, q. ineptire esset
accipitr ig. pro ministerio ecclesiastico, et spirituali
q. beneficiatis incumbit rõni beneficii, q. a benefi
cium propt. offi.m datr, id e cum onere adimplendi spi

ritualle, et ecclesiasticum ministerium

Est et alia huius vocis significatio, quatenus sci- 2
licet designat ipsum Iuditii locum ubi officiales consistunt
L. si fideiussor 7. §. fin. D. qui satisdare cogant. L. eum 17
D. de in ius vocando. Exaudit etiam pro ipsis officialibus
L. illicitas 6. §. ne tenuis D. de offo presidis, L. si plus
74 §. iniussu D. de evictionibus L. 72 D. de furtis
L. omnes 33 C. de decurionibus lib. 10. sicq. interpretan
dus e text. in L. 3 C. de exactionibus tributorum lib. 10
in illis verbis: ab uno offo id e ab uno ex officialibus ut
ibi exponit Don Fran.cus de Amaya. Deinde accipit hec vox
pro munere et offo publico L. 2a §. 2o D. de his qui
bus ut indignis L. 6 C. de nuptiis, L. si quis 38. L. qui
in provincia 57 L. 63 et L. eos 65 §. 1. D. de rit.
nupt. L. fin. D. de tutelis L. 2a D. de reg. Iur. L. 3 D
de muneribus et honoribus. Hac rone Iudices, sive bene
sive male Iudicaverint offo suo fungi dicere solemus
L. Iudex 55 D. de re Iudicata; id e munere Iudican
di functum esse. Conferunt text. in L. quod iussit 14
L. Paulus 41 L. acta 45 D. de re Iudicata L. 27
D. de poenis.

Ulterius offm significare solet ministerium 3
quod sine ulla arte exercet, ut textor, et alii similes,
in eoq. differt ab artificio, quatenus denotat ministerium
quod cum aliqua arte exercet. Ut probat text.
in L. legatis §. si ex offo D. de Leg. 3o. L. nomina
tim 24 D. de manum. test. L. inter artifices 31
D. de solutionibus in qua significone tractat Ic. idem
de revocatione, diminutione, vel aumento legati,
quibus sub nomine offi, vel artificii servum legant,
et postea tempore mortis testatoris, officium illud

uel artificium mutauerint q.d habant testamenti tempore, et ab eisdem Jurisctis gentis regula tradit q.d si seruus ex offo ad artificium, aut deniq. ex artificio ad artem offm transierint legatum extinguit, n ita econuerso si ex artificio translatus fuerit ad offm d.a L. legatis 65 §.o si ex offo, L. textoribus 61 D de legat 3.o L. peculium 65 in prin.o D de legat 2.o L. si cui 12 V.o proinde D qui bus modis usus fructus ammittit, Cuiacius lib 9.o obseruationum c.e 17 coluna 2.

4 Qua tamen regula retenta, magnam parit difficultatem text. in d.o L. legatis 65 §.o si ex offo. V.o si idem ibi: coquus postea factus sit ex uerbis § sequentis: ibi: et alii coqui legati fuerint cui consonat text. in L. siquid uenditor 18.o in fine ibi: optimus in eo artificium D de Aedilitio edicto c.e natales: ibi arte, et impendiis coquere n indiget de consecratione dist. 5. in quibus textibus explicandis ualde laborat Soarez lib 1.o obseruationum c. 39 et Cuyacius ubi proxime. Verum omissis eorum expositionibus Tenendum e antiquitus coquos alios q.i in solo ministerio et offo, aliq.dos in artificio haberi solitos ut Liuius lib. 39 authore e in illis uerbis: ibi: Tunc coquus uilissimum antiquis mancipium stimare et usu in pretio esse, et q.d ministerium fuerat ars haberi cæpta e Juxta quam distinctione facile conciliant hic supracitata: nam text. in d.a L. legatis §. si ex offo intelligit de coquo prout in solo ministerio, et offo habet cætera uero Jura loquunt de coquo prout artificio habet numerat.

5 S.d ut proprius ad pns institutum hanc uocem professionemq. Idcirco e offm Juxta Ciceronem in tract. de inuentione nihil aliud esse, quam necessitas implendi

illud q[uo]d quisq[ue] constitutus in publico, aut privato conditione, l. uell nata facile tenet. Notant Lucas tavora de poena in rubr. C. de diversis offis Costa lib. 2 antiquitatum c. q. sic filias collocare paternum offm esse dicimus l. c. 30 alias inter liberos de rit. nup. l. fin §° utralq[ue] C. de dotis promissione authentica s[ed] si C. de inofficioso testamento. Docent Campesius in tractatu de dote 1a p. q. 13 n. 1. Guilielmus Benedictus in c. Rai nuntius verbo dotes n. 84 sic testamentum in quo filius invenit preteritus, aut inique exeredatus inofficiosum dicit, quasi factum n[on] ex offo Patris. l. 1a et 2a D. de inofficioso testamento prin. instit. eodem tit. §. fin. instit. de exeredatione liberorum. Sic etiam dicit liberos patronus venia n[on] petita in ius vocantes tanquam inofficiosum castiga ut l. fin. D. de in ius vocando, hac significatione sunt intelligendi tit. de offo adsessoris, de offo presidis, de offo consulis, de offo prefecti pretorio, de offo pretorum et alii id genus, et tit. de offo civilium judicum, de offo comitis orientis, de offo magistri militum cum aliis in C. et tit. instit. de offo judicis et tit. de offo Archi diachoni, de offo Archipresbiteri de offo primiserii, de offo sacriste de offo custodis cum similibus in decre talibus. Unde vox offm in predictis rubr. nihil aliud comprehendit, nisi id q[uo]d tenet facere judex debet atq[ue] ut suo muneri probe satisfaciat arguto text. in l. v. ibi: debitum offm C. de his quibus ut indignis l. 3 § v. in fin. ibi: offm q[uo]d in se recepit impleret D. de receptis arbitris l. offo etiam possunt C. de nego tiis gestis.

6 Succedit in parti verbor. verbu potestas q. a verbo possum potes, sicut et potentia derivat ut author e Diu Gregorius Sintagmatis lib. 11. c. 2 n. 3 Nauarrus in c. nouit notabili 8° n. 80 in fin de spoliis, inde aduertens n. sequenti has duas uoces in genere sumptas potestatem scilicet et potentiam nihil inter se differre: qua rone potestatis nomen latissimum e, et plura significans, solumq. distinguitur rone materiae cui accedit ut bene probat J.C. in L. potestatis verbo 21 D. de verb. sig. in persona enim liberorum patriam potestatem denotat § 1 instit. de patria potestate L. 1a § in potestate 21 D. de exercitoria actione junctis q. congerit Alcanius clemens de pat. potest. c. 1° a n. 1. in persona servi dominium § 1° instit de his qui sunt sui vel alieni juris § et quidem instit. quibus modis Jus Patriae potestatis solvit in persona pupilli authoritatem quam tutor het circa illius personam et bona § 1 autem tutela instit. de tutel. L. 1a D. eod. junctis traditis a Manzano de tutelis quest. 1a Anto fabro in jurisprud. t. 12 prin° 1. A. Giphanio? Hualdo ad Donel lib. 3° coment c. 1°
7 Insuper vox potestas relata ad LL. Atiniam et Plautiam prohibentes rem furtivam, et vi possessam usucapi, quae in potestatem domini reuertantur § furtivae instit. de usucapionib. L. 4 § quod autem D eod. junctis traditis a Don fran.co de Amaya lib. 2° observationum c. 8° per totum accipit pro vera, aut ficta aprehensione possessionis talis rei furtivae aut violenter possessae d. L. 4 § quod autem L. si fur 32 L. si rem 41 D de usucapionibus juncta L. nomen 164 § fin. D de verb. sig. L. si pr. L. sciens 7 C de usucapione pro emptore § aliquando instit de usucap. L. qui fundum 7 § si tutor et § furtivam D pro emptore, L. interdum 56 § qui tutelam L. quoniam 84 L. si ad dominum 86 D de furtis L. fin. D de vi bonorum raptorum L. penult. D. ad L. Jul. repetundarum

explicccant Cuyacius lib. 4° Pauli ad edictum Donel. lib. 5° Coment. c.e 28. Don franc. de Amaya d. lib. 2° obseruationum c.e 8° per totum et precipue n 13, quem pro conciliatione L. caveq 6.a et §° Julianus D de precario cum nuper traditis sim consule.

8 Deinde hoc verbum potestas in materia actionis noxa[lis] quatenus dnus propter damnum factum a servo, quem in potestate het. nihil aliud significat, quam facultatem exhibendi servum L. 21. §° in potestate D de noxali bus actionibus L. celsus §°. fin. D ad exhibendum. Unde merito Paulus in L. servi 17 §°. fin. D de furtis scripsit, dnum servi qui in fuga e actione noxali non teneri si servus alteri furtum fecerit. nam licet dnus possideat servum fugitivum et quoad alios juris effectus in potestate heat L. 1.a §° per servum D. de adquirenda possessione L. 1° C. de servis fug. L. 21 §° ultimo cum L. sequenti D. de rei vindicatione L. 12 §° de illo D de usufructu L. 2° §° si fugitivus D. C. ni bonorum raptorum cum aliis traditis a Vata illustrium tomo 1° tract. 26 c.e 10 n 26 Tamen ut actione noxali teneat, ut de sideras ut dnus servum in potestate heat ut scilicet exhibendi facultatem hueri d.a L. 21 §° in potestate D. ad exhibendum. quam facultatem circa servum qui in fuga e nullatenus het.

9 Tandem potestas in persona magistratuum (pro qui bus etiam accipi solet L. 1° D. quod quisq. juris ibi: qui magistratum potestatemve habebit L. 13 D. de juris dictione ibi: magistratus autem vel is qui in potestate aliqua sit ut puta proconsul adhibita dexteone, quem tradit Quintanad. de juris dictione lib. 1° n 17. L. fideiussor 27 D. de pignoribus c.e tua nos 19 §° adultum de homicidio c.e 1° de jure jurando in 6°. c.e 97, 11 q. 3.a

c.e fin. de Iuditiis) imperium significat d.a l. potestatis 215 de verb. sig. et licet per antonomasiam et exelentiam merum imperium denotet l. imperium D. de Iurisdictione ex ratione de quo Corasius ibi n 21 Petrus Gregorius lib. 47 sintagmatis c.e 13 n 5 et probat illud Joannis c.e 19 ibi: quia potestatem crucifigere te et potestatem habeo dimittere te. Tamen si verbum potestas adiungatur magistratibus capacibus utriusque imperii, meri scilicet et mixti pro utroque accipitur l. praeses sanguinem D. de offo praesidis Junctis l. 4 et 5. D. eodem l. 1. D. de offo praefecti Augustalis ubi praefectus dat merum imperium nihil aliud est quam utrumque dimittere, faciat l. litora D. ne quid in loco publico. frequentissimeque in persona magistratuum potestas denotat Jurisdictionem cum imperio et etiam Jurisdictioni admixto l. 1.a D. de constitutionibus l. 39 D. de iniuriis, ibi: quod qui sine imperio aut potestate Docet Nauarrus in c.e nouit nota 6 lib. n 81 in fin. de Iuditiis Cuyacius in Comentariis ad l. 1.m D. de Iurisdictione.

10 Ex quibus omnibus ad primum consequitur in quo sensu uerba haec officium et potestas in hac rubr. posita intelligantur, et qualiter eadem uerba accipi debeant atque eo quod alterum abundet, circa quam difficultatem laborant valde scribentes omissa enim illorum opinione qui existimarunt uerba illa pro eodem collo. Juxta text. in c.e 2.o de bigamis non ordinandis ibi: potestate et offo ordinandi caret quae sententia licet placuisset Abbati, multis displicuit ex praedicta ratione superfluitatis et inutilis repetitionis. Unde alii intelligunt potestatem referri ad Jurisdictionem in arbitrio, seu potentia, officium uero ad eiusdem Jurisdictionis exercitium Iuxta l. 1.am D. de Jurisdict. ibi: Jus dicentis officium Juratoris rubr. et quae Bart. ibi n 9 et Rotius n 3 tradunt

c.° 1° et 2° de offo Judicis. Quorum ~~dict~~ expositionem reprehendit ~~dicto~~ recte Vesnius in parti n. 1°. ex prepostera locutione quam induceret juxta predicta: ideo dicendum est sub verbo offo significari obligationem Judicis delegati ad Judicandum et exercendum ea omnia que ratione sui muneris ~~videtur~~ tenetur facere et explicare juxta significationem offi de quo supra n. 3. sub verbo autem potestate significare Jurisdictionem cum imperio, alias necessariam ad illud munus gerendum juxta significationem potestatis proxime adductam. Que duo cum in Judice delegato diversa reperiantur, de utroque rubr. ius scribit, ut eleganter intelligit Bolognetus in rubr. D. ~~qui~~ de off. eius. n. 41 juncto n. 47, nam si quidquid Judicis potestati committitur id subicitur Juris necessitati l. si quidquid 40 D. de Judiciis qual regulas, ommissis aliis, recte exornatis ex traditis ab Atanasio Oteisa et Olano Paralipomenon lib. 8°. c. 6°. 11

Ulterius consequitur resolutio alterius difficultatis quam Bolognetus moueret circa hanc rubr. querentis quare in ea appositum sit verbum potestate, cum tamen in illa rubr. D. de offo eius etts. que huic respondet omissum reperiatur, dum simpliciter dicit de offo eius etts. in quo explicando valde etiam laborant omnes supracitatis locis relictis eorum sentis facile respondet cum eodem Bolognetus d. n. 47 ideo ibi ommissum fuisse verbum potestate, quia rubr. illa non simpliciter ait de offo eius, sed adicit cui mandata est Jurisdictio. Quod verbum Jurisdictio illic appositum tantum valet, quantum in hac nostra rubr. verbum potestate atque ita in significatione utrasque rubr. concordant licet in verbis dissonare videatur.

Suo ordine venit explicanda vox Judicis et Judex dictus est a Jus dicendo, quasi Jus populo dicens, vel 12

desse disceptans ne. forces 10 §° in omni negotio de v. s. c° Judex 23 q. 3 Divus Isidorus Ethimologiarum lib 18. c. 1°. Valensi in paratitlis ad tit. de offo Judicis §° 2. Unde diffiniri solet: Vir bonus Iurisdicendi et equitatis peritus ad id muneris publica authoritate vocatus ita Ramar aliis adductis de offo Judicis et Advocati q. 1°.

13 Inprimis Judex dicitur vir bonus, nam magistratus puritatem concientie maximopere habere necesse. Baldus in l. 2. n 15 C. desentis ex periculo recitandis ibi: ne sine scientia sit insipidus, sine concientia diabolus. Requirit enim integritas morum ineo qui preest populis l. magistros C. de professoribus et medicis lib. 10 ibi: moribus primus excellere debet deinde facundia l. 1° C. de conditis in publ. horreis lib. 10 ibi: optime sibi concius pro integritate mentis, approbatus custos, cuius rei rationem tradit Casiodorus var. lib. 10 ibi: necesarius reipublice est personas dignitatibus aptas eligere ut cum Justitia committitur malis moribus non grauetur. Cong. cant Adamus Contzenus lib 2°. politicorum c. 3° n 6. Bovadilla in politica lib 1° c. 3°. n 60, et alii quos refert eximie literature vir D. Don Laurentius Matheu de reg. urbis tom 1°. c. 2°. § 2°. n 88 cum sequentibus.

14 Hinc potius Judex nihil ex arbitrio suo et domestico proposito voluntatis facit sed juxta ll. et Jura pronuntiat, statutis Juris obtemperat, non indulget proprie voluntati nihil parabo et meditatum domo defert. s. sicut audit, ita Judicat, et sicut se habet negotii natura decernit, obsequitur ll. non aduersatur examinat cause merita, non mutat. Ita loquitur Divus Ambrosius relatus in c. Judices 3a quest. 7a c. quatuor 11. quest. 3a hinc Judici amare veritatem precipuum est ut probat Mastrilus de magistratibus lib 2. c. 2. n 33. Petrus Gregorius de republica lib. 24 c. 6 n. 3. hinc parit sceleritas et pres festinatio ad Judicandum

in Judice reprehendit L. si quis filio 6° § quid tamen D. de injusto rupto L. 1ª C. de executione rei Judicatae C. de executione rei Judicatae, nam ut scripsit Livius lib. 35 historiae Consilia audacia, 1ª specie laeta sunt, tractatu dura, euentu tristia, quod limitat in cassu repentino, necessitate urgente: nam ut ibi inquit Tacitus lib. 1: historiae: nullus cunctationi locus est in eo Consilio, quod non potest laudari, nisi peractum: nam repentinus cassus adfert quod cunctatione opus non sit, ubi cunctatior sit quies, quam temeritas. Tacitus ibidem, humanitates, docilitates, prudentiam et alias qualitates, quae in Judice considerantur scite prosequitur DD. Laurent. Matth. ubi proxime.

Praeterea ex illis verbis: Jurisdicendi, et aequitatis peritus, quae in relata Judicis diffinitione prostant sponte profluit scientiam in Judice requiri, sine huius sale magistratus, nemo esse debet, nec potest, et primum requiritur in Judice Philosophiae cognitio, haec triplex ut Philosophi omnes tenent, Moralis, naturalis, rationalis Macrobius de somno Scipionis c. ultimo. Naturalis et rationalis sufficit notitia, moralis vero perfecta cognitio. Nam in ipsa consistit totius gubernationis assumptus, ut ex Cicerone probat dominus Matheu ubi supra n. 113. Praesertim vero desideratur in Judice Jurisprudentiae peritia, in hoc enim nemo dubitare potest, et ex arguto text. in c. fin. de etate et qualitate c. forus § in omni negotio de verbor. sig. L. fin. C. de fidei. libert. L. 82 D. de evictionibus ere sunt text. in L. 9 D. de Juris et facti ignorantia L. nemo C. de sententiis et interlocutionibus prosequitur et exornat late Mastrillus de magistratibus c. 3° per totum Solorsano de Jndiarum lib. 4° c. 4° in princ.° Haec Jurisprudentiae peritia in cognitione utriusque Juris Canonici scilicet et Civilis versatur. Antonius Faber in Papinianea tit. 1° prin.° § illum 1ª et ubi addo exal

in cogne Juris municipalis; Judex enim ignorare non debet Statuta, et foros regni inquo Jus reddit. Unde in nostro regno preter utriusque Juris scientiam etiam desideratur infallibilis notitia fororum Juxta quos causae terminantur ut disponit for. 4. in Proemio fororum et explicat dnus Laurentius Matheu ubi supra c. 1. § 2. per totum.

16 Hinc dimanat nostro obquam Jus Patrium provident diffinitum habet tempus perquod Juris scientiae operam dare debet, qui ad aliquod officium publicum Judicandi est promovendus: ut scilicet post supremam Doctoratus insignia laureolam (dequa habet for 25 Curiarum anni 1626) qui in Assessores ordinariorum urbis est cooptandus, et per bienium Jurisprudentiam debeat practice profiteri for. 48 de Curia et bayulo si in Assessores cogatur, nempe curiam gubernationis et bayuliae generalis pertriennium si in senatores regii Consilii perquinquennium foro 119 Curiarum anni 1626. Cuius dispositiones, et alia reddi potest Jurium nostro, quia scilicet coram Judice lis ordinatur et decidatur dicitur d. c. firmus §. in omni negotio de V. S. Unde Judicans ignorare non debet modum ordinationis litium, hec autem in regno in foro, precipue dicitur, nam ad ordinationem litis pertinentia summenda sunt ex more et ritu tribunalium loci inquo agitur ut probat Duarenus ad tit. de testibus pertext. in L. 3. §. fin. D. de testibus ibi: diligentiae Judicantis est explorare, quae consuetudo in ea provincia, inqua Judicat fuerit, L. si fundum 6. D. de evictionibus ubi Gotofredus lit. C. Predicta Juris Patrii dispositio limitatur in eo qui cathedram moderatus est in publica, atque aprobata Universitate pertres annos, aut in Collegio maiori per idem tempus ~~[illegible]~~ robratus fuerit d. foro 48 de curia et bayulo dequa exceptione non nullo tradit Bolorsano del Jus. indianum lib. 4. c. 4. n. 10.

17 Adiecimus in dispositione et equitati generalis qui haberi

monet ut aequitates ante oculos habere semper Judex debeat l. 4 in fine D. de eo quod certo loco l. ubicumque penultim. D. de interrogationibus in jure faciendis l. proferendus 13 §° et hoc C. de Judiciis l. Titius 5 et l. qui filium 74 § ultimo D. ad Treb. potius quam nimias Juris sonu pulositates, aut cum testator ille loquitur apud Scaevolam in l. ultim. §° penultim. D. de leg. 2. nimias, miseras quae Juris diligentias. Nam ut vulgo iactari solet summum Jus, summa injuria; summum Jus, summa crux, quod Celsus adolescens sic efferebat ut diceret, in quaestionibus quae sunt de bono, et aequo plerumque sub authoritate Juris scientiae perniciose erravit l. si servum 91 §° sequitur D. de V. O. Quo etiam pertinet illud vulgare dictum: ipsae etiam Leges, cupiunt ut Jure regantur, idem aequitate, quae Juris regula est veluti Lesbia, quae nunc erecta est si paries sit planus, nunc obliqua si inurvus sit asper ut eleganter Aristoteles relatus ab Anto fabro in Papinianea tit. 1° prin. 2° illatione 1a.

Ac Ultima Juris regula in omnibus quidem, et maxime tamen in aequitates spectandas esse l. in omnibus 90 D. de reg. Jur. ubi navite Jacobus Gotofredus aequitatem vero ante oculos habere nihil aliud est, quam ex personarum qualitate ex causa, ex tempore, et ex bona fide rem stimare l. et si quis 14 §° hec actio cum sequenti D. de relig. et sumpt. funer. Unde placet diffinitio illa aequitatis tradita a Dionisio Gotofredo ad d. l. 90 de reg. Jur. ut sit: legis scriptae aequamentum ad honestitates reductum, vel non scriptae Legis suplementum, aequitas vero, tunc spectanda est, nimirum quoties talis casus emergerit, qui aequitatis interpretationem recipiat, alioqui si lex de eo casu ita scripta sit, ut aequitatis rationi prorsus adversetur nec possit Judex aequitates sequi quin Legem offendat omnimodo l. quamvis dura servanda est l. prospexit 12 D. qui et a quibus man. nihil enim periculosius dici potest 18

et perniciosius, quam si Judici cuilibet liceat equitatem pro arbitrio sibi fingere et legibus illudere sub pretextu huius equitatis, quam ideo non male cerebrinam vocant Antfab in Papinianea tit 1º princ. 2º illone 6ª cui malo ut obviam iret Lex 2ª cavit quod lites regni regno terminarentur juxta foros adamussim punctim et ad literam acceptos for. 4º in proemio forum, de quo Dominus Laurent. Matheu de reg. urb. tom. 1º c. 1º §º 2º an 1º usque ad n 29, quod ortus antiquas atque legum diversis interpretationibus titubantes causas benigne, atque naturalis Juris moderamine temperare bonus Judex debet ut loquuntur Imperatores in L ratione C. de bonis que liberis, idque demum erit equitatis esse peritum.

19 Superest pro coronide rubrice ut explicemus ultimam illius dictionem, nempe delegati et delegare quod J.C.tis est debitorem vel reum loco sui creditoris substituere L. delegare 11. cum sequentibus L. delegari D. de novationibus L. 19 §. D. de condictione indebiti L. ut mihi dares 22 D. de donationibus L. Nesennius 41. §º 1º D. de re jud. L. 9 D. de preser. verb. L. 8º §. interdum D. ad S.C. Velleianum Seneca c.: quamvis non intervenerunt nummi sed delegatione et verbis perfecta sit solutio eodem verbo usus est Cicero in oratione pro Pompeyo. Deinde in dictiones tributarie, delegationes vocant L. 5ª C. de annonis et tributis lib 10. L. 1ª C. de indictionibus eodem lib. L. 23 C. de decurionibus L. 7ª C. de offo Rectoris Provincie L. 9 L. 11 C de excusationibus muneris lib. 10. Alias huius vocis significationes congerit Calvinus in dictionario Juris verbo delegare.

20 In proposito tamen rubr. delegare nihil aliud importat quam mandare et committere Jurisdictionem L. 1ª D. de off. eius. L. non distinguemus 32 §º quesitum D. de receptis arbitris L. 1ª D. de damno infecto et ex Suetonio relato a Quintana de Jurisdictione lib 1º tit 1º n 17 ibi: Jurisdictionem de fideicomissis in urbe tantum magistratibus delegari solitam per provincias potestatibus delegavit

Docent glossa in extravaganti unica hoc tit. inter communes Bellonus in ~~tract.~~ 2° tit. de off. eius columna 1a. Riminaldus in rubr. eiusdem tit. n. 10.

Vnde merito taxandi ueniunt Ant. Fab. coniecturarum 21
Lib. 17° c. 8° Donelus lib. 17° Coment. c. 6° in fin. Alciatus in rubr. de off. eius n. 3°. asserentes barbaries esse interpretus dicere uerbum delegare apud JC.tos pro mandare Jurisdictionem accipi solitum. Nam mandare et delegare Jurisdictionem sinonima sunt iisdemque ∴ aliquando in hac materia promiscua Jurecti utuntur licet magis frequenter dicant mandare, quam delegare, probant Jura supra n. ante relata, quibus Jungendi text. in L. unica C qui pro sua Jurisdictione Judic. dar. et §. si a Judice 5° C de Judiciis, quibus addo Legem finalem C quando prouocare non est necesse, et hec pro explicatione rubricae.

Judicis delegati diffo proponitur Cap. 2um.

Antequam diffones Judicis delegati proponamus ere erit bre 1
uius refferre causam ob quam introductus fuit mos delegandi quod ut innotescat sciendum est: reges creatos fuisse eo pacto, cum controuersias subditorum ipsi met dicernerent L. 1a. § 1° D de orig. Jur. ibi: omnia q. manu a Regibus gubernabant, et apud hebreos lib. 3° Regum c. 3° n. 9. ubi Rex Salomon dixit: dabis ergo seruo tuo cor docile ut populum tuum Judicare possit et dicernere inter bonum et malum, et ex illo cap. 3° desumitur text. in c. 2° de presumptionibus c. Regum 23 quest. 5a. Dominus Rex Jacobus Ius. in proemio fororum: sa dehuen chuchar los homens per los Reys quo pertinet illud Homeri:

Vnus Rex cui concessit saturnia proles
sceptrumque et leges, ut Judicet et dominetur

Probat Justus Lypsius in exemplis politicis c. 9 quest 10 Imperatores itaque tanquam magistratus Judicabant, uel de plano, uel pro tribunali. L. 1a D. de consit. Principum. L. fin. C. de Legibus ideo Julius Paulus scripsit sex libros Imperialium sententiarum in cognitionibus prolatarum. Vindicat inscriptio L. fin.

D. de condit. et demonst. et L. ii fin. D. de hered. instit. et apud Marcelum Jctum patet in L. 3a D. de his qui in testamento delent. ibi: proxime in cogne Principis et ibi sententia Imperatoris Antonini Augusti et apud Calistratum lib. 5o de cognit. in L. creditores D. de ui priuata et in L. 13 D. quod met. caus. quas Principis sententias uim legis obtinere decreuit Justinianus in L. fin. C. de legib.

2 Sed ob populi et causarum multitudinem, cum ultra unius uires essent negotia, creari magistratus et Judices oportuit. Vt fecit Moyses consilio Ietro cognati sui, exodi c. 18, et ratione [illegible] instante populus quoque Romanus fecit, parum enim esset Jus in Ciuitate esse nisi fuissent qui Jura reddere possint L. 2a §o post originem D. de orig. Jur. L. 2 C. de pedaneis Judicib. cumque munus sit Judicandi in partem solicitudinis a Principe fuerit magistratibus iniunctum, ideo per se ipsos illud adimplere tenebantur d. L. 2a §o post originem; quia nemini munus publicum sibi comissum per alium gerere licet L. nullus 60 C. de decurionibus lib. 10 argumento text. in L. inter artifices 31 D. de solutionibus c. fin. §o fin. cautes cum sequenti hoc nostro tit. c. 12 eodem tit. in 6o Docent Mastrillo de magistratibus lib. 1o c. 29 Donell. lib. 17. Coment. c. 8o Caeterum negotiorum multitudine oliscente sicuti Regi magistratuum opera necesse fuerunt, ita magistratus nimiis occupationibus obnoxii alieno Juuamine opus fuerunt, consueueruntque aliis Jurisdictiones, et causarum cognitiones delegare, cum mediis his delegationibus facilius causas expedirent argumento text. in L. 1o §o usus D. de procuratoribus c. 9. de procuratoribus de quo more et consuetudine maiorum loquuntur text. in L. more § L. solet cum L. sequenti D. de Jurisdict. L. et si pretor D. de offo eius L. solet 6a D. de offo proconsulis.

3 His ita praelibatis ommissis diffinitionibus Judicis deleg. quas tradunt Hostiensis ad hunc tit. §o 1o Abas n. 3o Decius n. 5 Veroius n. 23 Saagun n 5o Menochius lib. 1o de arbitrariis quest. 12. n 5o Pellon. lib 1o supputationum c. 11. in prin. aptior uidetur diffo tradita a Bolognetto in rubr. de offo eius n. 57 dno Augustino Morla in emporio tit. 2o in praeludiis n 88 in fin. in hunc modum: Judex delegatus est persona quibus

ca, cui sine magistratu, officiue, aut non habita ratione ad illud Jurisdictio mandata est. Persona loco generis ponitur L. 2 D de stat. homin. L. 1 § 3° D. de mun. et honor. Caeterae particulae loco differentiae adiiciuntur, nam in primis dicitur: sine magistratu, officiue ad differentiam Judicis ordinarii, ut ita significetur delegatum Jurisdictionem habere non jure alicuius officii, seu magistratus, sed solum immediate, et principaliter jure delegationis sibi factae. Additur deinde, aut non habita ratione ad illud, ut includantur Judices, seu magistratus alias ordinarii, qui tamen delegati manent, dum eisdem Jurisdictio aliqua, quae istis alias non competebant de mandato nulla habita ratione ad officium, seu magistratum, et per contrarium excludantur etiam hi Judices, quibus talis Jurisdictio de novo mandatur, facta tamen relatione ad officium, seu magistratum, qui perinde censentur ordinarii, c. licet de officio ordinarii c. ad Abolendam § fin. de hereticis c. cum aliquibus de rescriptis in 6° c. pastoralis hoc tit. c. irrefragabili § 1°. de officio Judicis ordinarii. August. Barbosa in Collectanea ad hunc tit. in rubr. n. 22.

Denique in differentia additur Jurisdictio mandata est ut demonstretur Judicem delegatum beneficio mandantis habere Jurisdictionem, ac per consequens alienam et non propriam; ad differentiam ordinarii Judicis, nam non semel, vel iterum habere ponis, vel Principum constitutionibus diffinitum est, ordinarium esse, qui suo Jure habet Jurisdictionem; delegatum qui alieno beneficio; illum pro suo imperio agere, hunc exequi alienam Jurisdictionem, illum sua vice, hunc aliena in dicendo Jure, et Judicando fungi, illum denique propriam habere Jurisdictionem, hunc proprium habere nihil L. more § I. solet D de Jurisdictione L. 1a § qui mandatam L. et si praetor L. cognitio D. de officio L. ulti. C. ubi et apud quem c. conquerente ibi: ratione Juris episcopalis competeret c. ultimo ibi: ex officio de officio Judicis ordinarii. Explicant Donell. lib. 17° coment. c. 7° et ibi Osualdus. Merlo in emporio tit. 2° in praemissis n. 88 Lelius Mansinellus sacri Juris controversi dissertatione 2a c. 1° per totam. 4

5 Sed n. videtur certa hæc differentia inter delegatum et ordinarium Judicem, nam Judex ordinarius, n. ex se, sed alieno Jure Jurisdictionem habet: scilicet Principis beneficio aut Legis, quorum est magistratus creare. L. 1.a D. ad L. Juliam de ambitu. Donel. lib. 18. Coment. c.o 7.o ubi Osuald. lit. B. sic dicitur, magistratum n. posse Jurisdictionem dare, neque illam a se abdicare L. ultima D. de off. præ-

L. penultima

sidis, quia Jurisdictionem dare est magistratum facere, quod magistratus efficere n. potest, quia hoc solum est Legis, aut Principis. Quintana de Jurisdict. tomo 1.o tit. 11 Osuald. ad Donel. lib. 18 Coment. c.o 7.o lit. C. Unde Jurisdictio delegati n. dicitur delata, seu data, sed confirmata L. 6.a D. de Jurisd. ibi: et quia nec principaliter ei Jurisdictio data est, nec Lex defert, sed mandatu confirmatur igitur Judicem delegatum Jurisdictionem habere beneficio alterius, n. est distinctivum Judicis delegati a Judice ordinario, quia iste etiam

6 beneficio Legis, aut Principis Jurisdictionem habet.

Auget differentiam quia quando Princeps Judicem ordinarium creat n. ita ipsi tribuit Jurisdictionem ut potestatis, et dominii Judices faciat, nam magistratui solum concedit Jurisdictionis exercitium, et nuda administratio. L. 35 D. ad municipal. L. 14 D. de muneribus et honoribus L. ultima C. ubi et apud quem L. 3 § D. de rit. nupt. Osuald. ad Donel. lib. 17.o Coment. c.o 8.o dupli ci lit. A. Petrus Gregorius lib. 47 Sintagmatis c.o 13 n. 7.o et c.o 21 n. 2. et 4.o ita enim intelligitur Jurisdictio magistratibus concessa ut penes Principem remaneat. Osuald. ubi proxime: infert quod ordinarium Judicem præter administrationem et nudum Jurisdictionis exercitium, nihil aliud habere proprium, quod etiam verificatur in eo ~~qui~~ cui Jurisdictio mandata est L. 1.a §o ult. junct. L. A D. de off. ejus L. 1.a § ananteS D. de suspectis tutoribus.

7 Ut hæc n. obstent omnimis traddit a Bartolo in L. more 5.a D. de Jurisdict. n. 4.o et ad Baconium a bacuno lib. 6. dedatione 82 n. 6.o arbitror eum esse Judicem ordinarium, cui Jurisdictio competit ratione magistratus, aut officii pertinet L. 1.a D. de off. ejus juncta L. more 5.a D. de Jurisd. L. ultima C. ubi et apud quem c.o 2.o juncto c.o 1.o de off. legati in 6.o cum adductis in superioribus.

His ita prelibatis n. obstant rones dubitandi. Nam licet magistratus a Principe, uel a Lege creent. ex tradditis a Don Fran.co de Amaya lib. 1.o obseruonum c.e 1.o n 33 et 38 Osuald. ad Donel. c.e 7.o lit O; Jurisdictio tamen, qua magistratus prout in hoc indiuiduo residet, potitur e annexa magistratui, rone officii exercet, et hac rone, ~~et hac rone~~ dicit magistratus con cessam nudam administrationem, et ~~tam~~ jurisdictionis exercitium delatum L. 25 ad municipalem L. 14 de muneribus et honoribus et hac acceptione dicebantur magistratus reipublice adminis tratores d.ta L. fin. Cubi et apud quos cum supra laudatis. Un de persona, qui gerit magistratum dicit jurisdictionem a L. si ue a Principe hre, et per Cons alieno beneficio, n. imme diate, sed priuis et mediante offo a L. uel a Principe crea to; ex contrario delegatus beneficio alterius het Jurisdic tionem, id e immediate a delegante d.ta L. more S. de Juris dictione, et nulla habita rone ad offm. in quo consistit dis trictionis Jurisdictionis ordinarie et delegate. 8

2.o ut clarius res appareat dici potest Judicem ordi narium et magistratum hre Jurisdictionem propriam dimanatam a L. uel a Principe, tanquam a fonte perenni, unde pro flu unt Jurisdictiones, et exordiunt magistratus. ita Osuald. et Amaya ubi supra. et d. beneficium Legis consistat in eo q.d magistratus heat Jurisdictionem datam, et delatam, o.ffo in ipsius creatione, ab his qui potestatem deferendam Jurisdictionem, ~~hn~~ hent ut cauet in superioribus, n. tamen illam heat ex Legis confirmone, sicut illam het delegatus L. 6 de Jurisd. Conferunt congesta a Don Ferdinando Ar rias de Mesa Var. resolut. lib. 3.o c. 34 n 7.o et hac rone dicit Jurisdictio propria, proprio J.e heri d.ta L. S. cum L. 6. de Jurisd. et magistratu gerens propria Jurisdictio ne potiri dicit, quamuis ex comissione offi nudum Jurisdic tionis exercitium censeat concessum. 9

Unde DD. occeano comparant Imperato rem, ac penes eum Juris dictionem residere, et ab illo in magistra tus fluere, et ad eun dem refluere. unde pnte Principe omnia magistratuum imperia conquiescunt, quemadmo dum fluuiorum impetus una cum nomine absorbetur cum ab oceano in mare con fluilabuntur, et siderum omnium lux nulla porri gitur cum sole exoriri ce pit Osual. ad Don. lib. 17 c. 7. lit. O.

Jurisdictio ordinaria appellatur propria magistratuum, quae denominatio solet semper ab ultima dicta; in ordine autem publicarum personarum ultima dicta non est Princeps, sed magistratus Aver. c. 3. diff. n. 76 in fine

10 His adhuc obst. namque qualitas illa proprie et immediate, aut a sienc Jurisdictionis, non est sufficiens distinctio Judicis delegati a Judice ordinario, quia iste non est Jurisdictionem habet, ut non sit Principis: quia magis illius, quam magistratus dicitur propria. Ro. quia quod in superioribus cavetur Jurisdictionem esse propriam Judicis ordinarii, non excludit Principis cuius non desinit esse propria per constitutionem et creationem magistratus, arguit text. in L. de precatio ad L. Rod. de iat. iuncti traditis a Don Ferdinando de Arias ubi supra n. 7. Dicitur quod propria Jurisdictio magistratus fuit distinguatur a Judice delegato, cuius nullo modo potest dici propria Jurisdictio, et per hoc quod sit Principis non distinguitur ordinaria Jurisdictio a delegata, quia haec etiam Principis est, et discrimen versatur in eo quod Jurisdictio [struck] magistratus est illius propria, et Principis, delegata vero solus propria Principis, non vero delegati qui nihil proprium habet, sed totum quod habet est a delegante, supra laudatis Juribus.

11 Ex his infertur maxime inter se distingui Judicem ordinarium, et delegatum, nam licet uterque habeat Jurisdictionem alterius beneficio et ipsi censeatur nudum Jurisdictionis exercitium concessum relatis Juribus, tamen delegatus beneficio hominis habeat Jurisdictionem a L. confirmatam d. L. 6. D. de Jurisdictione. Ex contrario ordinarius beneficio legis, aut Principis delatam et datam habeat, hoc sufficit ut inter se distinguantur; delegatus enim totum quod habet ex mandato delegantis provenit L. et si pro. D. de off. eius cui alii, ordinarius vero non ex [struck] commissione officii, sed illius occasione habet Jurisdictionem iam datam, et delatam magistratui in illius primaeva creatione. Unde proprie non habet Jurisdictionem a committente officium et illius beneficio, sed ab ipso officio cui est ante annexa necessario Jurisdictio, quia aliter non poterat magistratus institui, et per consequens haec Jurisdictio profluit non ex beneficio committentis et concedentis officium, sed ex officii commisso cui ante supponitur Jurisdictio data et frequens est in Jure ut aliquis habeat nominationem ab uno, et illi quae ut propria nominationem sequuntur aliunde obveniant et ab alio ante L. unum ex familia 67 D. de Leg. 2. cum aliis

Ex his quibus cavet Judicem delegatum Jurisdictionem habere quantumvis alienam mutuatam scilicet a delegante, infert maximam differentiam versari inter Judices delegatos, et Judices datos L. cum pretor 12 §o 1o D. de Judiciis. etenim illi Jurisdictionem mandatam et vicem mandantis, ipsiusque officium Jurisdicendi habent L. 1a §o. damus D. de suspectis tutoribus cum supra adductis. contra vero Judices dati notionem tantum habent, solumque cognoscendi, non vero exequendi potestate funguntur L. 99 D. de V. S. L. pretor 5a L. a Divo Pio 15 D. de re. Jud. L. fin. C. ubi et apud quem L. 5a. C. de Judit. Donell. lib. 17. Coment. c. 23 in fin. solebant tamen magistratus, qui eos dederunt Judices illis executiones committere, vel alios speciales executores assignare text. alias difficilis in L. ult.ma in fin. juncta L. apertissimi C. de Judit. Notat Cuiacius lib. 9o. observationum c. 23. et isti Judices dicebantur dati, quia a magistratibus dabantur cum determinata formula a qua ipsis recedere non licebat L. generaliter D. de confessis. 12

Et ut radicitus hoc explicem non nullaque iterum responsa de Judicibus datis difficiliora et obscura intelligantur supponendum est Pretores et alios magistratus, qui Juri dicundo vetusto Romanorum quo Romae preerant privatas causas non Judicasse, sed Judices ex electorum turba dedisse litigantibus petentibus; qui dati Jurisdictionem non habebant, sed tantum notionem, id est cognoscendi facultatem intra formulae prescriptae cancellos conclusam, quo tendunt Jura in L. 1 ibi: Judices litigantibus dare L. imperium 3 ibi: Judices dandi licentia D. de Jurisd. omnium Jud. d.a L. qui pretor L. a Divo Pio 15. L. 57 Vo. etsi forte D. de re Jud. explicant Goveanus in L. 13 D. de Jurisdictione Ant. fab. Lib. 4o. coniecturarum c. 7o. Menochius de arbitrariis lib. 1o. quest. 10 an 11 Osuald. ad Donell lib. 17o Coment. c. 21. lit. f. Nomina Judicum datorum in albo quodam fuisse contenta, ut ex illis quem voluerit Judicem delegerint litigantes per Senecam lib. 3o. de beneficiis. Aulo Gelio lib. 14. noctium Atticarum. Quintanus lib. 4o. de Jurisdict. tit. 5o. n 27, et ita creatio horum Judicum erat populi; electio litigantium, et datio magistratuum Morla in emporio 1o. p. tit. 2o. n 80. 13

isti Judices non dabantur inviti, Unde Plinius in panegirico ad Traxanum inquit: ex Judicibus assignatis licet recidere, licet ex 14

clamare hunc nollo, n. 17. nisi ex consensu partium Judicabant. Cicero pro Cluentio: neminem voluerunt Romani n. modo de existimatione cuiusquam, sed pecuniali quidem et re minima Judicem, nisi qui inter adversarios convenisset. L. si in Judicio D. de Judiciis L. ex consensu 23 D. de appellationibus

15 Prefati Judices dati variis nominibus appellabant. 1°. enim dicebant absolute Judices ut distinguerentur a magistratibus L. amissione 5. §° ultimo D. de cap. minut. L. quidam 57 D. de re jud. L. stipulationum 5. in prin.° D. de V. O. L. 2. D. de R. I. 2° appellabant Judices datos delegati L. a Judice 5. C. de Judiciis L. a Divo Pio 15 in prin. D. de re jud. 3° nominabant Judices privatos. Suetonius in Claudio c. 14 et Aulus Gelius noctium Atticarum lib. 14 c. 2°. Quarto vocabant Judices speciales L. ultma D. de off. pretoris L. preses 5. D. de off. presid. L. ultm. C. de Judiciis. Deinde frequentius appellabant pedanei L. 3a §°. si quis D. ne quis eum qui in Jus vocatus est vi eximat L. 1a. D. de tut. datis L. 1. §° 6. 4°. item 1°. ito D. de postulando toto tit. C. de pedaneis Jud. Osuald. ad Donell. lib. 17° Coment. c. 23 Quintana de Jurisd. lib. 1° tit. 11 n. 16 Ubesembequius in paratitl. ad tit. C. de pedaneis Jud. Dicebant pedanei, q.a ad pedes tribunalis maioris magistratus, pretoris, nempe, sedebant in inferioribus subselis Cujacius ad Julius Paulus lib. 5° recentarum sententiarum tit. 27. Revardus lib. 3° coniect. c. 20, vel ideo pedanei dicti fuerunt, q.a Judicare juxta formam cepraescriptam alterius e pedaneum, sive pedarium sententiam dicere juxta illud. caput sine lingua pedaria sententia e. ita Don Michael Luna et Arellano sing. lectionum Juris c. 1°. n. 103.

16 Superioribus quibus cavet Judices datos Jurisdictionem n. habere, sed tantum notionem pedaneum, pedaneos q. dici solitos obstat text. in L. 3a §° si quis D. ne quis eum qui in Jus vocatus est, ubi Judici pedaneo in Jus vocandi potestas concedit ex quo infert ipsum potuisse Jus dicere, et per cons. Jurisdictionem habere. Vocare enim in Jus, nihil aliud e. quam vocare ad locum ubi Jus dicitur L. 6. D. de feriis L. penultm. D. de Just. et Jure 2°. obstat text. in L. 1a §° 1°. D. de interrogat. in Jur. fac. ubi interrogationes in Jure dicuntur qui apud magistratus populi Romani, sive apud quirites provinciarum, aut apud

alios Judices interrogat. quo loci illa verba apud alios Judices
de Judicibus datis necessario sunt exaudienda ut convincit
ex eodem text. in illis verbis, Jurisdicendi vel Judicandi. 3°
obst. text. in l. 1. § remouet 6. V. item scito Juncto § postu
lare 2°. D. de postulando, ex quibus deprom[it] posse apud Jud
cem pedaneum postulari, ac per cons. ipsum Jurisdictionem habuisse
Juxta d. 3um §. 2um

Ut his respondeamus animaduertendum est, q. licet Judices da- 17
ti [struck] appellent pedanei, tamen non quilibet Judex pedaneus
datus dici potest, licet econuerso, quilibet datus pedaneus
esse nuncupet, cum enim pedanei Judices sic appellarent q. a
ad pedes maioris magistratus, pretoris nempe, sedebant in in
ferioribus subselliis; fit inde ut omnes Judices, qui in subsellis
concedebant, et sine tribunali Judicabant, pedanei recte di
cant, veluti sunt magistratus minores, questores, triumviri
et magistratus municipales. ita Osuald. ad Donell. lib. 17° co
ment. c. 24. lit. G. per text. in l. siquis 38 §. 13. D. de poenis [illegible]
4a. C. de natalibus liberis. Quare text. in d. l. 3a. §. si quis D. ne quis
eum qui in Jus uocatus est etiam intelligendus est de Judicibus pedaneis
veluti magistratibus minoribus qui cum non haberent apprehensionem, neq.
uiatores Juxta Aulum Gelium noctium atticarum lib. 13 c. 12 et ob
torto collo eos duci aliquem paterent, non committebat poena edic
ti arguto text. in l. fin. D. de Jurisd. Ad quos etiam Judices referen
dus est text. in d. l. 1a. §. remouet 6. V. idem stasito D. de postu
lando, ita Osuald. ad Donel. ubi proxime, quidquid sentiat Dom. Mi
chael Luna et Arellano [illegible] lect. Juris c. 1 nos contendens huius
modi magistratus minores nullatenus dictos fuisse pedaneos.

Si uelis accipere d. l. 3am §. siquis D. ne quis eum etiam de Judi- 18
ce dato respondere poteris: quod licet Judices dati non habuerint uoca
tionem in Jus, potuerint tamen citare ad Judicium disceptandi facti
causa, cum pluribus probat Osuald. ad Donell. lib. 3° coment. c. 12°
lit. K et de hac citatione debet exaudiri ictus in d. l. 3a. §.
siquis ut suadent uerba text. non enim ait, ad Jus uocatum sed ad
Judicem pedaneum. Et ideo obquam ibi non committit poena edicti, ea est:
q. a edicto loquit de uocato in Jus, non uero de in Judicium uocato. et
quemadmodum distinguit Jus dicens a Judicante rubr. C. ne quis
in sua causa Judicet, vel Jus sibi dicat cum aliis, ita [illegible]

ferunt vocari iussus et vocari in iuditium. A. fab. in ratio[nalibus] ad d.[ictam] l.[egem] §um siquis

19 Ad text. in d.[icta] l. A[liud] § V. D. de interrogationibus in iure faciendis respondet, verba illa: alios Judices referenda esse ad Judices delegatos, qui mandatam habent Jurisdictionem a magistratibus, vel presidibus. Nec refragant verba text. ibi: Jurisdicendi, aut Judicandi nam possunt refferri ad magistratus qui Jus dicebant, et qui Judicabant in causis extraordinariis. Osuald. ad Donell. lib. [...] Coment. c.[apite] 2° lit. H et quod in d.[icta] l. A[liud] § 1° non habeat sermo[nem de] Judicibus datis probant interrogationes, de quibus in illo tit. q[uae] fiebant ante iuditium l. 1a D. de interrogat. in J.[ure] faciend. [et] Judices dabant post litem contestatam. Richard. in § actionum autem 28 instit. de actionibus quest. 1° an 23.

20 Predicti Judices dati non semper equali formula dabantur Regulariter enim stricta formula erat in hunc, vel similem modum: si apparet Lucium Titium quinquaginta sexto promisisse illum condemna. Cui formule adeo debebant deservire, ut Judex ad condemnandum datus licet actor nihil probaret et reus esset absolvendus, non posset absolvere, quia nulla erat mentio absolutionis in formula ut colligitur ex l. cum fideicomissum 7° D. de confess[is]. Docet Fran.[cis]cus Poletus lib. 3° historiæ fori Romani c. 15 Gouea[nus] in l. 1a D. de Jurisd. Morla in emporio tit. 2° n. 83. Tunc [...] q.[uia] transferendum erat Juditium ad pretorem, et iterum impetranda fo[rmu]la ad absolvendum ut colligitur ex d.[icta] l. 7° in fin. ad evitandos [hu]ius circuitus translationis solebant rei coram pretore poscere ut [excep]tio exprimeret in formula, et fiebat in hunc modum: si appa[ret] Titium sexto promisisse et pactum non sit de non petendo, vel aliter non sa[tis]facto illum condemna. quo casu sine necessitate translatio[nis] Judex datus poterat de viribus exeptionis cognoscere et a[bsol]vere reum, si veram esse exeptionem comperuisset. Tradit M[ar]ius Victorinus ad lib. 2um Ciceronis de inventione. Budeus [in] ultima §. Judicandi necesitas D. de muneribus et honoribus. Re[buf]fus pro tribunali c. 11. Unde formula cum exeptione condit[iona]lis quodadmodo erat, et maiorem potestatem tribuebat Judici nempe et condemnandi, et absolvendi. De quo multa exempla [cu]mulant Duarenus in l. Jurisgentium 7° § et ideo D. de pactis [Bris]sonius lib. 5° de formulis pag. 402.

[...]

He tamen Juris veteris angustie paulatim relaxari ceperunt et ICti audebant dicere Judicem datum ad condemnandum exui illius potestatis, sine necesitate translationis pare absolvere cum ex mente pretoris presumpto possent colligi voluisse Judicem potuisse absolvere cui condemnandi dedit potestatem; e enim pretor equitatis custos: q. et hanc equitatem in formula servat, et quasi Judici committit, ut preclare probat text. in l. quod si ephesi 4.a §. 1.o D. de eo q. certo loco: equitas vero magis favet reis, et absolutioni, quam actoribus et condemnationi l. Arrianus 42 D. de obligationibus et actionibus, l. favorabiliores D. de R. J. Hac ratione fretus Papinianus princeps nostre artis primus forte respondit Judicem ad condemnandum datum posse absolvere. Cuius testimonium refert in l. cum Papinianus 1.ma C. de sententiis et interlocutionibus ubi Imperator tradit respondisse Judicem n. solum posse reum absolvere, sed etiam actorem condemnare ex reconventione rei, si illum obnoxium in disceptatione cause inveniret: q. intelligendum e dixisse Papinianum, sine necesitate translationis, aut novi Judicii, alioquin res et decisio indigna esset tanto Juris perito, ut recte sentit A. fab. lib. 20 coniecturar. c.e 5 et 6, quamvis dissentiat Osuald. ad Donell. lib. 17.o Coment. c.e 18. lit. L. Cuius ICti doctrinam alii secuti, deinceps retinuerunt, docuerunt q. Judicem datum, qui condemnare poterat, posse etiam absolvere ex vi simplicis formule ad condemnandum l. 3.a D. de re Jud. l. nemo 37 D. R. J. quas de Judicibus datis et in hunc sensum accipiunt Cuyacius lib. 17.o Pauli ad edictum in d.a l. 3.a, et Richard. in manuductionibus ad praxim 2.o p. in preludiis §. 7.o ex n. 3.o et hoc etiam forte e. q. antea vulgo dicebat omnia Judicia absolutoria esse §. ultimo instit. de perpetuis et temporalibus actionibus videlicet q. Judex ad condemnandum datus poterat etiam absolvere, hoc n. nullas limitationes hat quas referunt Haursius Bartol. antiquiores et Duarenus ad d.a l. 3.a Ant. fab. Revardus et Jacobus Gotofredus in d.a l. 37 de R. J.

22 Judices autem in actionibus bonæ fidei dati laxiori formula di bant, prætor enim Judici in formula licentiam concedebat Judican di ex bona fide, his verbis in formula additis: si apparet ex causa emptionis seium Titio centum debere, illum ex bona fide condem na. Qua facultate accepta Judex ultra conceptam in formulam excu rrebat, nunc admittendo compensationem; nunc cognoscendo de do lo, nunc de fructibus, aut usuris debitis ex mora, et citra promissio nem, quia tantundem valet in actionibus bonæ fidei hoc officium Judicis quantum in stipulationibus, et cæteris contractibus stricti Juris ipsa conventio contrahentium l. quia tantundem ff. de negotiis gestis, ideo co Juditium stricti Juris certum dicebatur, quia Judex datus in illo Ju ditio rem temperare non poterat, sed absolvere, vel condemnare; Ju ditium vero bonæ fidei dicebatur arbitrium incertum et Judices in illo dati dicebantur arbitri l. Lucius 24 ff. depositi l. pro socio 38 ff. pro socio. Docent Carolus Sigonius de antiquo Jure Civium Romanorum c. 28 Richard. in §. actionum 28 instit. de actio nibus quest. 1. n 15. Amaya in l. 2. C. de offic. phisici n 39, qui augere, vel minuere condemnationem poterant ex arbitrio prout causa postulabat, ideoque Quintus Mucius Scevola dicebat, in iis arbitriis summam esse vim Judicis, licentiamque arbitrandi, cu ius testimonium refert a Cicerone lib. 3. officiorum, et ob eandem cau sam actio stricti Juris melior, et securior censebatur, quam actio bonæ fidei ut disputat Seneca lib. 3. de beneficiis c. 7.

23 Hoc arbitrium, hæc laxitas, aut facultas Judicandi ex bo na fide est quod dicitur officium Judicis in sentis negotiorum cum quæ rimus quid veniat ex officio Judicis, quærimus an comprehendat li centia talis Judicandi. multa exempla occurrunt inscripta quæ lon gum esset recensere. Videndi tamen et notandi sunt text. in l. pupilli 6. §. ultimo ff. de negotiis gestis l. Lucius 24 l. Bona fides 31 ff. depositi l. 4. C. eodem tit. l. in bonæ fidei 7. ff. de eo quod certo loco l. 3. §. 1. ff. comodati l. qui per colusionem 49 §. 1. ff. de actionibus empti l. quero 54 ff. locati l. mora 32 § in bonæ fidei ff. de usuris l. ultimo ff. de fideiussoribus l. si fun dum 82. ff. de solutionibus, et quamvis in desuetudinem abierit mos Judices dandi, tamen que nihil ab his formulis diversa adhuc

mansit natura Juditiorum, idem hodie observat in quibuscumque Judicibus, quorum potestas extenditur, vel contrahitur ex qualitate causarum ut apparet ex Justiniano in tit. instit. de offo Judicis in quo tantum agit de potestate condemnandi ultra rem petitam in actionibus bonae fidei, aut arbitrariis, in quibus olim Judices dati ipsam dictam potestatem habuerunt quod recte intellexisse videtur Cujacius in notis ad illum titulum. Ubi Judicem accipit de dato, sed in eo labitur quod jus abolitum voluit seculo Justiniani adaptare. Aliter tamen solet explicari sine Juris veteris fundamento et tantum ex opinione interpretum, de quo videndi sunt Duarenus ad tit. de Jurisdictione c. 4o in fine Osuald. ad Donell. lib. 19 coment. c. 1o lit. P. Richard. in rubr. instit. de offo Judicis.

Et quia ex bonae fidei actionibus aliquae erant optimae fidei 24
pretor tunc adiiciebat in formula quanto aequius et melius ut in actione rei uxoriae indicant text. in. l. in rebus 66 §. ultimo ff. soluto matrimonio l. sicuam 82 ff. de solutionibus quare Judex datus ad restituendas dotem arbiter dicitur in l. pro socio 38 ff. pro socio. idem dicendum est de Judicibus datis in actionibus arbitrariis, qui accipiebant formulas cum illa additione pro arbitrio condemna et ob id arbitri quoque vocabant l. a Divo Pio 15 ff. de re Jud. §o praeterea 31. instit. de actionibus. docent Duarenus in l. 7o §o et ideo ff. de pactis, et ad tit. c. de Judicibus datis. Alciatus lib. 2o paradoxorum c. 25. Unde Judex datus ad discutionem et partitionem bonorum dividendas hereditates fines regendos commune dividendum dicebatur arbiter datus ut cognosceret et partiri faceret, sic in l. arbitrio quia cum sequenti ff. qui satisdare cogantur dicitur arbiter, qui dabatur ad approbandam idoneitatem fideiussorum, ad stimationem fructuum in Juditio vinditiarum, sive vindicationis tres arbitri dabant ex l. 12m tabularum, apud festum verbo vinditiae, Revardum ad l.l. duodecim tabularum c. 6o Dionysium Gotofredum ad easdem Leges lib. 2o tit. 22. de possessionibus et interdictis, Jacobus Gotofredus eius filius ad eas ~~notas~~ Leges tabular 12. Totidem etiam dabant in Juditio familiae herciscundae ad dividendas hereditates defuncti inter coheredes, Jacobus Gotofredus tabula 5a idem erat in Juditio finium regendorum

uerba legis sunt si iurgant ad fines, finibus regundis Praetor arbitros treis adiicito. ut ex Cicerone docet Cuyacius lib. 5° observationum c° 21. et post eum Gotofredus pater d.° lib. 2° tit. 11. V° q. et filius tabula 8a. sic etiam in causa administrationis, veluti societatis, negotiorum gestorum, tutelae et similibus arbitri dantur L. pro socio 38 ff. pro socio L. si pure 37 ff. de fideicomissar. libert.

25 Ex supperioribus quibus cavetur Iudices a magistratibus datos non posse mandare executioni sententiam, quam ipsi protulerunt, sed eam debere exequi magistratus, qui eos dederunt L. a divo Pio 15 de re iud. L. ait praetor 5a ff. eodem tit. et per argumentum ab speciali in L. ultima C. ubi et apud quem cognitio in integrum restitutionis agitanda sit. L. properandum 13 §° sin autem 3° C. de Iuditiis L. si causa 32 C. de transactionibus. Venit uera, propriaque interpretatione illustrandus textus in L. Iudex postea quam 55 ff. de re iud. Ubi Ulpian. tradidit Iudicem posteaquam sententiam tullit, desinere esse Iudicem ex quo infert Iudicem, qui pluris, uel minoris condemnavit, non posse amplius Iudicatum corrigere: quia semel Iudicando functus est officio suo. in hoc text. distinguenda est regula ab illatione, regula enim generalior est, quam illatio. Regula est Iudicem postquam sententiam tullit desinere esse Iudicem. Haec reg. non est uera, nisi in Iudice dato, qui post quam protulit sententiam nihil aliud agere potest, nec eam executioni mandare ut notat Osualdus ad Donell. lib. 27 Comentar. c° 3° lit. E Duarenus ad L. quod Iussit 14 ff. de re Iud. magistratus enim et Iudices ordinarii manent Iudices post sententiam datam, ideo apud praetorem post Iudicatum postulatur et conceditur in integrum restitutio aduersus sententiam, idem in preside L. praeses 42. ff. de minoribus. Ex eadem ratione quia sententia nulla non meretur nomen sententiae L. 4a §° Condemnatum ff. de re Iudicata possunt de nullitate sententiae cognoscere, et aliam proferre si nullam comperiant L. 1a C. de sententiis et interloquutionibus L. si praeses 6a C. quomodo et quando Iudex, idem dicendum est de delegatis quibus mandata est Iurisdictio, hi enim de nullitate suae sententiae cognoscere possunt, quia actus nullus non consumit mandatum

Jurisdictionis ut merito obtinuit testantibus Menochio de arbitra riis lib. 1° quest. 67 n. 2° et Morla in emporio tit. 2° quest. 27 n 28. Judex uero datus qui simplicem notionem hēt n̄ potest de nullitate suę sentę cognoscere; qua propt. si nulliter Judicauit, ex integro res disceptabat, alia actio, alius Judex dabat a pretore et in alio Juditio terminabat res ut mihi probat dissertus text. in l. in sentiis 59 §° ultimo ff. de re Jud. et in l. si ut proponis 4a C. quomodo et quando Judex ubi imperator expresse de Judice dato loquit, qui die feriato et absente parte sentam nullam dixit, hanc legem ueteres interpretes, qui ignorarunt hanc Juris disciplinam de Judice delegato accipiebant, et inde probabant delegatum n̄ posse cognoscere de nullitate suę sentę; sed hic error emendatus e amultis, quos congerit Oswaldus ad Donell. lib. 21 coment. c. 23 lit C. Manet g.° textus in d.a l. Judex postea quam de Judice dato debere intelligi quatenus docet Judicem desinere esse postquam sentam tullit. illatio uero generallior ē, q.a n̄ tantum comprehendit Judices datos, sed magistratus quoscumque. ait enim, ideo n̄ posse Judicem corrigere sentā quam tulit, hoc n̄ deducit ex eo, quod Judex esse desinat post quam sentam tullit; sed ex eo quod in eadem causa diffinitiue, semel tantum Judicandum ē, et post prolatam sentam n̄ licet amplius uariare si nulla n̄ sit, et 2.um Jus teneat.

Hoc adeo uerum ē ut siquid emergat, ex quo 2.m equitatem sentā rescindenda sit, n̄ possit ipse mutare sentā l. acta 45 §° de ampliandā l. actorum 46 l. cum querebat 62. ff. de re Jud. sed ad Principem rescribere debet ut ab eo 2.m Juditium postulet l. Diuus 33 ff. eodem l. 1a §° ultimo ff. de questionibus l. Diui 27 ff. de poenis: dubium uero, quod dēx senta orie interpretari potest eodem die; id ē intra uiginti quatuor horas l. Paulus 42 ff. de re Jud. modo tantum interpretet n̄ mutet, aut corrigat, q.a mutare Judicatum, nec eodem die licet d.a l. cum querebat 62. et hoc ē insigne discrimen inter Jussus et sentas, nam hi possunt corrigi et mutari contrario imperio l. quod Jussit 14 ff. de re Jud: ff. ll n̄ deducit Judicem sentam mutare n̄ posse, post quam eam tullit, ex eo quod Judex esse desinat. Nec satisfacit expositio Do 26

neli in l. Paulus 42 ff. de re jud. et Molin. d.to tit. 2° quest.
17 n 24 scilicet Judicem esse desinere quoad illam causam
nam preterquam quod stylus non est certus, ut liceat magistratui in ea
dem causa de nullitate cognoscere, et de in integrum re
stitutione ut dixi; impropria esset locutio Ulpiani dicent.
Judicem esse desinere pro terminasse suam instantiam ut di
cit in l. terminato 3a C. de fructibus et litium expensis, quare
non improbabiliter dici potest totum illum versiculum et Judex
usque ad finem legis adiectum fuisse a Triboniano cum enim e
ius tempore usus dandi Judices abolitus fuisset l. unico C.
de formulis sublatis, indeque sententia Ulpiani in Judicibus datis su
perflua maneret et eam Juri novo accomodaret ex principio
quod loquitur de Judicibus datis qui desinebant esse Judices
dicta sententia, intulit ad Judices sui temporis, in quibus nec proprie
nec vere dici potest Judices esse desinere, ~~vel quod~~ sed quoad
antenus videlicet ne possit judicatum emendare. stilus etiam
qui non aborret a Triboniano presertim in illa repetitione, se
mel enim male, seu bene officio functus est cum maneret in
prin: dictum, desinere esse Judicem. Unde tamen non culpandus
Tribonianus quod facere solent alii interpretes, sed potius lau
dandus propter solertiam qua fragmenta Juris veteris et aboliti
27 ad usum reduxit paucis demptis, vel additis.

ingens quest. est apud Juris interpretes an quod pretor non posset per se
de negotiis privatis cognoscere, sed Judices daret, referendus sit ad
factum, et impedimentum occupationum, an vero ad Juris prohibitionem.
~~27~~ cuius questionis enucleationem pretermittere non duxi, quia ex illius resolu
tione non nulli Juris loci alias difficiles intelliguntur. in hac re diver
sas invenio sententias, multi sunt qui denegant privatarum rerum
cognitionem pretoribus, quorum aliquos et fundamenta accipe: Cujacius
l. in privatis 77 ff. de Judiciis, et in l. solet ff. de Jurisdictione
Covarruvias in reg. possessor 2a parte § 6° n 5° Petrus Gregorius lib.
47 Syntag. c° 22 n 2. Budeus in annotationibus posterioribus
ad pandectas ad l. numerum 18 §° Judicandi 1° ff. de mune
ribus et honoribus Scipio gentilis de Jurisdict. lib. 2° c° 21 Bris
nius lib. 5° de formulis fol 464. Philippus Broideus in supple
mento ad Toletum lib. 5° historie fori Romani. Guido Panciro
la in thesauro variar. lect lib. 1° c° 33 Goveanus ad l. 13 ff.

de Jurisd. Menochi. lib. 1° de arbitr. quest. 2an 4°. A. fab. lib. 4° coniectur. c° 7° et lib. 12. c° 17. Don franc.cus de Amaya in l. 2°. C. de s.e ghis. a n. 33. Magna apud istos interpretes fuit ro, se cunusq.e fundamentu, quod pretor plurimis et grauioribus et pu blicis negotiis impeditus, priuatis et leuioribus uacare n poterat: Unde necessario dabat Judices, qui de illis cognoscerent l. pla cet 2°. C. de pedaneis Judicibus ibi: de his causis in quibus ipsi n possent cognoscere ante hac pedaneos Judices dabant ubi ro n possent referendu est ad Jus et morem n ad factu: cum presides de priuatis causis n possent cognoscere, Jure et more in republica Romana introducto l. cum pretor 12. et § 1°. D. de Judiciis ibi: item hi quibus id more concessu e propter uim impe rii, sicut prefectus urbi, caeteriq.e Rome magistratus, nam si ad facta occupationu, multitudinemq.e causaru referrent, inconsona redderet illa constitutio, cum propter uim imperii, n, uero propter occupationes, pretores, aliosq. Rome magistratus Judi ces dedisse constituat.

Deinde suam opinione firmat uulg. formula in cogne pretoria passim in Jure obuia: Judices dabo Judicium dabo: q. q. ipse pretor de priuatis Judicare n poterat. Confirmant ex Cicerone lib. 1° epistolaru epist. 2° et lib. 2° de inuentio ne ubi Lambinus, ex quo colligit pretores n solere Judicare de causis priuatoru. Ulterius, q. solumodo de certis et determi natis causis priuatoru cognoscebant pretores extra ordine, quas longe, lateq. recensent. Brisonius lib. 8° de formulis. Cuyacius ad l. 6. ff. D. de Jurisd. Cornel. lib. 17° Coment. c° 22. ubi os uald. Ant. fab. d.o lib. 4° Coniecturaru c° 7°, ad quas preto rias cognes pertinet titulus D. de uariis et extraord. cognitionibus ad caeteras autem causas priuatas dabant Judices: igr Jus cons titutu in populo Romano erat, ut pretores de priuatis negotiis cognoscere n possent, sed Judices darent. Tandem q. putauerunt pretores indignum maiestate sua priuatas et uulgares cau sas tractare, solumq. uacabant maioribus ad rempublicam q. spec tantibus d.a l. cum pretor 12. § 1° ibi propter uim imperii D. de Judiciis. Hec sunt precipua fundamenta quibus nituntur inter pretes 28

Contrarium penitus sententiam sequuti fuerunt Joannes Cor-
tius ad titulum de Jurisdict. in rubricam n. 4° et 6° Don-
lus libro 17° Comentariorum c. 21. et ipsi osualdus ua-
lit A. Baro Carondas. Robertus et alii ab eodem osualdo relati, scipio
gentilis sibi contrarius lib. 1° de Jurisd. c. 4. franciscus Poletus lib. 3 his-
toriæ fori Romani c. 1° Reuard. lib. 1° de pręJuditiis c. 6° quorum sententiæ
libens subscribo, censeoque pretores deprecatis quibuscumque causis, quas
do uellet, posse perse cognoscere, quin ad dandas super eis Judices
astringeretur. Primo 1° ex l. titia 35 §° 1° ff. de auro et arg. legato
in qua Paulus tractat de lite contestata coram pretore, super le-
gati petitione, in cuius causa sententiam ipsum pretorem non ambigue
constat protulisse, ibi: pretor ita pronuntiauit et ibi recte pro-
nuntiasse uideri 2° hanc etiam sententiam elicere possumus ex
l. 1°. §° 1° ff. depositi, et ex Pomponio in l. si stipulatus §° 1° ff.
de solutionibus ibi: optimum quidem esse si pretor aditus Jussis-
set me parti heredis eam lancem reddere. nam cum defunctus lan-
cem deposuisset, qui plures reliquerat heredes, eorum pars de-
positarium pro lance interpellabat. Respondit quod licet, securissime de-
positarium agere si Jussu pretoris lancem reddat, quod et in fine
responsi repetit ibi: optimum autem est id per magistratum agere,
en depositi causas coram pretore diffinitas, quæ nec numero cons-
nec extraordinariarum cognitionum ad pretorem specialiter pertinen-
30 tium.
3° hoc firmat ornamentum Juliani responsum in l. quidam ff.
ff. de rebus creditis: ibi: sed in utraque causa ius aliud facturus
uidetur pretor si actores compulerit ad accipiendum id quod offe-
ratur, cum ad officium eius pertineat lites diminuere 4° fauet his
partibus Ulp. in l. metus 9° §° sed quod pretor 3° ff. quod met. causa
in quo cum Campani metum quidam intulissent, per cumque co-
stitutionis extorsissent cautionem, rescriptum fuit ab impera-
tore: posse eum (uerba Ulpiani sunt) a pretore in integrum res-
titutionem postulare et pretorem me audiente interlocutum esse
in quo text. proponitur causa restitutionis in integrum apud pre-
torem decisa, nec suspiceris in hoc text. loqui de pretore pe-
regrino, qui inter peregrinos, uel inter Romanos et peregrinos
reddebat Jus ex l. 2. §° et post aliquod ff. de orig. Jur. late

calvinus de magistratibus populi Romani in pretore peregrino 129
qui pretor de privatis causis proculdubio iudicabat, et sic
causam inter campanos et alios Romanus, vel peregrinus dicens
sed fuisse: quia campani, municipes erant populi Romani, ut
insinuat Livius lib. 8º ibi Equitibus Campanis honoris causa
civitas, sine suffragiis data et sic campanias inter munici
pia referunt Dionis. Gotofred. in d.º §º sed quod pretor. Onu
frius Panuinus in imperio Romano folio 103. Nec ma
gistratibus municipalibus restitutio in integrum permissa erat,
l. eaque 26 ff. ad municipales, que consideratio sola suffice
ret pro nostra interpretatione, quatenus accipimus d. l. metum quia
§º sed quod pretor ff. quod metus causa de pretore Urbano. Pre
cipue si animaduertas tempore Ulpiani iam Antoninum pro
mulgasse piissimam constitutionem de qua in l. in orbe Roma
no ff. de statu hominum per quam cuncti imperio Romano sub
diti, cives Romani effecti sunt. Unde non dubito quin municipales
cives coram pretore urbano, veluti populi Romani cives, pluries suas
causas elacta[...]erint ut probant late Cuyacius lib. 1º Pauli ad
edictum in l. ubicumque 105 ff. de R. I. Ius fab. et Revard. in eadem,
l. Panuinus ubi supra folio 192 et quamvis in integrum restitutio
num cause ad pretoriam cognitionem extraordinariam pertinere videantur
l. 3a ff. de in integrum restitutione l. quod si minor § fin. ff. de
minoribus tamen id procedit in causis restitutionum ratione etatis
minorum quas ex officio suo cognoscere necessario pretor debebat, cuius
pretoris protectioni minores, eorumque res in Jure civili commisse fue
rint ut probat elegante Brisonius de formulis lib. 5º fol. 442 Cu
ren. in Coment ad tit. de sufdit. c. 3º. Aliud vero est in restitutio
nibus ex aliis causis, que cum in officio pretorie Jurisdictionis cohe
rerent l. 1a §º de quo re ff. de postulando, mandari poterant
et Judices super illis dare poterat pretor argumento l. 1a §º 4º ff. de
suspectis tutor. l. 1a ff. de Jurisd. l. fin. C. ubi et apud quem. Ex
plicant A. fab. lib. 4º Coniect. c. 7º. Cuyacius in l. 3a ff. de in
integrum restit.

Ex his omnibus deducit pretorem causas privatas diffinivisse
et cognovisse, ig. et fecisse constat in primis in Roma et in il 31
lius magistratus exordio l. Paulus 42. ff. de re iud. l. Barbar.
Philipp. ff. de officio pretoris: si hoc ita verum est nec constitutione

legel, sicud, aliud quidue legis potestate hens contrarie opinionis authores proferunt qbus hec potestas pretori abrogata fuisset, quare potestates cognoscendi de causis privatis pretori denegabimus? arguto text. in L. nec non 28 §° iudeius ℓ. ex quibus causis maiores cum vulgatis. His addo rem extra omnes controversiam esse presidibus provinciarum liberum fuisse, aut privatas causas ipsos diffinire, aut ipsis Judices dare L. lege 8ª ad L. sequent ℓ. de offo presidis L. si quis 7° ℓ. de Relig. et sumpt. fun. L. 9. cum suis §§. ℓ. de offo procons. L. in tantum 51 §° sed Arti culeiano 7° ℓ. de fideicomis. libert. et tamen nullus dubitare debebit presides per maxime occupationibus impeditos gravionibus quam pretores, q. a isti aliorum magistratuum opera in urbe coadiuvabant: ig. ita pariter et pretores licet occupationibus pregravati liberum arbitrium haberunt, aut Judicandi per se ipsos causas privatas, aut super illis Judices dandi.

32 Restat ut satisfaciamus fundamentis contrarie opinionis et ut respondeamus 1°. fundamento deducto ex L. placet 2°. ℓ. de pedaneis Judicibus, quae in causa pre maxime fuit ut adversarii in eam coniurarent sententiam. Sciendum e pretores ac presides (de quibus loquitur text. in d. L. 2°.) eque pede ambulasse quoad facultatem cognoscendi de causis privatis, ita ut illas cognoscere possent, si sic eorum voluntas ferret ut in superioribus comendatum remanet. Unde et procedit argutum de presidibus ad pretores ex communi Doctorum consensu. Quo supposito Alciat. lib. 2°. paradoxorum c. 2°. Cornel. lib. 17°. Coment. c. 22 relati a Barbosa in L. cum pretor 12 §. 1°. ℓ. de Judic. n. 334 verba illa: placet nobis presides de his causis in quibus quod ipsi n. possent cognoscere, ante hac pedaneos Judices dabant notionis sue examen adhibere, ita intelligunt n. quod presides n. potuerint cognoscere, sed q. quoties ipsi presides excusabant, id suo rescripto in posterum n. ferendum esse imperatores rescribunt: nec alie excusandos esse ab huiusmodi cognitionibus, quam si: vel propter occupationes publicas, vel propter causarum multitudines, omnia huiusmodi negotia n. potuerint cognoscere, quasi imperatores rescribant n. sufficere presidibus dicere n. posse privatas causas cognoscere, nec eo pretext. se excusare ab his Judiciis, sed tunc

id eis licere, quando occupationibus publicis impediti, aut ex multitu
dine causarum Juditium reddere omnino nequiverint, quorum exposi
tio non mihi displicet, quantumvis contrarium censerint Scipio Gen
tilis lib. 2o. de Jurisd. c.o 21 Osuald. ad Donell. d.to c.o 22 quorum
fundamentis satisfacere, non necesse ingens nobis labor esset, sed
tamen quia alio nostrum Juditium tendit, magis quod quaerimus verbis et con
texturae Legis aptare ultra procedimus.

Omissa igitur expositione Duareni lib. 6o. declarationum c.o 82 et 33
alia qual Osuald. ad Donell. lib. 17o. Coment. c.o 22 ut genuina
luce interpretemur Imperatores in d.ta l. 2a C. de pedaneis Judicibus
pregnotandum est quod licet praesides quascumque causas potuissent
cognoscere si sic eorum voluntas ferret ut supra praevidimus, qui
bus addo Isaac Casaubonum in Spartiano ad Adrianum pag. 2.
n. 13 excipiebat tamen duplex causarum genus, quod sua au
thoritate disquirere et diffinire nequibant. Unum maxima
rum erat, alterum minimarum, seu humilium. 1um genus aperte
exprimit in l. 2a de operibus publicis in C. Theodosiano verba
sunt de rebus autem praecipuis, maximisque non de quibuscumque vi
lissimis nostrum debent interpellare consilium. l. 1a de relationi
bus in eodem C. et sic aliquae speciales causae referunt. l. opus
3a. l. de operibus 6a. D. de operibus publicis l. solent 6o. §o 1o. D.
de off. proconsulis l. interpenas 6o. §o 2o. l. relegatorum 7a. §o 1o.
D. de interd. et releg. l. 1a §o deportatos 3o. D. de Leg. 3o. obser
vant Cesar Baronius 1o tomo Analium anno Dni 34 fol. 211
Barnabas Brisson. lib. 3o. de formulis fol. 342 istae autem cau
sae non comprehenduntur intra l. placet 2a. nam causae illae erant
de quibus praesides pedaneos Judices dabant, istae autem tanti e
rant momenti ut propter earum gravitatem, nec ipsi praesides de
cernere poterant, sed Principi rescribebant. Quomodo quod pote
rant pedaneos Judices dare in causis ad sacrum oraculum
pertinentibus ut aliud agens pro optime argumentatur Ant. Forne
rius in observationibus ad Digestum vetus in l. nunquam D.
de Judiciis.

Alterum autem humiliorum causarum genus suos certos Judi 34
ces huit, nam postea quam ille populus Romanus excrevit in or
bem, ut nec magistratus ordinarius litibus Judiciis quae suffice
ret, non nulla inventa remedia, quibus tantis litigiorum molibus
succurreret, inter alia causae levissimae certis Judicibus designatae

fuerunt ut testatur relinquit Suetom in Aug. c. 32 in his
uerbis: ad tres Judicum decurias, quartas addixit ex inferio
ri sensu que ducenarioru uocarentur Judicaretq. de leuiori
bus summis. Alex. ab Alex. lib. 5° dier. geniall. c. 2°. ubi Tiraquel. explicat sic intelligend. e Justin. in l. fin. C. quando pro
uocare n e necesse ibi: Judicibus scilicet, siue florentissimus proce
ribus sacri nri Palatii, siue his quibus pro minore litium estimatio
ne consultationes delegant, et aliq plurime ll. que de cogne Ju
diciali causaru minoris quantitatis agunt, l. si idem ll l.
cum quedam puella 19 § 1° ff. de Jurisd. l. 1°. C. de defensori
bus ciuitatis, authentico de Judicibus § audient §. isti e Judices
qui humiliores causas cognoscebant pedanei erant. Robertus
in l. fin. C. de ped. Jud. et in authentico de Judicibus Latelo
vrasius in dta l. 2°. C. de pedaneis Judicibus et lib. 6° Miscella
nearu c. 2° n 3°. Pus Gregorius lib. 4 sintag. c. 2° lib. 9°
atq sane equo Jure constitutu erat presides maioresq magi
stratus n posse humiliores causas cognoscere, ne impediti ~~...~~
~~...~~ utilitate causaru auocarent a ~~...~~ grauioribus nego
tiis arguto legis precipimus 32 l. in off. undis 37 C. de appellonibus d. l.
fin. C. de pedaneis Judicibus d. l. 2° C. Theodosiano de operibus publicis
35 Corrasius in dta l. 2°. n 4°.

Hinc prouenit certa nre legis interpreto et lux, quod cum Rome
humilioru causaru cognes maioribus magistratibus prohibite fuis
sent idem intelligere debemus prohibitas presidibus et q eandem preside
obtinebant potestatem, quam Romani magistratus l. si in aliam 7°
§° fin. ff. de off. proconsulis l. ex omnibus 10 ff. de off. presidis l. 1°,
§° 4°. ff. de suspectis tutoribus, et q nisi uehementer fallor expressa e
dta l. si idem ll ff. de Jurisdict. attenta eius inscriptione ibi: Gaius
lib. 1° ad edictum prouinciale ubi querit quod si quis agat cum eo
dem pluribus actionibus, quaru singule intra Jurisdictionem Judican
tis sint congeste autem excedant, an ille Judex ad cognem omniu
competens sit, et Jureconsultus competentem esse resoluit ex sabini
Cassii, Proculiq senta; q q erat prouinciale edictu, quod pecunia
rias causas usq ad certam quantitatem terminabat, nisi quod pe
daneoru Judicu ea erat cogno in prouinciis. Videnda e nouella 82
de Judicibus Paulus lib. 5° sentaru tit. 28 cum q hec ita se
haberent ut inferioribus Judicibus, ueluti pedaneis tam Rome, quam
in prouinciis magistratibus prouincialibus l. in o conuenientes 28
ff. ad municipalem inferiores summe deputarent, seu leuium

causarum cognes, recte impp. Diocles. et Maxim. in d.ta l. 2.a quo ad prouintiarum presides id reuocarunt, imposueruntq. eis huiusmodi causarum cognes, id enim e quod dicit in d.ta l. 2. notionis sue examen adhibere causis quas antea cognoscere n poterant, immo ad eas Judices pedaneos dabant. Vnde ipsi Cesares in eadem Lege tacitam subiciunt responsionem difficultati, que oriri poterat ex noua placiti constitutione, nam si maiores et humiliores cunctas causas presides cognoscere debeant sequeretur necesario, aut litibus obruendos esse, aut longissimas moras sententiis inferendam esse, quod utrumq. grauissimum semper fert. ipsi ergo imperatores difficultati occurrunt in illis uerbis: ut si, uel propter occupationes, uel propter causarum multitudines omnia huius modi negotia n potuerint cognoscere Judices dandi habeant potestatem que quidem responsio precuptis mirifice conuenit, et dicte constitutionis principio secundum meam interpretationem. 36

Aliud etiam fortissimum fundamentum me interpretationi offert text. in l. fin. C. eodem tit. de pedaneis Judicibus cuius author e Julian. Imp. qui multos post annos in imperio successit Diocletiano et Maximiano, his quo Cesar cum iniquam predictam Diocl. et Max. constitutiones Judicaret his uerbis contrarias constitutiones prescripsit, quedam sunt negotia in quibus superfluum e moderatorem spectare prouintie, ideoq. pedaneos Judices, hoc e qui negotia humiliora disceptent constituendi damus presidibus potestates, quo enim noua ista potestas se potest referre uerbis ita expressis ad Cesarum constitutionem, nisi ut abrogaret constitutiones Diocletiani et Max. in d.ta l. placet 2.da propter quod merito sub eodem tit. C. de pedaneis Judicibus ante constitutiones collocate sunt et derogatoria ut moris Triboniani fuit in fine tituli posita ~~multa enim~~ cuncta enim que in media Jurisprudentia inuenimus et constituta ab imperatoribus cognoscimus humilium causarum cognitiones presidibus denegant, preter dictam l. 2.am que pedaneorum Judicum cognes ipsis presidibus imponit. Juliani ergo nouior constitutio n alio, nisi ad d.tam l. 2.am uerti potest. et si ipsius Diocletiani, qui precipuus fuit in imperio (nam Maximianus abeo in imperio

adsociatus fuit) opinionem et judicium consideremus, convenit merito ipsi Diocletiano constitutio d. L. 2. ille enim imperator dicere solebat nihil esse difficilius, quam bene imperare et judicare ut tradit Flavius Vobiscus in Divo Aureliano, quare cum parum confideret de judicibus inferioribus, ideo omnium causarum etiam humiliorum cognitionem praesidibus iniunxit, quod cum Julianus in d. L. fin. abrogasset, postea Justinian. usque ad trecentos aureos humiles causas remisit, et quae illam quantitatem excederent praesidibus provinciarum reservavit in authentico de defensoribus civitatis c. 3. v. et judicare. Unde concludimus d. L. 2. recte intellectam, nihil praetoriam cognitionem privatarum causarum denegantibus, auxiliari.*

*caetera contrariae sententiae fundamenta solum probant praetorem in causis privatis judicare debere, non vero per se non posse, si vellet judicare argumento legis 40 D. de judiciis

37 Jam nos vocat celebris illa juris quaest. utrum scilicet vicarius generalis episcopi delegatam, an vero ordinariam habeat jurisdictionem. In qua quaestione ordinariam jurisdictionem vicario generali episcopi tribuerunt. Covarruvias practicarum quaest. c. 4. n. 8. et lib. 3. var. c. 20 n. 4. Vantius de nullitatibus tit. de nullitate ex defectu jurisdictionis delegatae n. 28. Paulinus de potestate capituli sede vacante 2. p. quaest. 2a n. 2. et 3. Lelius Cicus de republica ecclesiastica c. 23 de vicario episcopi § 2. n. 1. Gutierrez Canonicar. quaest. Lib. 2. c. 17. n. 17. et de matrimonio c. 69 n. 7. Morla in emporio p. 1. tit. 2. de jurisd. omnium judicum in praeludiis n. 86. Azor instit. moralium p. 2. lib. 3. c. 43 quaest. 5a. Sbrosius de off. Vicarii lib. 2. quaest. 55 Thomas Sanchez de matrim. lib. 3. disp. 29 n. 3. et alii quam plures quos refert et sequitur Barbosa de potestate episcopi 3a p. allegatione 54 n. 26. Verum cum homines sint faciles ad dissentiendum, improbandumque quod alteri placet L. item si unus § principaliter D. de receptis arbitris, quod ut pluribus commendat Cassaneus in Catalogo gloriae mundi p. 11 consideratione 24 v. et ut reassumam, Petrus Crinitus de honesta disciplina Lib. 4. c. 14, Cevallos communium contra communes in praefatione thomi 4. n. 1. et 2. Summus rerum omnium opifex Deus in paenam contumaciae primi parentis nimium satagentis et sic recipientis, posteros disputationibus et variis opinamentis ingessit. Non defuerunt alii interpretes, qui acriter defenderint

uicarius gnles episcopi, n ordinariam, sed delegatam hrē jurisdictionem, ex quorum numero sunt Alciatus in rubr. de offo ordinarii n. 24 Anastasius Germonius lib. 1° animaduersionum c. 6° pertotum, et de indultis Cardinalium & tit. g.ᵃ inspect. n 43 et 85, Josephus Gonzales Variarum questionum c° 27 pertotum et alii quos refert Barbos. ubi proxime, imo et m̄e Scholę litteratissimi Præceptores interse super hac questione digladiantur, int quos tantos q. uiros, et sacrę Jurisprudentię heroes n ausim (timeo saltim) meum interponere Juditium, quid enim ego apud tantos magistros possim, uel auxilii conferre, uel inferre ueritatis lucis.

Sed tamen ut geram quod sumpsimus offi morem, placet receptior, nec minus uera opinio asserentium Vicarium gnlem episcopi Judicem ordinarium esse. Hęc sententia elicitur 1° ex text. in cap. 2° de offo uicarii in 6° ibi: per comissionem offi gnlis sibi factam causarum cognitionem transferat, c° cum nullus 8° de temporibus ordinationum [illegible] ibi cum ad hoc sepius offm n extendat. Ex quibus constat Vicarium gnlem offum obtinere, eiusq. rone Jurisdictionem ipsi competere, quod ea consideratione demonstrat, nam in relatis Juribus summi Pontifices extentionem Jurisdictionis Vicarii gnlis mationem ex offi extensione ig. q vicarius gnlis Jurisdictionem, quam hēt rone offi hēt, at Jurisdictio, quę competit rone alicuius offi ordinaria, n delegata censetur: g. Jurisdictio Vicarii gnlis ordinaria ē. 38

Huic considerationi responderi solet in relatis Juribus n afirmari Jurisdictionem transferri in Vicarium rone offi, cui annexa sit Jurisdictio, sed potius rone commissionis offi. Unde comissio ista continuo spetiali mandato, quasi et ipsa comissio mandatum Jurisdictionis contineat. Indeq. etiam in d.° c. cum nullus merito decernit Vicarius gnlis appellatis, qui ordinarii sunt. Caterum hec solutio relatę ronis uim minime elidit. Nam licet Vicarius hēat Jurisdictionem occasione commissionis offi, id ē nominationis sue persone ad offum uicariatus obtinendum, Jurisdictionem tamen rone offi cui erat ant annexa obtinet. Quod ex eo patet, q. comisso offo, id ē nominato, atq. creato vicario, Jurisdictionem hēt ut aduersarii tenent: ig. r anteo comissionem offi, id ē ante designationem persone aduicariatus offum obtinendum, supponebat offm s l. gnli, uel speciali creatum 39

Alias, quomodo committeret officium, sicuti commissionem non supponit officium creatum: ergo huic officio ante annexa erat iurisdictio, quae ratione officii, ad quod obtinendum vicarius nominatus fuit, Vicario competebat. Confirmatur exemplo magistratuum, et aliorum ordinariorum, qui, ideo dicuntur iurisdictionem ratione officii habere, quia antequam ipsi designentur ad tale officium obtinendum, magistratumque nominentur, supponitur officium, ad quod obtinendum designantur, cui officio iurisdictio ante annectitur: ita pariter Vicarius generalis ratione officii dicitur iurisdictionem habere quia antequam nominetur ab episcopo ad officium vicariatus obtinendum supponitur officium vicariatus cui iurisdictio annexa est.
40 Probatur haec ultima conclusio, nam contrariae opinionis Doctores negare non possunt, quin vicariatus sit officium solum lege speciali creatum toto tit. de officio Vicarii in 6°. Nam vicariatus, officium appellatur a summis Pontificibus. Ut vidimus sed episcopus officium creare non potest, quia hoc solum est Principis supremi c. a iudicibus 2a quaest. 6a. l. 1a C. ad l. Iuliam Ambitus l. 5a C. de diversis rescriptis iunctis traditis in superioribus ergo hoc officium debet esse creatum ab aliqua lege speciali: et in creatione istius officii debemus supponere datam iurisdictionem, et iurisdicendi potestatem, cum illa ratione creatum sit officium vicariatus, ut per vicarium episcopus tanquam per officialem suum, et socium ius diceret, ne negotiis forensibus impeditus, verbo et ministerio Dei circa ~~omnes~~ oves sibi commissas vacare non posset cap. cum episcopus 7° de officio ordinarii in 6° c. in nova 16. quaest. 7a. ibi: Pontificibus socium est. quare si huic officio in illius creatione iurisdictio non esset data, atque ipsi annexa, illusoria potius esset creatio huiusmodi officii. et regulare est quod aliquo concesso et censetur concessum id sine quo expediri, et exequi non potest articulo sept. in c. 1° hoc tit. c. 9 de vita et honestate clericorum l. 2a C. de iurisdict. cum aliis: ergo officio inhaerebat iurisdictio, et haec vicario ratione praedicti officii vicariatus competit. Nec quod dictum est c. 1° specialis commissio contradistinguatur a commissione officii, arguit commissionem officii continere mandatum iurisdictionis, nam cum in principio retulerit Pontifex aliquos actus iurisdictionis, qui non continentur in iurisdictione officio vicariatus annexa, ideo subicit opus esse speciali commissione ut hos actus exercere possit vicarius, quia iurisdictio quae est annexa officio vicariatus, et illius creationi illos non comprehendit, ideo quia cum vicarius

Jurisdictionem rone offi habeat, non possunt prefati Jurisdictionis alterius competere, nisi specialiter ab episcopo committantur. Et demum falsum est dicere in d. c. cum nullus contradistingui Vicarios generales officiales tanquam Judices ordinarios.

2° Jurisdictio ordinaria Vicarii generalis alterius exeo quod vicarii, seu vices gerentes alicuius Judicis ordinarii seu magistratus, ordinarii Judices sunt ut ex Bartolo, Alciato, Molina, Lancel, Azevedo et aliis docet Barbosa de potest. episcopi 3.a p. allegatione 54 n.27. quo fundamento Vicarios corregidores in regno Castellae, vulgo tienentes, o Alcaldes ordinarios Judices facit, idem Barbosa ubi proxime. Nam isti vicarii, licet interveniente nominatione corregidorum, episcoporum, seu aliorum magistratuum constituantur ab ipsis, tamen Principe, seu Lege authoritatem ad id tribuente constituti censentur ex regula legis 2.ª V.° omnia enim C. de Veteri jure enucleando. Unde ordinariam habent Jurisdictionem tollit. C. de offi eius qui vices alterius, hi enim non in Jurisdictione, sed in offo cognoscunt suffecti, et substituti L. 1.a §° post hunc in fin. ff. de orig. Jur. L. 1.a ff. de tutoribus et curatoribus datis ibi: ius proconsulatus L. 1.a C. de offo vicarii ubi vicario competit Jurisdictio rone dignitatis et offi vicariatus per Lege ordinaria licet vices alterius gerat, q.a ut in d. L. 1.a asserit vicarius Judicat here portione prefecturae, facit illud Cassiodori lib. 6.° var. c.a 15 ibi tuante vicarius dicaris et tua privilegia non relinquis quando propria est Jurisdictio quae datur a Principe, habes enim cum prefectis aliquam portionem. Notat Panzirola in notitia imperii orientalis c.a 122, atqui vicarius generalis in offo substituitur offo tribuente facultatem a episcopo concessa creandi et constituendi vicarios de offo vicarii in 6.° a quo text. inci cum episcopus 7.° de offo ordinarii in 6.° in de q. non mandatarius et delegatus, sed socius episcopi dicitur in c. in nova 6. quest. 7.a ergo vicarius generalis Jurisdictionem ordinariam ut pote rone offi vicariatus competentem habet. ~~... ...~~ 41

Nec distinctio inter vicarios natos et vicarios creatos atque constitutos ut illi Judices ordinarii sint; isti vero delegati: qua distinctione utuntur adulterii ut occurrant textui in d. L. 1.a C. de offo vicarii, negotium facit. nam text. in d. L. 1.a C. de offo vicarii non potest exaudiri de vicario nato, quippe ut ipsi tenent, docet q. Barbosa ubi proxime n. 15 vicarii nati sunt illi qui eo ipso q.d dignitatem obtinent distinctam alioq. nomine nuncupatam fiunt ipso Jure vicarii q.a L. tali dignitati vicariatus iniungit ut patet in Archidiacono, et Archipresbitero, qui summa cum rone 42

dicunt vicarii nati episcopi c. ut singula de officio Archipresbiteri c. 1° de officio Archidiaconi, quod statim ac obtinent Archidiaconatum, et Archipresbiteratum, quasi nascunt vicarii episcopi, quia lex Canonica vicariatum his dignitatibus iniunxit: idem philosophari potest in legatis natis Summi Pontificis: at vicarius de quo in dicta l. 2a non erat iniunctus a lege alteri dignitati distinctae, et alio nomine nuncupatae, sed vicarii creabant et constituebant, neque aliam dignitatem obtinebant cui esset annexus vicariatus ut probat dicta l. 1a et docet Ubertus Benevenutus in paraphrasi aillud fit. quapropter vicarii creati et constituti erant, atqui nihilominus ordinariam habebat iurisdictionem: ergo idem similiter vicarius generalis, qui a lege creatur, quantumvis ab episcopo nominetur,
43 ut supra diximus, et infra latius erit ordinarius iudex.

4° pro iurisdictione ordinaria vicarii generalis facit text. in c. 1° de officio vicarii in 6° ex quo eruitur vicarius generalis posse iurisdictionem suam alteri delegare: atqui hoc proprium est iudicum ordinariorum l. more 5 ff. de iurisdictione cum aliis: ergo vicarius generalis iudex ordinarius est. Petrus Barbosa in l. cum praetor 12 n 64 ff. de iudiciis. R. vicarius licet iudex delegatus sit, habere aliquos effectus iurisdictionis ordinariae, ac proinde potestatem delegandi suam iurisdictionem, quod exemplo delegati a Principe confirmat, iste namque licet iudex delegatus sit potest tamen aliis suam iurisdictionem mandare c. super quaestionum 27 c. si pro debilitate, c. fin. Boetius cum aliis infra referendis. Deinde, etiam delegati ad universitatem causarum aliis iurisdictionem mandare possunt, ergo potestas delegandi iurisdictionem, non concluddit vicarium esse ordinarium iudicem. Verum haec solutio prorsus iuris firmitate destituta est, nam potestas mandandi iurisdictionem, ita propria est iudicum ordinariorum ut nisi speciali privilegio concedatur iudicibus delegatis illam non habendo ut patet in delegatis Principis, qui
Iurisdictionem speciali privilegio et praerogativa delegandi potestatem habent supra ordinarios iudices, at hoc privilegium non est admittendum, nisi expresse reperiatur concessum argumento legis si quando C. de inofficioso testamento cum aliis: vicarius autem generalis, non est principis delegatus cui solum relatum privilegium concessum invenimus, ac per consequens facultas mandandi iurisdictionem, quae vicario in dicto c. 1° tribuit 2um iuris regulas ex iurisdictione ordinaria quam habet, ipsi competere dicendum est, neque quod de delegatis ad universitatem causa-

iis adducebat subsistens, non in rigurosa Juris disputatione certius delegatum ad Universitatem causarum non posse derigare d. l. more S.ᵃ ff. de Jurisdictione licet in praxi aliud obtinuerit Lelius Mansinus sacri Juris controversi lib. 1.º dissertatione 2.ª c. 3.º Aliis respondere solet argumento deducto ex d.º c. 1.º de off. Vicarii in 6.º asserendo ex illo text. non probari vicarium generalem posse Jurisdictionem suam alteri delegare, nam text. loquitur de substituto vicarii generalis per episcopum ei dato, et non ab ipso vicario constituto, cui hoc facere non licet Aug. Barbos. in Collectanea ad illum textum n. 8. et hoc significant illa verba qui vices ipsius gerunt, id est ipsius obtinent locum, ipsius scilicet substituti. Unde vices ipsius dicuntur, id est suas non ratione offi., sed ipsius quoad exercitium, pro materiali et de facto, non vero pro forti, sicuti Judex datus Jus dicit pro materiali et de facto Juxta communem sententiam. Unde verba illa vices suas non arguunt Vicarium generalem propriam habere Jurisdictionem, nam substitutus vicarii dicitur vices suas gerere, non stricte, sed abusive, nam licet verbum suum stricte proprietatem denotet l. quintus Mucius § argento l. scribit 34 ff. de auro et argento legato, latius tamen usurpatum significat quidquid aliquo respectu convenit ad eum quod aliquo modo pertinet l. à Divo Pio 15 ~~de re jud.~~ § quod si res ff. de re jud. l. q. autem 6 etc. apud Labeonem ff. quae in fraudem creditorum, Junctis traditis a Brissonio de V. S. verbo suus, qua acceptione sua dicitur Jurisdictio, quam quis mandatam habet l. unica Juncta rubr. C. qui pro sua Jurisdictione.

Haec expositio licet non insubtiliter excogitata convincitur tamen ex lit. text. in d.º c. 1.º de off. vicarii quia ut ante nos jam notavit impense doctus magister meus dominus Eusebius Falcò in praxi, Innocentius 4ᵘˢ in d. c. 1.º non solum loquutus fuit de substituto vicarii ab Episcopo constituto, sed etiam de substituto, quem ipse vicarius Jurisdictionem delegando sibi constituit, ut suadent clare verba text. ibi eo tales excomunicato manente (scilicet Jurisdictionem tantum) recipiunt a se eadem non possunt obtinere vigorem. Ex quibus patet substitutum de quo in hac ultima parte text. accipere Jurisdictionem a vicario, qui illam ipsi delegavit. Nec doctrina Barbosae in collectanea ad ~~text~~ illum text. n. 8.º docentis vicarium generalem episcopi non posse sibi alium substituere, quidquam refragatur, nam exaudiendum est de substitutione in offo vicariatus, quod solum Episcopus facere po- 44

text. ut in superioribus cavet, non vero est intelligenda de substitutio
ne in jurisdictione, quia haec non impermittit vicario generali, sive iuris
do alicui cuilibet judici ordinario de more l. C. de jurisdict. Re
quaquerba, quae pro improprietate huius vocis suae expendunt, ni
hil obstant, nam non ex illis verbis arguendo efformemus, sed ex conte
xtura apposita in fine text. ex qua concludent elicit Vicarius gen
tes in specie illius text. media delegatione sibi constituisse substitu
45 tus ut vidimus

4° Jurisdictioni ordinariae vicarii generalis favet text. in c. cum episco
pus 7. de off. ordinarii in 6°. quatenus in eo disponit posse episcopus per se
vel per alium, id est per Vicarium generalem, in quolibet loco suae jurisdictionis et
territorii pro tribunali sedere, quod de juris dispositione vicario generali pro
tribunali sedere permittit, quia mandatariis et delegatis nullatenus li
46 cet, nam isti neque consistorium habent, nec tribunali praesunt l. ultima C.
ubi et apud quem cum ibi notatis, quod vicarius generalis sit judex ordinarius.

5°. Jurisdictionem ordinariam vicarii juvat text. in c. 2°. de off.
legati in 6°. Ubi Clemens 4us. constituit legatos Apostolicos jurisdictio
nem ordinariam habere, cuius decisionis ea est juris ratio, nam licet legati
Apostolici nominentur a Pontifice, tamen jurisdictionem obtinent ratio
ne offici legationis, cui est annexa jurisdictio c. 1°. c. 4°. c. novit 7°
de off. legati. Gutierrez Canonicarum c. 11 n 4°. Villadiego in tracta
tu de off. legati q. 1a. quaest. 16 n 12 Gonzales ad regulam 8am cance
llariae glossa 5a n. 37 Molina de just. et jur. tract. 6° disp. 9 n 3°. quia
ita pariter licet vicarius generalis ab episcopo nominetur, tamen cum ju
risdictionem habeat ratione offici vicariatus, cui jurisdictio annexa est ut
47 supra probavimus, jurisdictionem ordinariam habebit.

Sed adversarii cum Barbosa in l. cum praetor 12 n 64 C. de juris
ditis, text. in d. c. 2° de off. legati ita debere exaudiri ut scili
cet ex illo solum probetur legatos Apostolicos reputari judices ordina
rios, quoad aliquos effectus, esse tamen in rei veritate delegatos,
quod firmant ex eo, quod ad hoc ut quis dicatur habere jurisdictionem or
dinariam non sufficit ut illam habeat ratione offici absolute, sed ultra re
quirit ut illam habeat ratione offici perpetuo duraturi, quod non procedit in
legato Pontificis, quia officium legatorum non est perpetuum duraturum, imo
ad nutum removibile c. novit 7. c. fin. de off. legati, inde quia
legati non ratione offici perpetuo duraturi jurisdictionem obtinent. Con
firmari potest haec doctrina ex text. in c. ne aliquid 10 c. per
hoc 17. de haereticis in 6°. quibus juribus inquisitores contra hae
reticam pravitatem delegatos judices esse. Simancas de Chatoli

cis institutionibus tit. 34 n. 13, quantumuis dicant habere officium c. officium 11. de hereticis in 6.° quod non alia ratione procedit, nisi quia inquisitores non sunt praepositi officio perpetuo duraturo, sed officio ad nutum remouibili. et tamen hoc non obstante nullos effectus iurisdictionis ordinariae habent, quorum ille praecipuus est de quo agit in d.° c. ne aliqui de hereticis in 6.°, scilicet ut illorum iurisdictio non expiret per obitum Pontificis delegantis. Confert text. in l. sciendum 32 C. de ritu nupt. Vbi libertus iura ingenuitatis habet licet ingenuus non sit.

Haec expositio componi non potest cum relato c. 2.° de officio legati in 6.° ubi expresse asserit legatos summi Pontificis Iudices ordinarios esse, quod ut tenet glossa ibidem sine dubio permittendum est, namque aequiparantur proconsulibus prouinciarum, quos in prouincia sibi decreta iurisdictionem ordinariam habere constat l. 1.° C. de officio proconsulis. Deinde legati dicuntur ~~esse~~ iurisdictioni praeesse c. 1.° de officio legati in 6.°, quae loquutio ad iurisdictionem ordinariam concludit ut ex superioribus constat. Nec obstare potest consideratio Barbosae ubi proxime, siquidem iurisdictio legatorum Pontificis competit ratione officii perpetuo duraturi, quale est officium legationis quod non expirat ~~lega~~ per mortem Pontificis concedentis d.° c. 2.° de officio legati in 6.° nec ex eo quod Pontifex ad nutum possit ab officio legationis remouere legatum d.° c. noui et c. fin. C. de officio legatorum desinit officium legatorum esse perpetuo duraturum, nam reuocatio solummodo operatur ut officium legationis extinguat in hoc uel illo indiuiduo, quod non tangit durationem officii in se et in abstracto, sed in concreto, et prout residet in hoc uel illo legato constat namque per uariationem et mutationem personarum non extingui officium in se ut pluribus exemplis commendat idem in l. proponebat 76 C. de iudiciis, quam magis uidetur ipse legatus remouibilis ad nutum, quam officium legationis, quae omnia similiter procedunt in Vicario generali ut infra explicabitur. 48

His omnibus quibus asseruimus legatos sedis Apostolicae esse Iudices ordinarios proprio marte oppono satis ad multa difficilem text. in c. fin. §.° caeterum C. hoc non tit. ubi Gregorius 9.us constituit delegatos summi Pontificis, quibus a sede Apostolica commissum fuerit, praedicare crucem, excommunicare, uel absoluere aliquos, dispensare cum irregularibus, uel iniungere paenitentias non posse alteri huiusmodi negotia delegare, quia et si delegatus Principis regulariter possit alteri suam iurisdictionem redelegare, tamen in huiusmodi negotiis supradictis, non committitur ipsis iurisdictio, sed potius certum ministerium. ideoque concludit non posse 49

huiusmodi delegatos alteri hoc ministerium redelegare. Excipit tamen summus Pontifex ab hac dispositione legatos sedis Apostolicae in illis uerbis: *salua legatorum sedis Apostolicae authoritate*. Nunc sic exceptio de genere regulae esse debet: nam quod liquide est de genere legati cum aliis: sed sic est quod legati sedis Apostolicae excipiunt ab illa regula, qua in relato §º caeterum disponit delegatos Pontificis ad certa ministeria non posse aliis redelegare: igitur legati sedis Apostolicae delegati sunt. Alias non recte procederet exceptio: et ergo generaliter diximus in

50 superioribus legatos sedis Apostolicae iudices ordinarios esse.

Huic arguto respondere posse arbitror, non esse nouum in iure, non nulla negotia iudicibus alias ordinariis committi, et mandari, qui iudices in commisso negotio (si modo ad ipsorum iurisdictionem ordinariam non pertinebat) mandatarii censentur ut infra latius explicabimus, quod supponit text. in dicto c. fin. §º caeterum hoc nostro sit dum excipit legatos sedis Apostolicae a generali dispositione debet exaudiri de sedis Apostolicae legatis, quibus speciali delegatione committit summus Pontifex, ministeria de quibus in dicto text. quo casu non ordinarii, sed delegati, et mandatarii, quoad tale ministerium sunt. Quare recte eo genere regulae est exceptio legatorum. Hac quae expositione censeo interpretandum Gregorium Lopez in dicto §º caeterum. Dum meliora non occu

51 rrant

Veniunt nunc proponenda et dissoluenda argumenta, quibus labefactari uidetur iurisdictio ordinaria uicarii generalis, et 1º sic arguitur uicarius generalis non habet iurisdictionem ratione officii perpetuo duraturi, nam uicariatus per se non est officium, neque dignitas subsistens, et independens a persona uicarii, quia illius creatio tota dependet a uoluntate episcopi qui non necessitatur ad illius creationem ut per text. in c. 1º et 2º de officio uicarii in 6º. Docet Thomas Sanchez de matrim. lib. 8º disp. 27 n. 8. Confirmant congesta a Zoborzano de iure indiarum thomo 2º lib. 3º c. 8º n. 11. Cum apostol. Panormitan. in c. quoniam Abbas, 14 not. 1 n. 11 et Sanchez ubi proxime n. 8 et 10. Tenent uicariatum ~~nam~~ proprie et stricte non esse officium, dignitatemue, nec in eo succedit per subsequentem uicarium, sed aliunde de nouo assumi, quod uidetur comprobari arguto text. in c. generali de officio legati in 6º. Ex quo uidetur probari officium legationis in quo maior

52 relucet perpetuitas non esset proprie perpetuum, nec uacare, neque successores habere.

Respondeo officium uicariatus esse proprie officium, et dignitatem, et re uera in eo dari successionem per subsequentem uicarium ut patet in commissionibus dispensationum, quae fiunt habito respectu ad officium uicariatus, non uero ad personam, quae non expirant per mortem uicarii cum pleri

bus comendat Sanchez lib. 8.° de matrim. disp. 27. n. 9. et 10. Confirmari videtur argumento text. in c.° 2. de off. vicarii in 6.° ubi habetur, successores vicarii Antecessoris sui vices gerent quod non potest sustineri, nisi habito respectu ad officium vicariatus. Unde hoc officium quamvis a voluntate episcopi pendeat quoad nominationem non tamen quoad illa quae respiciunt officium in se. Nec est nova constitutio offi., nova vicarii nominatio, quia officium semper est unum et idem argumento text. in L. proponebat 76 ff. de judiciis, nec obstat quod deducit ex text. in c.° praeti de off. legati in 6.° quia ille text. procedit quoad speciales reservationes beneficiorum de quibus in d. c.° praeti non tamen quoad principium officii legationis ut satis deducitur ex contextura d. capitis.

Deinde quod officium vicariatus sit ad nutum Episcopi amovibile modo in superioribus explicato non concludit ad extinctionem offi., quia huius perpetuitas non est metienda ex persona, quae habet officium, quae pro arbitrio est amovibilis, et illius potestas precaria quoad exercitium dependens a nominatione episcopi ut patet in beneficiis manualibus et ad nutum amovibilibus, quae proprie beneficia sunt et obligant illa habentes pro tempore possessiones ad omnia illa ad quae obligant perpetua, at in eis vere committitur symonia, ratio fuit quod beneficium manuale ut sit proprie beneficium, et perpetuum consistens perpetuo, connexio illa perpetua non inter beneficium et beneficiarium, sed inter jus percipiendi reditus, et officium divinum, cum quo perpetuo connexum est ex regula text. in c.° fin. de rescriptis in 6.° Docet Lotterius de re beneficiaria lib. 1.° quaest. 2.° n. 14, etiam si persona beneficiarii amoveatur in hunc modum licet persona vicarii ipsius amoveatur a vicariatu, officium tamen semper permanet in se perpetuum licet officiales removibiles sint. 53

Caeterum haec quae in beneficiis manualibus consideravimus procedere non videntur in officio vicariatus, siquidem amoto beneficiario a beneficio manuali, remanet titulus perpetuus, cui quo connectatur perpetuitas beneficii; officium scilicet divinum d. c.° fin. de rescriptis in 6.° at amoto vicario ab officio vicariatus, non superest titulus perpetuus, cum quo connectatur perpetuitas offi., et ex quo perpetuitatem desumat, nam iste vel debet esse nominatio Episcopi, vel persona vicarii commissione sequuta. Constat vero utrumque esse amovibile et dependens ab Episcopi voluntate: ergo non potest assignari titulus perpetuus, in quo officium connectatur, et perpetuitatem ex illo desumat. 54

Respondetur amota persona vicarii ab officio vicariatus, remanere titulum perpetuum, cum quo connectitur perpetuo officium vicariatus 55

ex illo q. perpetuitatem desumi, qui tuus ē Jurisdictio, que ē a
ta a offo vicariatus in primeua sui creatione, Juxta id q. p
losophabamur supra, cum qua Jurisdictione perpetuo connec
offio vicariatus, petit q. perpetuo influere Jurisdictionem in pe
na vicarii secuta nominatione. Vnde licet persona uicarii
remoueat, nihilominus remanet offu vicariatus perpetuo conne
cum Jurisdictione, et ex se petens perpetuo influere Jurisdictio
in persona uicarii semper, et q.do sequat nominatio c. Romana de ap
pellationibus in 6°. Vnde a nominatione, Jurisdictionis exercitium, n. u
56 ipsa Jurisdictio dependet.
2° Jurisdictioni ordinariae Vicarii aduersari videt. na
Jurisdictio uicarii gntis per mortem episcopi finit. ra q. ipsius epi
nomine exercet c. Romana de appellationibus in 6°. glossa in clement.
ult. de procurat. uerbo contestata R. ex hac rone solum probari Ju
dictione uicarii gntis esse accessoria Jurisdictioni episcopi, atq
ta illam expirare Juxta regulam text. in c. accessorius de R. J. in 6.
aliis n. tamen probari esse delegatam, cum competat Vicario g
ne offi, ut supra probauimus, in quo sociatus dicit ipsi Episcopo
in noua 16 quest 7. hinc idem ē consistorium episcopi, et uicar
gntis, et n. procedit appello a uicario ad episcopum ne ad seipsu
videret appellare d. c. Romana de appellationibus in 6°. c. 2° de
consuetudine in 6°., sic etiam causa recusationis uicarii, coram
episcopo probanda ē c. 4° de offo et pot. jud. deleg. in 6°. Ex qu
text. nouit probo Jurisdictionem ordinariam uicarii gntis: nam ibi
tractat de suspitione et recusatione uicarii gntis episcopi, et
de recusatione delegati episcopi ex quo apparet contradi
tinqui in relato text. delegatum episcopi, et uicarium gntem: et
q. uicarius n. ē mandatarius, et delegatus offi; sed solius in
57 et Judex ordinarius.
3° obstare videt text. in c. 2°. de offo legati in 6°. ubi ideo d
nit Jurisdictionem legatorum sedis Apostolicae n. finiri per mortem Pont
ficis, q. legati Judices ordinarii sunt, ut constat ex d° text. ibi
dinarios reputantes proconsulibus alii q. presidibus comparat ibi
instar proconsulum, caeterorum q. presidum: ergo cum Jurisdictio Vicarii g
spiret per mortem episcopi, sequit hoc ideo esse, n. solum q. Jurisdictio
Vicarii ē dependens, et accessoria Jurisdictioni episcopi, sed q.
legata ē. R. in d° c. 2° de offo leg. in 6°. ideo n. expirare Juri
dictionem legatorum per mortem Pontificis committentis q. legati
ubi fictione Jurisdictionem ordinariam hent n. absolute, sed n.
dependentem, neq. accessoriam c. fin. de offo legati. legatus ...
ipso

Anselius diversum consistorium habet a Pontifice Vallensium paratilbis ad tit de off. legati § 6. ideo q. nihil mirum q. non extinguat Jurisdictio per mortem Pontificis, quia legatus proprium et independens consistorium habet, vicarii vero Jurisdictio, quantumvis ordinaria, ideo expirat per mortem episcopi, quia est dependens, et accessoria Jurisdictioni episcopi, [illegible] idem consistorium constituit d. c. Romana de appellationibus in 6°.

4° expendit text. in c. 1° de off. vicarii in 6° ubi disponitur q. ex comunicato officiali, illius substitutus exercere potest Jurisdictionem, quia haec non remanet suspensa, quando substitutus non habeat Jurisdictionem ab officiali, sed aliunde ideo quando Jurisdictio vices gerentis non dependet, neque habet ab eo cuius vices gerunt, sed aliunde a lege, vel a Principe per excomunicationem eius in cuius locum est facta substitutio, non remanet suspensa Jurisdictio substituti. Docet Ricciolus de Jure personarum extra Ecclesiae gremium lib. 4° c. 19; atqui episcopo excomunicato suspensa remanet Jurisdictio Vicarii generalis Ricciolus ubi supra cap. 17 n 11. Barbosa in collectanea ad text. in d. c. 1. de off. vicarii in 6° ergo ex eo q. vicarius generalis habet Jurisdictionem non a lege, sed beneficio et commissione Episcopi. Confirmat argumento Economi, vel coadiutoris Episcopi, quorum Jurisdictio per excomunicationem episcopi non remanet suspensa argumento text. in c. volumus 89 distinctione, quia illam habet a lege non vero ab episcopo ut ratiocinatur Ricciolus ubi supra: ergo Jurisdictio Vicarii generalis ideo manebit suspensa episcopo excomunicato existente, quia vicarius illam habet ab episcopo non vero a lege, et per [illegible] haec vicarii Jurisdictio delegata est censenda.

Respondet predicta Jura simulque doctrinam Riccioli esse intelligendas quando substitutus Jurisdictionem ita a lege habet ut haec Jurisdictio non sit dependens, neque accessoria illi in cuius locum substitutus proponitur nam tunc per excomunicationem illius in cuius locum fuit substitutio non suspenditur Jurisdictio substituti ut patet in Economo et coadiutore Episcopi d. c. volumus cum seq. 89 dist. quando vero substitutus ita Jurisdictionem habet a lege ut illam habeat dependentem et accessoriam Juris

dictioni illius cui substituitur, tunc excomunicato illo cuius vi-
gent suspensa remanet Jurisdictio substituti, nam hoc operatur
dependentia et aversio ut innuere videtur Licciolus ubi supra c. 18
pariquod ratione excomunicato Episcopo, suspendit Jurisdictio Vica-
generalis licet a l. illam habeat, et non a commissione, et beneficio Episcopi
quia haec Jurisdictio est dependens et annexa Jurisdictioni Episcopi
quae dependentia consistit in unitate tribunalis et consistorii
60 c. Romana de appellationibus in 6.

Sed obstat quod inquisitores contra hereticam pravitatem sunt
dices delegati quamvis officium habeant c. ne aliquid de hereticis
6. quod dicto non alia ratione procedit nisi quia inquisitorum officium est extraor-
narium et publicum l. generali creatum: ergo licet vicarius generalis habeat
officium cum hoc non sit lege generali creatum, sed extraordinario non habet
Jurisdictionem ordinariam faciunt tradita ab Oxaldo ad Donel.
61 lib 17. Coment. lit C.

Respondetur non esse necessarium ad hoc ut officium habeat Jurisdictionem ordi-
nariam ut lege generali creetur, sed sufficit creatio extra ordinem, dummodo
haec legitime fiat, id est a lege, aut a Principe c. a Judicibus 2a q.
6. quod patet in praefecto vigilum ab Augusto creato ut incendiis
cendiis praeesset l. 3 C. de officio praefecti vigilum Suetonius in Augu-
sto c. 30. Duaren. in Coment. ad tit C. de officio praefecti vigilum, qui
Jurisdictionem ordinariam exercebat argumento text. in l. 3. § est
tur C. de officio praefecti vigilum l. penultima C. de condictione
caus. dat. et tamen erat magistratus extra ordinem creatus
62 l. 1. § et hec omnia 53 C. de officio vigilum.

Nec contrarium probat icatus ind. § et hec omnia ibi, nam praefecti
annonae et vigilum non sunt magistratus, quibus videtur probari praefectum vi-
gilum non fuisse magistratum, ac per consequens non habuisse Jurisdictionem ratione ma-
gistratus, et ordinariam. Nam respondet verba illa, ita esse intel-
ligenda, ut scilicet praefectus vigilum, et annonae non sunt magistratus
ordinarii et lege generali creati, sed utilitatis causa constituti; sunt ta-
men magistratus extraordinarii et utilitatis causa creati. Constat
namque magistratus Romanos alios fuisse ordinarios, alios vero ex-
traordinarios ut docet Sigonius de magistratibus populi Romani c.
2. Petrus Gregorius lib 47 sintagmatis c. 6 n. 6 et quidem praefec-
tus vigilum magistratus appellatur a Ulpiano in l. 1. § 6 ...
et alia exceptio C. quod vi, dicit clam ibi: si id magistratus feci-
set, quae verba juxta materias dicti § necessario veniunt excaud...

Donel. lib. 17. Com. c. 7.

Zazius quem sequitur Cagnolus ind. l. 2. n. 487 dicit praefectum vigilum referendum esse inter minores magistratus Pomponius mihi de magistratibus. Sed refellitur a Co... ratio, nam minores sunt, quae proprie sunt magistratus; et solum in dignitate et rigore distinguuntur a quibus l. ult. de fun. instr.

enda de prefecto vigilum, quia propter dictum ichus in d. l. 2. § et hec omnia. de orig. Iur. asserit prefectum vigilum non esse magistratum, non negat prefectum ullo modo fuisse magistratum et habuisse Iurisdictionem ordinariam Iure magistratus competentem d. l. 3. § 0. et fracturae C. de offo prefecti vigilum d. l. penultima C. de condict. causa data; sed solum docet prefectum vigilum non fuisse magistratum ordinarium et l. ontiquitus creatum fuisse tamen magistratum extraordinarium utilitatis causa constitutum. quod confirmari potest ex Iustiniano in nouella 13. oratione 2. § 0. 1. ubi aperte loquitur de prefecto vigilum ut patet ibi: patris enim nostri uox prefectos vigilum appellauit et asserit huiusmodi dignitatem idest magistratum (dignitatem enim appellauit Iustinianus in d. § 0. 1. perfectus urbis quem constat magistratum fuisse) forum proprium et offum comentariensis huius 63

Contra Iurisdictionem ordinariam prefecti vigilum opponi solent tex. in l. 1a ibi: deinde Diuus Augustus maluit perse huic rei consuli l. 3 ibi: nec alium sufficere ei rei, quam Caesarem C. de offo prefecti vigilum, que verba delegationes prefecerunt, nam non aliter dici potest Augustum ~~arcen~~ perse ipsum arcendis incendiis consulere, quam constituendo prefectum vigilum delegatum Augusti esse, quo cassu, cum delegatus nomine delegantis Iurisdictionem exerceat ut supra remanet commendatum recte verificat Augustum consulendo arcendis incendiis per medias personas prefecti, perse ipsum huic rei consuluisse. respondes de lata fuera probare Augustum, pluribus incendiis uno die exortis, perse voluisse huic rei consulere quia credidit nullum alium huic rei posse sufficere quam Caesarem. et merito, quia nemo preter Caesarem creare poterat magistratus prefecti vigilum nam solius principis est creare magistratum, et media hac creatione saluti reipublice prospicere l. 1a C. ad l. Iuliam de ambitu et ad iudiciis 2a quest. 6a qua propter voluit perse ipsum huic rei consulere, creando prefectum vigilum qui arcendis incendiis preesset, et Ius redderet in effractoribus incendariis et furibus d. l. 3. § 0. 1. ago cognoscit C. de offo prefecti vigilum 64

Ulterius Iurisdictionem prefecti vigilum delegatam fuisse videtur tex.

ind. l. si in aliquam 7 § ultmo C. de off. proconsulis ubi contrap-
Ulpian. Jus dicere Romę quasi magistratum et Jus dicere extra-
hec. ergo non sunt magistratus, qui Jus dicunt extraordinem. Econ-
contra infert A. Fab. in ratt. ad d. l. 7 § ultmo, sed prefectum
vigilum Jus dicebat extraordinem d. l. 2 § 33 C. de orig. Juris.
non erat magistratus. R. cum Osuallo ad Donell lib. 17 Comm.
c. 7. duplici litt. B, uerba illa extraordinem significare ea quę
speciali lege tributa fuerunt magistratibus de quibus et si ma-
gistratus Jus reddant non tamen Jus reddunt, quasi magistra-
tus quia non Jure magistratus, sed speciali lege ipsis competunt
Juxta l. 1a C. de off. eius cui mand. e. Jurisdictio. Unde non recte
infert Fab. non esse magistratus, qui extraordinem Jus reddunt, quia
multa specialiter a lege magistratibus conceduntur in quibus Jus
65 dicunt extraordinem.
Alii expendit text. in d.a l. si in aliquam 7 § ultmo C. de off.
proconsulis videlicet: quod magistratus, quando Jus dicunt ex-
traordinem, tunc non dicunt Jus, quasi magistratus, sed quasi de-
legati a lege, vel secus Juxta d.a l. 1a C. de off. eius: ideo quando
totum officium et Jurisdictionem habent extraordinem (ut habet prefectus
vigilum d.a l. 2 § 33 C. de orig. Juris) non dicunt Jus tanquam
magistratus, neque tales censebuntur. R. magistratus adtamen
illis rebus, quarum cognitio lege speciali ipsis defert, exercet
Jurisdictionem ordinariam, licet tunc extraordinem cognoscant
ut est certissimum. Unde cognoscere extraordinem non conce-
dit ad Jurisdictionem delegatam, quare licet prefectus vigi-
lum Jus dicat extraordinem, tamen Jurisdictionem ordinariam
exercet ut pote competentem ratione magistratus, quantumvis
extraordinem legitime tamen creati a Principe scilicet d.
l. 1a et 3a C. de off. prefecti vigilum Juncta l. 1a C. ad l. Ju-
liam de ambitu et c. a Judicibus 2a quest. 6a. Distinguit ta-
men alibi ind. l. si in aliquam 7 § ultmo C. de off. procon-
sulis, Jus dicere, quasi magistratum et Jus dicere extraordi-
nem non quod magistratus, quando dicunt Jus extraordinem
delegati et mandatarii sint, sed quod tunc cognoscunt virtute
specialis legis cognitionem committentis, quando vero Jus dicunt
quasi magistratus, tunc cognoscunt virtute Jurisdictionis
genti l. in primeva magistratus creatione ipsi officio et magi-

stratui tribunt ut sentit Osuald ad Donell. ubi supra licet n. ita explicet Jurisdictionem ordinariam prefecti uigilum, deffendunt Osuald. ubi proxime Duarenus ad tit. C. de off. prefecti uigilum Brissonius de V. S. uerbo magistratus, Pansirola in thesauro uariarum lectionum lib. 3º c. 30.

65

His ita circa Jurisdictionem ordinariam prefecti uigilum percursis superest ut respondeamus arguto deducto ex text. in c. ne aliqui, c. ut offus c. ad abolendam § fin. de hereticis in 6º. ex quibus deducunt inquisitores contra hereticam prauitatem Judices delegatos esse ut censuerunt Solorzano de Jure indiarum thomo 2º c. 24 n. 67. La reja de editione instrumentorum thomo 1º tit. de sotene n. 12 cum sequentibus Salgado de retentione bullarum p. 2. c. 33 n. 68 quibus addo Paramum de orig. sanctę inquisitionis lib. 3º quest. 2 n. 37 Simancas de Chatolicis institutionibus tit. 34 n. 23. Dicendum 1º est inquisitores non ideo esse Judices delegatos, quia illorum offus non est l. genti creatum, sed quia expressa est uoluntas Romani Pontificis constituentis inquisitores Judices delegatos non obstante offo, quę uoluntas Pontificis depromitur ex tenore commissionis offi in d. c. ut offus ibi: authoritate Apostolica possitis eficacius adimplere et in c. ne aliqui d. tit. de hereticis in 6º. ibi: quo ad negotia uiuente mandatore incęopta, quę delegationes presefe runt, ergo constat Pontificem delegare uoluisse, nec inquisitores procedere authoritate offi, magistratus ue Jure, sed Pontificis concedentis authoritate conuenit proemium institutionum ibi: authoritate nostra, text. in l. 1ª § omnia enim C. de ueteri Jure enucleando l. 1ª § qui mandatam C. de off. eius c. 1º de clerico egrotante in 6º. Juncta glossa uerbo authoritate clementina unica de suplenda negligentia prelatorum clementina quia contingit de religiosis domibus c. cum aliquibus 4 de rescriptis in 6º c. si Apostolica 22 de prebendis in 6º. Menochius de arbitrariis lib. 1º quest. 12 n. 4.

Vlterius contra Jurisdictionem ordinariam uicarii prętoris sic arguit: Legatus proconsulis est Judex delegatus l. 6. § sicut C. de off. proconsulis l. 1ª § qui mandatam C. de off. eius l. 12 § 1º C. de Judiciis l. 4 § an autem C. de suspectis tutoribus docetis Fenestella de magistratibus c. 12 Idcobus de Nigris in l. 1º n. 118 C. de off. eius, claudiens Can 67

tiunculla de offo Judicis lib 2° c 9 n 2° Quarenti
tit de offo proconsulis c 3° Roucan lib 2° de Jurisdict.
n 50 Morla in emporio tit 2° q. 5 n 15. et tamen illa
que in Vicario gnli considerant procedunt in legato P
consulis, nam in primis legatus proconsulis offm hēt
permittente, siluti hēt Vicarius gnlis 2° legatus pro
consulis a senatu, vel a Principe eligebat, a quo accipere
rat disponē ordinariam. Cujacius lib 1° quest. Papiniani in l. 5 ff
offo proconsulis Osuald. ad Donell lib 17° Coment. c 8° triplici
R. Vicarius autem gnlis ab epicopo nominat. 3° proconsul n po
terat adimere legato Jurisdictionē inconsulto Principe l.
6° sicut C. de offo proconsulis ~~adnutu~~ episcopus vero ad nutum po
set removere Vicarium gnlem ut supra diximus, tandem legat
Avel. ex n. 115 Proconsulis n nulla hēt propria, l speciali ipsi concessa
l. 1a C. de tutoribz l. penultma C. de offo proconsulis, cum a
liis; Vicarius vero gnlis quidquid hēt per comisionem Epi
ipsi hēt, sed his n obstantibz legatus proconsulis ē Judex de
68 gatus: ig. ita pariter Vicarius gnlis Judex delegatus erit.
Ut respondeat, monendum ē controversum esse apud Juris
interpretes an legatus proconsulis Jurisdictionem ordinari
hueit an vero delegatam, in qua quest. et si aliqui Doctores
delegatum Judicem faciant legatum proconsulis, alii tamen
fortissimis fundamentis ordinarium Judicem constituunt
inter quos A. Fab. in ration. ad l. 13 C. de offo proconsulis
len Jerus de imperio Romano lib 4° c 32 ad finem Va
nius a Vacuna lib 6° declarationum c 88 n 5° Bartol.
ad l. 13 de offo proconsulis Cujacius lib 7° observationum c
et in recitationibz solemnibz in l. et q. C. de Jurisdictione
Covarruvias variarum resolutionum lib 3° c 20 Camilus
tius ad rubr. C de offo eius lib 1° c 9 n 2. pluribz adductis
Osuald. ad Donell. lib 17° Coment c 8° triplici lit. N. Ha
questionem exacte tractarunt doctissimi nre schole antecesso
res magistrimei collendissimi dnus Josephus Avelli olim a
dis Valentine prepositus, nunc vero eius ~~dem~~ sedis ~~doctis~~
~~ma~~ Cano dignissimo Canonicus Doctoralis in Coment. ad
tit C de offo eius c 2° a n 102, et dnus Eusebius Falcó

in Coment. ad nrum tit. C. 1.º an 65, quam nos exagitare con sulto omittimus ut aliis occurramus. Quare quid quid sit de Jurisdictione Legati proconsulis tenendum e maximum discrimen versari int. Legatum proconsulis et Vicarium gnlem.

Hoc discrimen in eo consistit, q.d legatus Proconsulis n. statim, ac nominabat.r a senatu vel a Principe Jurisdictionem obtinebat, et q.d magis e, neq. offium aliquod ut sentit dnus Pirelli ubi supra n. 109 per text. in d.a l. 13 C. de off. proconsulis, in quo asserit legatum nihil proprie habere ante mandatum Proconsulis: q.o neq. offium, aliud aliquid proprium habet. Deinde Legati Jurisdictio n. potest dici suspensa quousq. proconsul mandaret, sed habita precise rone mandati, n. vero beatione mandati ut ex l. 4 C. de off. civis. colligi valet, quatenus in illo text. dicit, data Jurisdictio legatis a proconsule. Docent Doctores pro supra pro delegata Jurisdictione legati proconsulis adducti. Totum e contrario evenit in Vicario gnli, qui statim, atq. nominat ab episcopo per commissionem, offium et Jurisdictionem ordinariam consequit ullo alio desiderato. Deinde Vicarius gnlis Jurisdictionem het a Lege, occasione tamen nominationis episcopi ut supra satis comendavimus. Legatus proconsulis Jurisdictionem het n. a Lege, sed ex vi mandati ut vidimus. Unde licet absq. dubitatione procederet legatum proconsulis n. fuisse Judicem ordinarium, nihil concluderet contra Jurisdictionem ordinariam Vicarii gnlis, nam a diversis n. fit illatio. 69

Neq. q.d legatus a Principe, vel senatu nominet, vicarius aute gnlis ab episcopo, in aliquo refragat, nam legatum, quantumvis a Principe vel senatu nominet, hec nominatio ei Jurisdictionem, neq. offium tribuit sed Jurisdictionem precise consequit ex mandato Proconsulis, et per cons. delegatam. Vicarius autem, et si ab episcopo nominet, hec sola nominatio, quin eu Jurisdictionem et offium influit a L. provenientem, occasione tamen nominationis habitam. et quod episcopus possit removere vicarium adnutum, n. probat Jurisdictionem delegatam ut supra cavet, neq. legatum habere aliquam independentiam a proconsule l. fin. C. de tutoribus l. penult. C. de off. proconsulis; Vicarium vero omnem Jurisdictionem here dependentem ab episcopo debet vicarium Judicem delegatum constituere, nam hec dependentia n. arguit Jurisdictionem Vicarii 70

esse delegatam, q.a si proveniret ex c.e delegationis, Jurisdictio Vicarii non integra non expiraret per mortem Episcopi juxta text. in c.e gratia et c.e relatus hoc nro tit. et tamen juxta communem Doctorum sententiam expirat. Quare argumentum desumptum ex legato proconsulis expediri potest pro nra opinione: nam ideo relati Doctores constituunt legatum Proconsulis Judicem delegatum, q.a sola nominatio legati a senatu, vel Principe facta, non tribuit legato jurisdictionem et offu, sed solum hoc consequitur ex eo qui mandatur a proconsule factus. ergo cum Vicarius gntis consequatur jurisdictionem, et offm per nominationem episcopi, et commissionem offi ullo alio desiderato, et hec nominatio in nullo Juris Canonici loco dicatur delegatio, neque episcopus dicatur delegare, sed committere offm ut expresse loquitur text. in c.e 2.o de offo Vicarii in 6.o Tenendum erit Vicarium gntem Judicem ordinarium esse.

71 De auditoribus Rotae controversum e apud Doctores an Judices delegati sint, an vero ordinarii. de qua quest. q.a alia nos vocat videndi Interpretes ad clementinam auditor de rescriptis, speculator in tit. de Judice delegato §.o nunc dicendum n 9 Alciatus in rubr. de offo ordinarii Andreas Natr concilio 81 n 14 lib 1 Barbosa aliis adductis in l. cum pretor 12. §.o 1.o n 75 de judiciis, late Octavianus de Vilo Coriq lib 2.o c.e 17.o Lelius Jecus de Republica Ecclesiastica c.e 11. Azor inst. tit. moralium p.e 2. lib 5.o c.e 41 Loterius de re beneficiaria in apparatu

Ad text. in cap. 1.o hoc nro tit. de offo et potestate Judicis delegati.

1 Antequam huius text. celebrem ctones proponamus e re breviter percurrere aliqua illius verba, que expositione indigent. et statim se se offerunt verba illa cum precipimus tui Justitia exhiberi, et ibi: mandatum nrum, que verba ostendunt in hoc text. tractari de Judice delegato cognoscente ex mandato, nam verba illa mandatum nrum et verba precipimus delegationem preseferunt glosa in c.a cum aliquibus verbo concedimus de rescriptis lib 6.o ut probant Belmera in pnti. n.t.o Buarius in prin.o illa etiam verba: Justitiam exhiberi causa cognitione cum sententia et executione

mandata ostendunt ut post Panormitanum in c. significa
ti 7° Loc cit. per illum text. docent Mandosius tit. de commis
sione causae super beneficio verbo audiendas § 1° quis sit in
causa Besius in c. ex ratione notabili ultimo de appellationibus et
et concilio 483, quibus addo claudium de Seisello in l.
Justitia 10 C. de Justitia et Jure.

Hec tamen ambigua reddunt, nam text. iste continet 2
rescriptum missum ad episcopum Londonensem qui in sua dioce
-si procul dubio Jurisdictionem ordinariam obtinet juxta
text. in c. conquerente de off. ordinarii c. de persona 38
11. quest. 1a authentica de Santissimis episcopis § si quis,
contra cottone q° Ac per Cons. hec episcopi Londonensis
Jurisdictio ex novo mandato et commissione non potuit effi
ci delegata, sed solum potuit excitari juxta text. in c. li
cet 12 de off. ordinarii.

Ob hanc difficultatem varie exposuit textum istum Vero 3
ius hic n 2°; quo ommisso dictonis fadere venit hec reser
ficanda. Constituendum igitur est commissionem concessam ordi
nario Judici alias eum effici delegatum, alias ordinarium
manere excitata tamen Jurisdictione sua efficitur delega
tus, quando committitur negotium ad ipsius Jurisdictionem ratione rerum
aut personarum non pertinens l. et si pretor 3. C. de off. eius quo perti
nent text. in c. et irrefragabili 13 § Caeterum de off. ordinarii c. ad
abolendam 9. in fine de hereticis Concilium Tridentinum sec 7
c. 6° et 8° de reformatione, et sect. 13 c. 5° de reformat. Junc
ta sect. 22 c. 5°. 6° et 10. Aut cum in rescripto et commissione
extant verba alterantia augentia, aut minuentia Jurisdictio
nem ordinariam Socinus in l. 1a § si quis simpliciter n 4° C. de V.
O. Achiles de Gratiis decisione 2°. de rescriptis Junctis trad
ditis a Riccio Collectanea 413 decisionum p. 2°. Hinc clausula
appellatione remota, in commissione posita ex ordinario facit
delegatum ut post Innocentium, Panormitanum, Felinum et alios
quos refert, probat Parladorus lib 2° rerum quotidianarum
c. fin. p. 2a § 3° n 7. idem quoque dicendum est si Princeps
utatur verbis illis, authoritate nostra procedat et c. cum aliis
quibus in fine. Boerius decisione 151, aut verbo precipimus

glossa d.º uerbo concedimus. Sicut uerbo mandamus Gratianus [illegible] cisione 14. Citra hos casus ex sola commissione non [illegible] alterat ordinaria Jurisdictio: sed solum excitat d.º c. [illegible] 12. de off. ordinarii.

4 Quibus cons. est ut in hoc text. delegata concedatur potestas propter uerbum precipimus et uerbum mandatum nostrum in commissione positum. Sic tamen ut adhuc remaneat ordinaria penes Episcopum, nec una per aliam tollat, et ideo utraque authoritate ordinaria scilicet et delegata Judex cognoscit ut in c.º significauit 4.º de corpore uitiatis in ordinandis authoritate nostra fretus et licet cap. per hoc 17 de hereticis lib. 6.º Junctis que notat felinus in c.º cum ex officii n. 25 de prescriptionibus. Quod utile est scire, primo propter [illegible] pellonis ut defferatur ad Pontificem, qui delegauerit felin. ubi supra Sigismundus Scaccia de appellationibus quest. 8 n. 85. licet Jure communi, et ordinario ab Episcopo esset ad Metropolitanum appellandum c.º citote 6.ª quest. 3.ª c. Romana 3.º in fine principii §.º debet et §.º fin. de appellationibus in 6.º nam ubi concurrit ordinaria Jurisdictio ut delegata a Pontifice, in Jure appellationis, hec preualet ut potentior felin. ubi supra, Sigismundus Scaccia d.ª quest. 8.ª n. 8 [illegible] in practica [illegible] thom. [illegible] c.º 3.º §.º 3.º n. 14. 2.º ut Jurisdictio ordinaria extra territorium non possit exerceri l. fin. C. de Jurisdict. si coniuncta sit illi delegata, exerceri poterit in his que sunt necesaria ad exitum cause etiam extra territorium ordinarii quemadmodum exercere posset per Pontificem, nam territorium delegati eatenus corrigitur quatenus delegantis extendit ut docet Bart. in tract. de nullitatibus [illegible] ex defectu Jurisdictionis delegate an [illegible]

5 Adhuc in difficultate, cur uerba precipimus et uerbum mandatum nostrum adiiciat ordinario Jurisdictionem delegatam in presenti text. et in d.º c. licet 12 de off. ordinarii non alteret Jurisdictio ordinaria cum similis intercesserit mandatum ut constet ex illis uerbis a nobis receperit in mandatis et ex illis per mandatum huiusmodi ~~cum esset~~ tum. etiam cum in illo text.º precipiat ut cognosc[illegible]

appellone remota. Ex quo ordinarie Jurisdictioni delegatam adduci supra ostendimus.

Que difficultas ut tollatur et hec res bene explicetur dum- 6
quirent utrum per mandatum concessum ordinario alteretur Ju-
risdictio eius, et deficiat delegatus aut sublata Jurisdictio-
ne, aut coniuncta delegata sequentes casus considero;
primus est cum concedit mandatum habenti alias ordinariam
Jurisdictionem, sed in ea causa non habenti, que est species di-
cterum dicti capitis ad abolendas de hereticis, sed si pretor et
Iuvenem similiter et tunc efficitur Judex delegatus, ita ut ni-
hil expedire possit virtute ordinarie Jurisdictionis. Ex quo
provenit Vicarios generales episcoporum et Pontificiis legatos re-
spectu rei speciale mandatum desiderantis, et continentis non
ordinarios, sed delegatos existimari capitulo nisi de officio legati
capitulo 12 de prebendis in 6.° Sic intelligendus text. alias diffi-
cilis in capitulo decretor. 2ª quest 6.° ubi propterea legatus co-
noscens de causa criminali episcopi de positione digna, quod
nisi speciali commissione Pontificis non potuit efficere legatus
quia causa depositionis episcopi est solius Romano Pontifici
reservata capitulo inter corporalia de translatione episcopi Con-
cilium Tridentinum sect. 24 de reformat. capitulo 7.° glossa in dicto
capitulo decreto, que in Vicario generali episcopi verificantur in benefi-
ciorum collationibus et aliis speciale mandatum desideran-
tibus de quibus in capitulo 2° et 3.° de officio vicarii in 6.° Ex quo infe-
rtur delegatum habere Jurisdictionem aut aliud sit querere quin
vicarius facere valeat et aliud an illud que facit ex spe-
ciali commissione faciat tanquam delegatus.

Nec obstat his text. in capitulo ex frequentibus 3.° de institu- 7
tionibus ubi improbat consuetudo, qua clerici beneficia
recipiebant sine consensu episcopi diocesani vel officialium suo-
rum qui de Jure hoc facere possunt. ergo institutiones, vel
beneficiorum collationes Jure et non ex delegatione episcopi, quod
competunt officialibus et vicariis episcoporum, quod negant text.
in dicto capitulo 2.° et 3.° de officio vicarii in 6.° nam respondet

Pontifice in d. c. 3. magis probare, quam improbare vi[...] sentit cum asserat beneficiorum collationes ad officiales pertinere non absolute, sed ad illos, quibus specialiter episcopus mandavit beneficiorum collationes juxta text. in c. fin. de off. vicarii in 6°. Unde verba illa: qui de jure possunt interpretanda sunt, sub secuta episcopi speciali commissione et hoc quod deest decisioni text. in d. c. 3. de institutionibus supplendum erit ex d. c. fin. de off. vicarii in 6°. [...] beneficiorum collatio specialiter commissa, quod non respuit [...] arguito text. in l. 4. § 1. de re judicata l. oratio [...] sponsalibus, licet aliter interpretet text. in d. c. 3. de institutionibus Valensi in paratitl. ad tit. de institu.

8 Ex quibus breviter deducitur ad episcopum, non vero ad ejus vicarius spectare institutionem, seu collationem beneficiorum d. c. 3. de off. vicarii in 6°. c. cum venissent de institutionibus c. conquerente de off. ordinarii c. 1. et 2. de capellis monachorum, c. nullus 16. quest. 1. c. sane 16 quest. 2. c. omnes basilicę 16. quest. 7. c. ab exordio 85 distone, Gonzalez ad regulam 8. cancellarię Glossa 9 § 7. n 78 Filiusius de Beneficiis c. [...] n 24. et alii adducti a Barbosa de pot. episcopi 3. p. allegatione 54 n 7. et in collectanea ad text. in d. c. 3. de instit. Possunt tamen Vicarius et Archidiaconus cum consensu episcopi, et speciali mandato beneficia conferre c. fin. de off. vicarii in 6. sic intelligendus text. in c. cum Bertoldus de re judicata, nam ibi clericus fuit ad ecclesiam presentatus ab Archidiacono non precise, sed permissione, et consensu episcopi ut patet ex text. ibi: de consensu episcopi illum instituit. Observant Bald. in d. c. cum Bertoldus n 5. et Panormitanus n 4.

9 2us casus est quando habens jurisdictionem ordinariam in ea causa dirigit commissio superiori alterans, minuens, aut tollens, vel adiiciens modum prescriptum [...]

dictiones ordinarie, et tunc huiusmodi Iudex ordinarius fit delegatus, itaut ablata Iurisdictione ordinaria, tanquam delegatus procedat, Iuxta supra dicta Iura 3us casus est cum apponitur uerbum mandatus, uerbum, precipimus, aut uerbum, authoritate nostra. In commissione speciali Principis, unius aut alterius causę, missa ad eum qui in causa illa Iurisdictionem ordinariam habet, et tunc huiusmodi commissio illum facit delegatum ut in specie nostri text. sic tamen ut simul maneat ordinarius, quemadmodum in d.o c.o 4.o de corpore uitiatis in ordinand. 4us casus est cum idem uerbum apponitur in commissione generali Principis genus aliquod causarum committentis ordinario, ueluti inquisitionem criminum, aut correctionem, ut in d.o c. licet 12 de off. ordinarii, et tunc dicendum est, quod quamuis ex uerbo mandatus, delegatio uideatur resultare, quoniam tamen non est uerisimile uoluisse Principem alterare Iurisdictionem ordinariam in generali causarum commissione, ideo magis excitare Iurisdictionem, quam delegatam concedere intelligitur. Quę est genuina illius text. interpretatio. Nec in eo dici potest delegatam Iurisdictionem concessam fuisse, propterea, quod fuit sublata appellatio cum commissionis causa commissa fuisset, in qua licet tollatur appellatio Iuris ordo non mutatur d.o c. licet 12 in prin.o de off. ordinarii c. personas de appella.

Ulterius prostant in d.o c.o 5.o hoc tit. illa uerba minis et terroribus compellunt conquerentes illesi... Iuncto ibi: si manifeste cognoueris Iustitiam impedire. Ex his uerbis notat Bartol. in L. sepulchri 6.o n 3.o ff. de sepulchro violato pro turbata Iurisdictione licere experiri interdicto retinendę. Id quod remedium in nostro text. proponi putat in uerbis supradictis. nam pro usu turbatę Iurisdictionis solet predictum interdictum concedi 10

ut ex eodem Bartolo in l. fin. n 4 C. uti possidetis. Extat Menochius de retinenda poss. remedio 3° art 115 usq. ad 125 quibus favet text. in c. licet q° de probat. que doctrina accipienda e de utili interdicto ut declarat idem Menoch. ubi supra exemplo fructuarii et aliorum, qui pro Juribus incorporalibus persone coherentibus experiunt interdicto retinende, aut recuperande d. l. fin. C uti possidetis l. sane 14 D de iniuriis l. si quis res q. C. deiectus C. de ui et ui armata. l. Attilius 27 in fine de donat. Ubi tamen Juxta do ctrinam Accursii uerbo ait pretor in l. 1° D uti possidetis recepta a Menochio ubi supra n 103 Conello in l. unica n 3° C uti possidetis, Osualdo in notis ad Conell. lib. 15. Comeat. c° 32 litt. C nam directum interdictum ei tantum competit, cuius possessio in re soli turbat l. 1° D uti possidetis Cujacius lib. 15 observat. c° 22. Conell. d°. c. 32 licet A. Fabro mo 4° de erroribus, decade 79 errore q° directum interdictum fructuario competere contendat. Cuius sententia si de re ipsa petenda accipiat uera procul dubio erit, nam eam naturaliter uidet tenere Usufructuarius l. naturaliter 12 de adq. posses. sed si de usufructuario deiecto, aut turbato in Jure usufructus querat nullatenus admittenda e, cum hoc Jus, uelut incorporale ipse fructuarius n possideat.

11 Hec Bartoli doctrina communiter ab interpretibus recepta, quatenus docet pro usu turbate Jurisdictionis, etiam allegatum interdictum retinende concedi Juxta modum explicatum, licet in se uerissima sit, ipsam tamen probare n possum dum dicit muniri authoritate uiri text. n enim ibi de Judicio ciuili aut possesorio, pro turbata Jurisdictione, tractatio instituit, sed de Judicio criminali et potestate coercendi impedientes Jurisdictiones delegatum. in que multum interest cum illud Judicium personale in quo Judices Jurisdictionem sibi uindicantes coram superiori

d. c. licet causas de probonitis, at uero questio impedimenti delegato adiiecti coram ipso examinat, data illi potestate coercendi quoscunque etiam in dignitate constitutos

Quod supradictum in §°. elegant extendendum arbitror ad personam mulieris, quia cum eadem sit ratio aequitatis, idem servandum est l. illud ff ad l. Aquiliam. Neq. obstat hoc beneficium tribui marito ob reverentiam illi ab uxore debitam l. unica §° cum autem C. de rei uxoriae actione ~~extendendum arbitror ad personam mulieris quia cum eadem sit ratio aequitatis idem servandum~~ et eodem modo pactum a marito celebratum ut possit condemnari* in solidum interpretari contra bonos mores, quia est contra reverentiam, quae maritis exhibenda est, et maxime nullam reverentiam uxori debet maritus quia triplex ratio est cur beneficium hoc tribuat marito una quidem illa citra controversiam mariti propria quod uxor ei reverentiam debeat altera illi cum aliis multis communis, quod coniunges inter socii sint matrimonium enim societas est, et quidem arctissima l. 1a de Rit. nuptiarum l. 1a de actione rer. amotarum. Prior sane non in uxore locum non habet, sed tamen habet posterior, quae sola persona tis est ut hoc illi beneficium etiam ut marito tribui debeat cum sit indubitatum id sine exceptione omnibus sociis tributum esse, d. l. sunt qui ff de re. Jud. quae ratio exprimitur a Icto in l. ex diverso in fin. ff. soluto matrimonio. 3a et ultima ratio est, quia beneficium alicuius artis offi., vel ministerii, quantumvis personalis pariter censeri comunicatum uxori eo ipso quod sit marito tributum, d. l. non tantum 20 de re Judicata, neq. obstat text. in l. semper 5 §°. immunitati, nam privilegia, quae navicularis dantur ipsis legibus prescribuntur ut uxoribus non competat et sic cum leges id exprimant non poterunt eis uti cum expresse prohibeant. illustrat Amaya Coment. lib. 10 Codicis tit. 39 n 20. neq. item contrariae partis assertores

quidquam contra nos moliunt existimantes. L. 1.ª C. de uxo-
ribus militum decisionem procedere in illis uxoribus militum, q.
in militiam cum suis maritis proficiscunt ut rationem peregrinit.
et q.ª quodamodo militare videant tale privilegium habeant, q.
excludunt caeteras quae domi remanent, et si mariti militiae o-
peram dederint. Barbosa in l. q.ª tale n 26, nam respondendum
e non alio privilegium concedi militibus, nisi in castris, q.
vel in expeditione sint l. 3.ª §. si cum 6.ª l. fin. C. de rest. mi-
litum, quare ut eisdemmet privilegiis uterent quoque mulieres
necessarium fit ut cum maritis in expeditionibus essent ut in ma-
ritis necesse erat. Sed licet nos donis navicula in dicto periculi
scopulo seu allisi et decisionis text. in d.º §.º cum autem videat ta-
men cupientes evitare Caribdim incidimus in Sylam, asserimus enim
in supra tradita resolutione pactum adhiberi posse ut actio dotis fie-
ret, non annua, bima trima die, vel intra annum ex §.º Justinia-
[illegible], sed scitius ad effugiendum illud absurdum pactum contra
bonos mores valere, sed ex dicta resolutione sequit aequale absur-
dum, scilicet pactum ut dos scitius reddat cum sit contra leges, ex
legibus enim dos reddi debet annua, bima, trima die, si ci in-
tra annum iure novo, vel municipali: q. contra ll. e pacta quo
paciscit ut scitius dos reddat et cons. non servandum d.º §.º preter
ait nos legis 7.ª hoc nostro tit. cuius scopuli periculum effugiis
omnino fabro et aliis cum Julio Pacio Centuria 2.ª quest.
4.ª cum distione utrum aliquis paciscat contra ius commune
an contra ius sibi competens si iq.ª pactum e contra ius comu-
ne non valet, id e pactum quod fit iure vetante, veluti si quis
paciscat, ne futurus dolus praestet, proprie enim contra ius fie-
ri dicit, quod iure vetante fit l. contra 29 de legibus l. qui
vetante 201 de R. J. Pactum vero contra ius paciscentis factum,
id e quo paciscens renuntiat iuri sibi competenti, sine dubio
valet l. pactum 46 de pactis, non enim fit vetante iure, nec va-
leret si pacisci scitius dotem reddi lex vetaret, quam obrem
21 recte tale pactum valere dicit.
Ulterius pactum celebratum a marito se in solidum permitte-
re condemnari esse nullum tanquam contra bonos mores. negant

imperatores in l. penultima C. de pactis, quia quilibet potest re-
nuntiare suo privilegio, sicque etiam posse maritum pacto
renunciare beneficio ne conveniatur ultra id quod facere potest.
Respondetur enim nullam esse huius text. oppositionem, quia specialiter
in cassu nostri § elegant, quod tale pactum non valeat, ita-
men assignant rationes specialitatis, ideoque Bartolus in dicto §.
eam esse dicit, quod hoc privilegium dat propter reverentiam
quam uxor debet marito ut ex § elegant et dicta l. [illegible] §.
cum autem expresse constat, et cum pactum renuntiativum
huius beneficii in effectu contineret, quod mulier posset
venire contra debitam reverentiam, sic tanquam bonis mo-
ribus naturalibus repugnans valere non debet l. pacta C. de pactis.
Subscribunt Barbosa in Coment. ad interpretationem tituli so-
luto matrimonio in dicta l. alia §. elegant ff. eodem. Lara
l. si quis a liberis §. sed si filius n. 94 Covarruvias in 2a
parte c. quamvis pactum de pactis in princ. qui plura tam utilia
quam dulcia administrant, et plures referunt. Caeterum huic
receptae solutioni nimis videtur obstare text. in l. quamvis ff. de
in ius vocando nam quod libertus non possit in ius vocare patronum
nisi prius impetrata licentia a praetore descendit a debita reveren-
tia quam ratione naturali libertus debet patrono l. 3a C. de in ius vocan-
do, et tamen Iurisconsultus in dicta l. quamvis inquit quod si patronus in ius
vocatus sine venia sponte sua, appareat impedit ne imponi
poena liberto, quam ius ei imponit quinquaginta aureorum quia
patronum vocat in ius sine venia: quod aperte probat patronum privi-
legio indubio propter debitam reverentiam renuntiare posse.
Cui oppugnationi veniter hoc pacto, quem non vocari in ius sine ve-
nia ex rei natura intelligitur non vocari invitum, nam cum vocatio
in ius ex sui natura importet, quod invitus veniat l. 1a ff. [illegible]
in ius vocari ut eant, non vocari in ius sine venia per contrarium
importavit ut sine venia invitus in ius non vocet l. 1a qui [illegible]
clausis maiores: cumque attenta rei natura privilegium contineat
ne invitus vocet in ius si valens veniat, non renuntiat privile-
gio, imo sumus extra cassum in privilegio contentum. Quare
si patronus permitteret se vocari in ius, etiam invitum sine ve-

nia non ualeret is consensus Juxta regulam d.ᵗ §.ⁱ elegant. bossa ubi supra. Decius L. 2. n 10 C. de in ius uocando.

22 Similiter etiam dicendum Jure canonico q. siquis Jurat dictum aliquid, ita ut repugnet bonis moribus non tenet obseruare hoc Juramentum, q.ᵃ non potest facere id quod repugnat bonis moribus absq. peccato, sicque maritus Juramentum quod in solidum seruat dotem obligare debet et hac ratione procedit capitulum non obligatorium de Reg. Jur. in 6.º Neq. obiicias textum in c. cum quidam § ultimo de Jureiurando, nam ibi absolutio requiritur non a Juramento non loquendi Patrem, uel matrem q.ᵈ nullum erat, sed a peccato quod Jurans commiserit, ita temere Jurando siquidem manifestum est Juramentum illud fuisse temerarium cum fuerit illicitum c. inter cetera 22 quest. 4.ᵃ sicq. Juramentum prestitum contra bonos mores obligatorium non est neq. confirmat pactum gestum contra bonos mores qui mores ita ad honestatem pertinent, quod eis contrarium surgit. Redeamus iterum ad promissa argumenta contra principales clientes uidelicet pretores non tueri pacta contra bonos mores, omninoq. nulla esse contraquam en 2.ᵘᵐ argumentum. Pactum hereditatis uiuentis est contra bonos mores L. fin. C. de pactis. L. 1.ᵃ § impuberi de collat. bonor. L. pactum 3.ᵃ C. de collat. L. hereditas 5.ᵃ C. de pactis conuentis L. ex eo 4.ᵃ C. de inutilibus stipulat. L. cum donationis 33 in fine C. de transactionibus L. pactum 15.ᵃ C. de pactis L. siquando 35 § illud C. de inofficios. test. L. ult. D. de suis et leg. hered. illustrant Guilielmus Onzianus questionum Academicarum lib. 2.º quest. 37. Decius Concilio 475 n.º 10 subtilissimus fab. licet alia ratione de erroribus Decade 12. errore 3.º Alphanus Collectanea q.ᵃ Conam lib. 5.ᵗ Comment. c. 5 n 7.º Tiraquell. de Jure primogenitorum quest. 3.ª sed tale pactum obseruat: q.º pactum contra bonos mores omnino nullum non est, a pretoreq. tueri debet. Minorem probat Ictus in L. 3.ᵃ § 0 de illo D. pro socio L. siquis seruus 24 V.º et preterea de actionibus empti L. non aliter 10.ᵃ de adoptionibus §.º cum autem instit. de adoptionibus in quibus Junius dispositionibus ualent pactiones de hereditate uiuentis,

23 Ad 1.ᵘᵐ Ictis responsum relatum in d.ᵗ L. 3.ᵃ § 0 de illo D. pro socio dicimus ibi loqui de pactione indeffinita, quo casu tale pactum contra bonos mores esse non uerificatur cessat enim occasio et timor captande mortis aliene in d.ᵗ uero L. fin. et aliis loqui de pacto celebrato super hereditate certi hominis uiuentis. Ad alia relata in d.ᵗ L. non aliter D. de adoptionibus

tionibus et dicta l. si quis seruum 34 vers. et praeterea communis docet iurisconsultos loqui de pacto celebrato ab his quibus sine pactione debebatur hereditas, heredibus enim arrogati debetur hereditas sine ulla pactione l. his uerbis 19 in fin. ff. de adoptionibus, fingitur enim interuenisse stipulationem etiam si nulla interuenerat dicta l. his uerbis l. unica C. de rei uxoriae actione, et emptori cui seruus uenditus non traditur actione ex empto praestanda sunt omnia quae emptor habiturus erat si seruus traditus fuisset l. uenditor § de euictionibus, consequeretur autem ~~uenditor~~ emptor serui hereditatem si ipse met manumisisset, ita meus Morl. in emporio Juris tit. V de pactis in praeludio a n 48. usque ad n 51 ubi plura, sed contra dictum sedus impetum facit utilis text. in l. 1a. § si impuberi de collatione bonorum: ubi iurisconsultus Ulp. refert apud ipsum dubitatum fuisse utrum 4a. debita impuberi arrogato ex diui Pii rescripto si impubes arrogatus patris natiui petat bonorum possessionem utrum illam debeat conferre, denique fuit illum debere cauere de 4a. conferenda, quia eius petitio ad heredes transit, sed hoc ita demum si iam nata est quartae petitio. Caeterum si adhuc pater adoptiuus uiuat qui illum sine causa emancipauit responsum fuit cessare cautionem, hac scilicet ratione quia praematura est speculationis cum adhuc uiuat is ex cuius bonis 4a. debebatur. ex quibus ultimis uerbis haec insurgit difficultas nam haec 4a. debetur sine ulla cautione filio impuberi arrogato § cum autem instit. de adoptionibus: atqui talis cautio est praematura, inutilis igitur omni casu pactio hereditatis uiuentis ualere, uel am mutari debet.

Huius text. decisionem reconciliabis cum supra contrariis, ex hoc nam diui Pii 4a de qua conferenda dubitabatur impuberi arrogato sine cautione debetur, non uero iis quibus impubes arrogatus cauere debebat, sicque nihil mirum cautionem ~~[illegible]~~ ne illi praestandae de illa conferenda, praematuram inutilemque apparere cum 4a uiueret Pater adoptiuus, cuius de bonis 4a. debebatur, quae ueritas clare lucet, quoties huiusmodi pactum fit sine consensu eius de cuius hereditate paciscitur, nam si illius consensus accedat et in eadem uoluntate perseueret placuit pactum ualere dicta l. fin. C. de pactis. Ex quibus Jurium principiis infero pistorem non seruare promissum marito causa lenocinii, quia talis pactio est contra bonos mores l. mercalem § C. de conditione ob turpem causam, ita etiam legatum et iura 2A

mentis contra bonos mores L. inquilinos 11S §. siquis scripserit
1°. et in eodem genere Juramenti ad nras utilitates licere mihi p
paululum immorari, ex quo etiam conditiones contra bonos mores, id est
nesi. eas que sunt contra pietatem Religionis, humanitatem ve pretor non servat,
rum in n°. est conditio Juris Jurandi, que remissa est nominatim edicto pretoris
sic v.g. legatum alicui, si se daturum quid, aut facturum Juravit L. non dubitamus
ff. de condit. et demonst. L. que sub conditione de condit. institut. Aduerte
remitti hactenus non sit legatarius non faciat, quod in conditione fa
se Jurare debet, sed ne hoc ipsum se facturum Jurare cogat L. hec scripta
26 de condit. et demonstrat quid enim retulit testatoris, dum id fieret
uult utrum Juraret legatarius an non Juraret, postquam aliter, qua
id factum sit ad legatarium non perueniet.

25 Sed nec ad omnem Juris Jurandi conditionem edictum pertinet, na
sola conditio Juris Jurandi a pretore improbatur per quam agitur ut Juret qu
in futurum, se daturum aut facturum cum hec que futura sunt diffi
cile prestantur, nec semper euenit nos facturos posse sicut promisimus, q
fit ut his de rebus Jurantis anceps Juris Jurandum, ac propterea periculo
sum contingat, qua de causa a pretore remittitur, aliter uero sunt in rebus prete
ritis Jusiurandum ~~tam~~ a testatore adiunctum fuerit non remittitur L. mu
nicipibus 97 de condition. et demonstrat. L. antistius de adquir. hered
cum abesit his metus, ueluti si cui, ita legatum sit Titio legatum debe
si Jurauerit sibi deberi. Ex quo infero ad maiorem corroborationem
et nri instituti punctum ut si conuentio adq. pactatum inter uiros fu
ut prestaret tale Juramentum placuit ex conuentione, siue pacto id omn
esse prestandum L. sicum C. communia ~~de leg~~ utriusq. Judicij L. siquis cal
tore ff. de Jure Jurando: quia talis Juris Jurandi iniunctio non est contra bo
nos mores, alioquin nec conuentio de ea rata esset, tanquam contra bonos
mores. Cornel. author damnat lib. 8°. Coment. c. 32. Ulterius ut aliqua p
fectione ultimam manum imponamus oportere scire ne in totum m
tionem deseruat sic respondi in L. si ob turpem 8°. de condict. ob turpem ca
sam ommissis pluribus interpretationibus traditis ab Alciato Duareno
in L. generaliter 26 de V. O. multum interesse an turpitudo uersetur circa
substantiam Contractus, aut promissionis, tunc enim nulla orit obligatio, ne
q. exceptio, ueluti si filius promittat homicidium, aut furtum perpetrare
quo casu interpretandi sunt textus in d. L. generaliter 26 L. ueluti 27,
si flagitii 123 ff. de V. O.

26 Aliuero si promissio in se et sua substantia turpis non fuisset, sed tan
in causa mero Jure obligat, ueluti cum pecunia promittit ut aliquis
male fictus perpetret, uerum est, quia cum causa non sit de substantia obligationis
ea deficiente oritur obligatio, et ideo ad excludendum agentem nec
sario est exceptio L. 2 § circa ff. de doli et metus except. in qua spe
cie est intelligend. text. in d. L. si ob turpem 8°. contra quam intell
pretationem obst. scrupulus quidam ex L. Juris gentium 7 § et ideo si ob male

D. Noc nro tit. ubi asserit, q. si promissum sit aliquid, ne malefitium fiat, nullius e momenti, neq. aliqua obligo nascit, et tamen constat turpitudines n intervenisse in substa rei promissae, sed in causam, cui difficultati respondendus ibi Ictus n probare tales promissiones nullas esse ipso Jure, sed solum nullas esse quoad effectum, q. per exeptione liberatur promissor, quasi diceret Ictus etiam si talis promissio turpis sit ualida ipso Jure attamen cum in suo robore n ualeat permanere e nulla quoad effectum cum facilis sit eius recissio per exeptione doli mali ita doctissimg Cuyacius in d. L. entil et lib. 3. quaesitonum Pauli in d. L. proximuse. Neq. urget decisio text. in d. L. Titia 134 de U.O. Cui oponi satisfacias dari discrimen inter stipulatones prohibitas a L. q. turpis iniqua, et iniusta sit, et inter eas quae solum prohibet, quae solus prohibebat, q. inhonesta e. 1.a casu stipulatio e nullius momenti. 2.o uero cum stipulatio, neq. 2.us bonos mores, neq. omnino aduersus eos sit, nam potest esse licitus, quod in honestus e L. n omne 186 de R. J. ualida e. Unde cum in d. L. Titia agerit de stipulatone prohibita, q. inhonesta e merito Ictus asseruit talem promissione ualere, sed iure obligones exeptione rescindendas esse, ita Maienzo in repetitio ne ad text. in d. L. Titia n 27. Quod Bajo a Loio in relectione ad text. in c. quintaualis 23 de Jureiurando. Quae omnia dicta pacta merito q. contra bonos mores inquit Pretor se n seruaturu in repetito § pretor ait ibi pacta contra LL. conuenta n seruabo, qua prohibitione continent pacta contra bonos mores, quae esse contra LL. in feris Dei auxilio clarius et fusius proseq. nauimg.

Ad alterius exemplorum agmen uenio de aliis pactis contra scta conuentis, quae n seruari etiam inquit Pretor d. § Pretor ait v.g. si sponsio fiat pecuniae ludi causa L. solent 2 ff. de aleatoribg cum senatus consultum uetuit in pecunia ludere et Ictus Marcianus L. 3.a proseques ad nrum casum ibi quibg rebg ex LL. Titia et Cornelia etiam sponsiones facere ubi pro uirtute certamen n fit licuit, nam si ludus ille esset ex exercitamentis, quae uirtutis causa fiunt sponsio, siue pactum ualeret L. 2. § 1.o scias d.a L. 3 de aleatoribg. Suarez in Comentariis ad L. Aquiliam lib 1.o c.a 2.o sect. 27

7º. siquis certet hasta, pila iacenda, currendo, saliendo, luctando, uel pugnando, q. uirtutis causa fiat inter que uaria ludicra, uirtutis causa permissa, numerari pile ludus liquidus e quomodo intelligit tex in l. 11 ff. ad l. Aquiliam ubi cum unus ex his qui pila ludebant pilam remmittens, quas acceperat pille ictu offenderet cassu quo tonsoris manus, et eo impulsu, gula serui, quam tonsor radebat tonsorio cultro, preciza esset si loco solito, id e campo Martio luderet, ut Rome ludebat, indubitatus fuit n teneri Aquilie actione pile lusorem nihil enim culpe residet paenes illum, et merito, nam pile ludus legibus receptus e, et eodem modo interpretandus e text. in l. si ex plagis § 2 §º utmo ff. eodem, ubi cum plures pila luderent, quidam ex his pilam percipere contendens seruum impuli ut alius pilam praeriperet, cuius impulsu, crus seruus in terram delapso fractus fuit. In qua specie negat iclus Alphenus, legis Aquilie locum n esse, quoniam cassu magis, quas culpa, uidet factum. Ex quo pile lusoribus l. ludi licitus erat, inuicem se expellere ut aplecto Doctor Laurent. Ramirez de Prado in suis ad Martiales Comentariis lib 4º epigramate 19 n 7. ubi cum nata ludi talis sit ut alii alios inuicem se expellerent ideo q. l. n tenebit, si quidas ut pilam arriperet seruum impulerit et causa fuerit ut serui plus fractus fuerit ita Doctor Suarez ubi supra.

28 Ex quibus iuris delineamentis depingit uera resolutio ad iurisprudentum responsa aliis difficilia in l. si gratuitas 17. §º utmo de praescriptis uerbis, et l. si apud quem 5ª. §º 1º l. si in Asia 12 ff. depositi in l. ig. si gratuitas 17º. §º utmo talis enarrat historia cum duo contenderent inuicem arris depositis apud sequestrem, alter uicit, alter succubuit sequest. uictori annulos nolebat reddere, quesitum fuit quenam actio eo nomine prodita esset. Sabinus putabat furti actione sequestrem teneri, sed eius opinio a Uipiano reiicit, q. n potest furtum fieri, illius rei, cuius, nec dominium, nec possessionem habebat is qui acturus erat concludit q. praescriptis uerbis actione agendum, quamet hipothesi dari actionem depositi sequestrariam apparet ex d. l. 5ª. §º 1º. Ad q. dignosce diuersus esse negotium, de quo agit in d. § ult. l. si gratuitas a sequestro in d. l. 5ª §º 1º. Agit enim in d. §º utmo de annulis sponsionis causa depositis, siue de pignoribus, que reddenda sunt uic

tori in ludis, in quibus ex legibus Cornelia et Titia sponsiones fieri per-
mittebant, sive pacta, videlicet ubi erat certamen virtutis, ut habetur
d. ll. 2° et 3° ff. de aleatoribus: sequester vero ut distinctione prose-
quar is appellatur apud quem plures rem deponunt, de qua lis, sive
controversia l. sequester 110 de V.S. hoc autem negotium, proprie est
species depositi l. 5. §° apud quem cum duabus ll. sequentibus ff. de-
positi l. fideiussor 7° § ult. qui satisd. cogant. Paulus lib. 5° sententiarum
tit. 36 § 1° et 2°. quoniam cum deponant res de quibus utraque pars contro-
versiam trahit quodamodo res in solidum, uniuscuiusque depositi videntur,
at vero illudentium sponsionibus ~~[illegible]~~ sive pactis cum deponant utrimque res
que nec propria alterius sit, nec ei potest dici restitui cum restitui tan-
tum id possit, quod antea meum fuit actio depositi competere non potest quam-
obrem tutius est in proposita specie prescriptis verbis actione agere d.
l. si gratuita § ultimo ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~

Manet igitur sponsiones de quibus in d. § ultimo agit esse illas, que 29
in ludis licitis permittebant ex ll. Cornelia et Titia, qui ludi virtu-
tis causa exerceant, id est fortitudinis causa Autentico ut omnes
in prin. coll. 7 et ibi glossa, quedam enim virtutis causa permi-
ttunt, que alias non permitterent l. qua actione § si quis in collu-
ctatione, sive Pancratio ff. ad l. Aquiliam ubi reperit Athletam in pu-
blico certamine alium occidentem non teneri Aquilia actione ibi: Si in
colluctatione, vel in Pancratio, vel pugiles, dum inter se exercent ali-
us alium occiderit si quidem in publico certamine cessat Aqui-
lia, quia gloriæ causa et virtutis, non iniurie causa damnum videtur
datum. Quibus atletis si vicissent ob virtutem, et gloriam magna premia cons-
tituta sunt ut observant Pet. Fab. in suo Agonistico lib. 2° c. 9 et Com.
Fran.cus de Amaya in Coment. ad lib. 10 Codicis a tit. 53 de Athletis
inter que premium 1. locum obtinebat corona que quidem interdum ex olea-
stro, lauro, vel pino ut docemur ex Plinio lib. 16 c. pri. et notat Pan-
cirol. lib. 2° variarum c. 113, que corona si reportabatur tribus prelijs
consequebantur Athlete, vacationem munerum l. unica de atletis lib.
10 Codicis, et excusabant a tutela l. si duas 6 § ~~[illegible]~~ Vlpia-
nus, alias est § us Athlete de excusationibus tutorum dummodo ex
tribus coronis merito magis, quam ambitiosa emulorum corruptione
quesitis unam Rome reportaverint, quo acrior virtutis, et roboris
atletarum fieret indagatio, et gravius iudicium iuris agonisti-
ci ut existimat Pet. Fab. d. tractatu lib. 3 c. 28. Quibus etiam

pret. coronas dabat pecunia aliqua, siue stipendium q. trium atq. to n obligat. l. spem ff. C. que res pignori obligari possunt, uel n. constituit. Athletas spem uictorie obligare minime posse ex imperatoris Alexandri rescripto, sic q. tale pactum n. debet ualere, neq. illud seruauit pretor, q. contra ll. nam pactum ut inferius aiunt ~~tam~~ racionabiliter contra ll. factum dicit, q. specialiter, ac nominatim legib. e prohibitum l. contractus 28 et alias ff. de pactis;

30 Quib. contra sctm pactorum exemplis enumerari certum e sponsalia int. tutores et Curatores, filiosq. eorum cum pupilla, siue adulta, que etiam pacta sunt l. sufficit 4a ff. de sponsalib. Que sponsalia sunt contra sctm de quo fit mentio in l. 1a et toto tit. C. de interdicto matrimonio int. pupillam, tutorem et Curatorem, filiosq. eorum l. scto §9 et sequenti ff. de ritu nuptiarum ~~l. tutor 15 de sponsalib. et illa rone nititur ne pupille iure~~ familiari circumuenirentur ab his quirones tutele gestae reddere compellunt l. libertus 64 §o 1o de rit. nup. ideoq. n. prohibent int. filium tutoris et pupillum cum cesset iste timor d. l. libertus in fin. de rit. nup. et quamuis uerbis orationis diui Marci et Scti solum cautum sit de matrimonio, q. etiam pacto e. iungitur lege Iungentium 7a de pactis id e ne uxorem tutor, uel filius pupillam ducat, nec quidquam dictum sit de sponsalib. interpretando e sponsalia quoq. prohiberi l. tutor 15a cum l. sequenti de sponsalib. l. siquis tutor 60 §o quamuis de rit. nup. ubi ro redditur q. cumque nuptie contrahi n possunt, ea nec despondere quidem potest. Neq. obstat icti responsum in l. solet 10 §o 1o ff. de his qui notant. infamia ubi statuit uiduam intra annum luctus sine periculum infamie duci in matrimonium n posse, spondere uero posse; nam satisfacies in sponsa hoc casu cessare edicti rone propt. quam prohibite sunt nuptie intra annum luctus, id e turbationis et permixtionis sanguinis l. liberorum 11 §o 1o ff. eodem l. decreto 15a C. eodem. Quod sctum intelligendum arbitror n de ea que actualiter in pupillari etate reperit, que iure communi in matrimonium duci n potest, sed de ea que fuit pupilla cum qua etiam prohibent nuptie et sponsalia post depositam administrationem ante redditas rones l. n solum 67 ff. de ritu nuptiarum l. 6a C. de interdicto matrimonio int. pupillam et tutorem etc. Sicq. interpretat. text. in l. 2. §o 1o de his que ut indignis ubi pupilla, que contra sctum cum tutore nupta fuit fecit testamentum, si uero fuit pupilla cum decederet poi

tulavit tutorem pupillam uxorem ducere rite . uni contracte nuptie ualida q. sunt sponsalia, que pacta sive sponsalia, q.o n. sunt contra sctum a pretore tueri debent, ut lereq. extat rescriptum imp. l. 6.a C. de interdicto matrimonio l. 6. C. de donat. int. et nra interest ad enucleationem text. in l. cum post divortium 70 §o nuptiis de J. dotium ubi supponit nuptias ex voluntate patris puelle sive pupille cum filio tutoris iure fuisse contractas, que verba sunt intelligenda n. ut patre vivente del tutor, sed patrem tempore mortis concessisse filio tutoris nuptias posse contrahere cum pupilla in eodem genere pactorum contra scta reperiri arbitror venditionem que pactum e, marmorum, aliarumq. rerum affixarum edibus l. senatus 52 de contrahenda empt. l. cetera de leg. 1.o ubi scto facto anno 5o imperii Adriani Viola et Pansa consulibus fuisse constitutum cavet talem venditionem n. valere ea forte rone q. interesit reipublice publica edificia item et privata minime deformari ne ciuitates ipse deforment l. 2. C. de edificiis privatis.

Ultimo et pro coronide addit pretor pacta contra leges et principum edicta n. servabo d. §o pretor ait l. nec ex pretorio 27 de R. J. l. pacta 6.a C. de pactis l. n. dubium 5.a C. de legibus l. contra ius 28 in prin. hoc nro tit. l. 7.a §o et ω. ubi e eodem illustrant fortunius Garcia repetito §o pretor ait subtilissime faber de erroribus decade 12 errore 3.o idem in rationalibus ad nrum §um. Gotofre. dus sue prapis lib. 2.o tit. de pactis Conan. lib. 5.o Coment. c. e 5.o Vigelius methodo iuris ciuilis lib. 15.o c. 5.a exceptione 17.a pret. alios relatos a Morla in emporio iuris tit. loco. Quod observari etiam decideo in ultimis voluntatibus, ita ut relictum in testamento contra leges uel scta nullum sit l. siquis inquilinos 15 §o siquis scripserit de leg. 1.o idemq. scripsit subtili calamo dexteraq. manu Lapiman. lib. 8.o Digestorum ut refert ictus Marties in l. seruo alieno 116 §o fin. e. eodem ibi ineptas voluntates defunctorum circa sepulturam, veluti uestes, aut si qua alia supervacua in funus impendant n. ualere cartus e ex eo scilicet q. tales voluntates sunt contra ll. 12 tabularum ibi rogum ascia ne polito ubi lex iubet ut, cum corpus cremaret ut mos erat e rudibus et impolitis lignis quam confiat sumptus vetat adhiberi e supervacuos et inutiles a funeribus l. removet ig. r. carts certius e pacta contra ll. sive principum edicta omnino nulla esse a pretoreq. n. observari ad cuius intelligentiam mihi licere precor divagari, et iuris civilis utilia exempla quorum 1.us e pactum quo quis in venditione predii retinet colonos agriculture predii adscriptos, q.

nominatim e contra Principis rescriptum relatum in ... pred.
2ª l. quemadmodum 7ª C. de agricolis, et censitis, lib. 11, et expresse fuit prohibitum propter publicam utilitatem ne agricultura detrimentum patiatur in grave reipublicae dispendium, ita Covarruvias § 2º partis initio in cap. quamvis pactum de pactis 8º ex sequenti n. 2º.

32 2us est pactum rem communem sive hereditatem non dividi, quod contra ll. omnino nullius est momenti l. in hoc judicium 14 § si conveniat ff. comuni dividundo hac ratione tradita a Petro a Royo in prelectione ad text. in d. quintavalis 23 dessiderando, nam cum primario reipublicae interesse ut discordiae et rixae evitent et lex non faciendae divisione sequi poterant l. cum pater 77 § dulcissimis de leg. 2º ideo recte statutum fuit tale pactum non valere ita subtil. fab. in rationibus ad text. ad text. in d. § si conveniat. 3us inter exempla relucet pactum ut possessor fundi vectigalis sive stipendiarii ad solutionem tributi non teneat, sed ipse venditor, quod non valere a pretore quae per leges non servari docent text. in l. inter debitorem 43 hoc nostro tit. de pactis l. 3ª l. fin. C. sine censu juncta l. in summa 6ª C. de pignoribus quod ut docebimus infra apparet esse contra Imperatorum Antonini et Veri rescriptum relatum in l. imperatores 7 ff. de publicanis et vectigalibus ad cuius pacti verum sensum adverte ictum Papinianum in d. l. debitorem proposuisse hanc rationem invaliditatis dicti pacti, quod quatenus ad fisci rationem attinet privatorum nihil prosunt et cum jus publicum in fisci juribus conservandis consistat l. 1. C. de thimiphido a privatis tale jus non debet infringi l. jus publicum 38 de pactis et ideo cum creditor qui pignus accepit illud possideat l. cum et sortis 35 § fin. de pignorat. actione et ad possessorem fundi pertineat onus agnoscere tributorum cuique cum possessionis sit onus l. imperatores de publicanis non potuit pactio inter debitorem et creditorem efficere ut jus fisci convelleret, si obstat text. in l. epistola 52 § pactum de pactis ubi ea pacto ut tributa eiusdem praedii debitor penderet justa reputatur et ideo servanda.

33 Quare observo cum Ulpiano in d. l. epistola § pactum Papinianum in d. l. debitorem ita esse conveniendum: jus fiscale infringi non posse pacto privatorum ex traditione Papiniani in d. l. debitorem nam est jus publicum, jus civile, quod non mutatur a privatis l. jus publicum 38. de pactis, id est eorum pactis non posse fieri contra illud jus ut non conveniant, qui possessiones tenent in quo consistit jus fiscale ... d. l. ...

peratores et de publicanis, nam ita speciali favore introductum fuit ut possidens fundum ad onera teneatur ut constat ex dicta l. imperatores 7 ibi: in vectigalibus, vectigalia quidque praedia tributis publicalibus quae erant affecta l. sed et si 15 de publicanis l. cum 16 cum l. sequenti § fin. de V. S. et hoc indicat rescriptum imperatorum de quo ibi, nam si de jure communi ita obtineret in onere reali debito personae privatae non erat necessarium speciale rescriptum imperatorum cum frustra precibus impetraret quod jure communi concedebatur l. unica de thesauris, et hoc est quod voluit significare Papinianus in dicta l. int. debitorem illis verbis forma juris civilis id est quod per rescriptum Principis phisco fuit indultum, forma est lex, constitutio, rescriptum l. 4 C. de jure phisci. Unde cum hoc sit speciale phisci jus non potuit immutari a privatis, neque eorum pactis derogari imo nulla sunt l. contra jus 28 cum aliis § hoc nostro tit. quae constitutio cum in privatorum praediis non obtineret, neque jus civile id statueret pactum int. debitorem et creditorem ut etsi debitor praedii pignorati possessor non sit nihilominus tributa penderet validum iustum quod censetur cum non sit pactum contra juris prohibitionem et ita Vlp. opinatur in dicta l. epistola § pactum, vari forma docent ut reddatur quae sunt Caesaris Caesari // Amasa in Coment. ad dictum librum 10um Codicis tit. 16 de annonis et tributis n. 39. Cuyacius in tit. Codicis sine censu et reliquis.

Contraria tamen videtur decisio videtur decisio text. in l. 1a C. sine censu ubi pactum intervenit int. virum et uxorem, cum fundus in dotem acciperet ut creditoribus quibus ipse fundus fuerat obligatus ipsa tributa persolveret, et tamen imperator decrevit ut etsi pactum in stipulatione deduceret, nequaquam posset maritus rei agere contra uxorem ob tributa persoluta, quod etiam procedit, etsi fundus stimatus in dotem esset datus, quae decisio difficilis redditur ex dictis et ex lege et ex conventione 11 C. de pactis ubi idem casus apponitur, et diversum fuit responsum. Ratio dictae l. 1mae videtur accipienda esse de fundo affecto onere reali, tributorum quae phisco debebant quo casu pactum vel stipulatio int. posita ut mulier tributa solueret non potuit valere in praejuditium phisci contra imperatorum edicta cui resolutioni nec obstat dicta l. ex conventione 11 licet videatur ibi contrarium statui apertissime nam l. illa loquitur in praedio obligato creditoribus propter usuras, non vero in eo, qui esset affectus onere fiscali. Vlterius et si bene nostrae disputationis, paulatim recolligamus

3A

Itemque pactum contra LL duplici modo sumitur, primo quidem pro pacto quod specialiter ac nominatim legibus est prohibitum ut pactum pupilli sine tutoris auctoritate pascicentis d. l. contractus 28 C. uno tit. altero autem modo pactum contra LL. factum dicitur, cum non tam ipsum pactum, quam res que in pactum est deducta specialiter ac nominatim legibus est prohibita, huius generis pactum est sicut l. aliquid fieri iubeat contra paciscamur ut potest l. iubet, prohibet quod furtum rapinam, homicidium, et paciscamur furtum fieri, si itaque is qui rem suam deponit et depositarius paciscantur ne dolus in eo deposito prestet contra LL. pactum est, ideo quod nulla gatorium l. 23 de R.I. neque pretor illud est servaturus l. 7. § si paciscitur in fin. C. eodem tit. l. si unus 27 § illud C. eodem et ratio est, quia invitaret quis ad delinquendum, ideoque non servandum, quod contra LL. 2° modo. l. etenim iubet dolum prestari et paciscimur ne dolus prestet

35 Hec doctrina expressa reperitur in l. convenire ff. de pactis dotalibus ubi Paulus docet lib 7° ad Sabinum paciscimur non posse, neque pacta servanda, ne ob res donatas, vel amotas agat, quod altero pacto ad furandum mulieres invitant altero ius civile impugnant, id est pactum ne ob res donatas agat nominatim est prohibitum a iure civili, pactum vero ne ob res amotas agat etiam nullum est, quod licet non ipsum pactum nominatim, tamen res, que in pactum ~~a legibus~~ deducta LL. est prohibita, furtum scilicet a muliere marito factum. Ex quo infero in questione ad inferius dicendam videlicet cum ad venditoris obligationem ex natura contractus emptionis et venditionis pertineat ut emptori prestet evictionem. Que obligatio hoc pondus habet ut re evicta eius quod interest emptoris, venditor illi refundat l. venditor 8. C. de evictionibus l. non dubito 6. C. eodem tit. l. ex empto 11 § 1° cum sequentibus ff. de actionibus empti, licet pacto, sive conventione effici potest ut re evicta eius quod interest emptoris utilitas non prestet, ceterum ut pretium saltim non refundat conventione, sive pacto effici non potest iuxta Iuliani sententiam expressam in l. emptorem 12 § qui autem ff. sed Iulianus de actionibus empti licet contrarium sentiat Donell. lib 13° Coment. c. 2° circa finem. Que conventio sive pactio primo et principaliter non valet, quia impunitatem peccandi venditoribus dat si enim venditori asserenti rem alienam esse, aut pignori obligatam illam tali pacto vendere liceret ut evictionis nomine nihil omnino prestaret frequenter contingeret ut emptores do

lo malo in uenditione impune deciperent, quia cum mala fides uen
ditoris occulta sit, et difficilis probandi, ut pote in solo animo con
sistens l. bonae fidei 48 §o 1o ff. de adquir. rer. dom. quis non uidet ex
tali pacto impunitatis licentiam quoque peccandi facile oriri juxta l.
5a ff. de pactis dot. sic annuit licet nulla tradita ratione Zarmien
to selectarum interpretationum lib. 1o c. 11 in notis ad marginem per
et Sosimus Consilio 220.

36 Neque instabis ex l. tenet 6a §o si cum ultimo ff. de act.
empti ubi cauet uenditorem scientem rem uendente alienam esse
pasciscentem quoque quod euictionis nomine nihil prestaret propter dolum
malum teneri uenditorem ad pretium refundendum: et si ignora
uerit ut pretium non refundat pacto siue conuentione fieri po
terit, nam Iurisconsulti Juliani sententia dat distinctio inter casum
quo uenditor rem alienam uendidit ignorans esse alienam et inter
casum quo sciens siue loquitur casu fuit pactus in uenditione ni
hil euictionis nomine prestitutum iri; primo casu illo pacto solum
effici potest ut re euicta, quod emptoris interest non prestet; pre
tium uero rei emptori refundat, non quanti emptor emit, sed
quanti alii uendere potuit tempore euictionis l. 1a in prin
cipio ff. de actionibus empti: at 2o casu, quia dolo facit tenetur uen
ditor ex empto etiam ad interesse dicta l. tenet §o ultimo et l.
emptorem 52 §o qui autem in fin. 2us eandem Juliani sententiam,
deinde dici etiam poterat cum aliqua subtilitate ommisso
Amaya obseruationum Juris lib. 5o c. 1o §o 1o n 30 tale pactum mo
do dicto non ualere, quia exuberantia bonae fidei, quam contractus
emptionis desiderat, hanc conuentionis siue pacti inequa
litatem non patitur ut uenditor pretio suo, seu re fruat; emptor
autem de re, et pretio periclitet.

37 Hoc in pactorio in mata exemplo fiet clarius, nam cum
olim in actione rei uxoriae, quae bonae fidei fuit §o fuerat 29
instit. ~~l. 1a~~ de actionibus si stimatis rebus in dotem datis pac
to in continenti conuenisset ut tantundem stimatae res
redderentur, partus ancillarum manebant penes maritum l.
si inter 21 ff. de jure dotium l. penult. §o mancipia ff. soluto ma
trimonio, quia cum pactum hoc non eximeret maritum ab omni modo
periculo quod alioquin per stimationem rerum dotalium subiit

l. plerumque 20 de Jure dotium l. stimatis 50 ff. soluto matrimonio equum visum fuit propter equalitatem ut in compensationem periculi partus ancillarum ipsius loco caderent, verum est enim predictam conventionem sive pactum efficere ne res dotales esse desinant quamvis stimate sint l. cum per divortium 79 §. cum re de Jure dotium et per Const. uxoris manebit Unde ad eam stricto Jure partus spectare debebant, cum non sint in fructu l. vetus 68 ff. de usufructu, sed tamen equitas temperavit suum Jus ut maritus pro periculo retineret partus in actione rei uxorie propter bonam fidem, si vero ex stipulatu petebatur dos licet periculum ad maritum spectaret, non retinebat partus si extabant, petebant quoque ab uxore non solum ancile, sed etiam partus ex ancillis dotalibus procreati l. 1ª C. soluto matrimonio, sic itaque dispositis superest ut comprobemus pactum ut non teneatur de evictione quo ad pretium non refundendum minime valere exemplo traddito a DD. in l. cum antea C. de arbitris et in c. quintavalis 23. de Jur. Jurando, qui existimant et recte pacto sive parti effici non posse ut compromissum pars lesa enormissime excluddatur a recursu ad arbitrium boni viri, etiam si apponantur pene,

38 Addamus alia superioris doctrine exempla pactum illicitum quo Patronus liberto concedit liberam testandi facultatem quod etiam inutile est l. Paulus 47 §. Patronis 2. de Bonis libertorum nam libera testamenti factio non privati, sed publici Juris est l. 3 ff. qui testamenta facere possunt. et Jus publicum Juris civilis pars est §. huius instit. [illegible] tit. de Just. et Jure contractus civile esse apparet, sic quod solus Princeps id genus concessionis indulgere potest, at vero si remittat pacto patronus Jus Patronatus utilis est remissio et vi ipsius cum sub Jure patronatus contineatur Jus successionis liberam concessisse videtur testamenti factionem ut preterito patrono quem velit possit instituere heredem l. penult. et ult. C. de Bonis libertorum, quoniam tunc de Jure privato loco est Jure patronatus quod ipsius proprium est videtur patronus pactum fecisse. item pactum quo heres vivente te-

tatore legatarius falcidiam se non deducturum policeatur inutile est et non servandum l. quod bonis 15 § 1° ff. ad l. falcidiam quoniam juri publico, sic quod juri civili repugnat. Conel. lib. 8° coment. cap. 27, ita ut placuit nec stipulationes de non retinenda 4.a que non dum delata esset cum quouis interposita nec penam adiectam si contra factum esset tanquam juri publico repugnante ualere d.a l. quod bonis 15 § 1°. Conel. ubi supra, et ibi ... in notis ad Conel. lit. L. sin autem iam mortuo testatore hoc pactum fiat utile, et seruandum erit, quoniam iam uidetur heres dess. suo pacici, hoc est dess.e priuato, cuius remissio nullatenus prohibita est l. quidquid 46 ff. ad l. falcidiam l. ultima C. eodem l. et si patronus 20 § 1° ff. de donat. Notat quoque doctissimus Cujacius ad librum 8.um responsorum Papiniani in d.a l. quod bonis 15 § 1°. Nec obstat contradicibiliter textus in l. patronus 20 ff. de donat. ubi pactum a patrono post mortem liberti factum de restituendo fideicomisso in fraudem legitime portionis a se relicto; inutile futurum significat, nam respondet illud specialiter inductum in fauorem patroni, ne pars ex legitima uerecundie patronalis debita minuatur ut declarent text. in l. ita tamen 27 § si patronus 13 ff. ad Trebellianum, Accursius prout plures in d.a l. 20 Gothofred. in l. ult. C. ad l. falcidiam. Ut R.

Superest nunc ut aliqua tela contra nostram actionem retorqueamus, quorum unum est edictum edilium curulium: est pars juris honorarii siue pretorii § pretorum inst. lib. 1° tit. 2° de jure natali gentium et ciuili, sed contra hoc edictum ualet pactum l. pacisci 31 ff. hoc nostro tit. quoniam pactum contra illud factum est ideoque a pretore seruandum. R.° distinguendum esse utrum aliquis paciscatur contra jus commune aut contra jus sibi competens: pactum contra jus commune non ualet, id est pactum quod fit jure uetante, ueluti siquis paciscatur ne futurus dolus prestetur proprie enim contra jus fieri dicitur quod jure uetante fit l. contra 29 ff. de legib. l. qui uetante 102 de R. J.: pactum autem contra jus paciscentis factum id est quo paciscens remittit et renuntiat juri sibi competenti sine dubio ualet l. pactum 46 de pactis l. penult. C. eodem; tale est pactum contra edictum edilium. non enim fit uetante edicto, nec ualeret si pacisci ediles uetarent, sed improprie fieri dicitur contra edictum quatenus fit contra jus et bene 39

ficiis emptori competens ex edicto, quamobrem recte dicendum eiusmodi actum valere, ideoque servandum. Confirmant Iulius Pacius centuria 2. quaest. 6a. Ant. Fab. in rationibus in d. l. pacisci 31. communis Praeceptor Bichard. tit. 4o. instit. § 1o. n. 33.

Alterum est ex l. 7. § 0 et eritio hoc nostro tit. ibi enim expressum reperies tenere pactum sine stipulatione interposita contra leges. et de his dequibus pacisci non licet, puta quae aliquid sunt turpe, aut sint bonis moribus saltim ll. prohibitum l. generaliter 26 l. veluti 27 l. si stipulor 35 in princ. et § 1o. l. stipulatio hoc modo 61 l. inter stipulantes 83 § sacras de V. O. ibi enim in d. scilicet § pactum contra ll. rescindendum dicit, et si pactum ipso iure non teneret quomodo rescindi posset, certum est enim quod et si stipulatio, quando teneat submoveri stipulator potest per doli exceptionem ut in dolo malo, vel per vim adibita sit l. dolo, vel metu 5 C. de inutil. stipulationibus sed et ipso iure non teneat, et tamen omnino rescindenda sit fieri nullo modo, nulloque casu potest, quia omnis recissio in necessarius antecedens praesupponit tenere actum qui rescindit l. nam et si 5a. § 0. post defectum de iniusto rupto l. praeses provinciae 12 et l. sequenti l. sub praetext. 19 l. sanus mente 27 l. quamvis eum 39 C. de transactionibus l. ad rescindendam 4a. cum duabus sequentibus C. de rescindenda venditione.

40 Cuius difficultatis nodos dissolves omnium fabro in rationibus in d. § 0. et eritio, qui ausus fuit dicere Triboniani manum talem loquutionem sapere, si dixeris illa verba omnino rescindenda dici respectu possessionis, nam et si ex pacto, vel stipulatione contra ll. nulla nascatur obligatio, neque dominium transferat tamen possessio arguito text. in l. 1a. § 0 si vir uxori ff. de adquir. possess. cuius recuperandae causa dicit stipulationem contra ll. rescindi, quod dolo text. in l. si dolo 5a. C. de rescindenda venditione. Tertius et ultimus quia longior sum quam optaveram est pactum in venditione appositum ut servus non manumittatur ita ut impediat servi manumissionem, quod valet l. 5 C. si mancipium ita[a] et est contra ll. 2us quas libertas omnibus rebus favorabilior est l. cum pat. 77 § 0. cum existimaret de leg. 2o. l. libertas 106 l. libertas 122 l. non est singulis 156 § 1 de R. I. et simile pactum in contractu appositum de re non alienanda validum non est ut impediat dominii translationem l. qui fundum 75 ff. de contrahenda emptione l. si venditor 6a. § 1o. de servis exportandis l. si sterilis 21 § si tibi de actionibus empti l. si quis 135 § ea l. de V. O. l. ea lege 5a.

C de condict. ob causam Valla quem rogo videas illustr. Juris lib. 3°.
tractatu 2° ad tit. de leg. 1° c.e 2. n. 28 et in pactione illa con
tractui venditionis adiecta ut servus intra certum tempus manu
mittat, quamvis libertatem adiuvet necessaria fuit constitutio Divi
Marci ad Aufidium Victorinum, cuius potestate manumittentis fac
tum repraesentet, et servus fiat ipso Jure liber l. servum 11 §° 1°.
de minoribus l. 3.a et ultima de servis exportandis ex toto tit. C. si
mancipium, ita fuerit alienatum ut manumittatur, vel contra
[redacted] l. ultima de servis ex
portandis praeter Cujacium lib. 10 observationum c.e 21 et Fabrum lib.
14° Conjecturarum c.e 4.° ergo° pactum contra leges, et quod mirum est con
tra libertatem validum est. Nam Romanus Populus dominicae in
servos potestati summum imperium tribuisse l. 1.a de his qui sunt
sui, vel alieni Juris, quae potestas licet temperata fuit Imperatorum
rescriptis d. l. 1.a fuit tamen necessarium propter numerosas servo
rum familias, quas Romani habebant manere in dominis imperium
quo possent servos libertate privare et per prohibitiones manu
missionis perpetuae adicere servituti l. servus filii 44 §°
si idem servus de leg. 1° l. his qui 4.a §° in illis de manu
missionibus, sic quod tale pactum validum reputatur ad manumis
sionis prohibitionem.

Alia demum sunt plura pactorum exempla de dolo malo, me 41
tu, contra bonos mores contra scta contra ll. principum edic
ta celebrata, quae ipse praetor edicto de pactis ait se non serva
turum in l. 7. §° praetor ait, nec me aliquis gravet plura huius
generis pacta me ommittere, nam singula persequi et ex ratione
explicare nimis operosum esse, illa invenire licebit in l. Ju
risgentium 7 §°. si ob maleficium et §°. si paciscar cum tribus
sequentibus l. pacisci 31°. l. Jus agnationis 34.a l. sumptus 33
C. hoc titulo et l. neratius 20 de Relig. et sumptibus funerum l. il
lud 5.a et l. ut aurum 16 C. de pactis dotalibus l. 2 §° ultimo C.
familiae herciscundae l. 1.a §° si inter eos de magistratibus conve
niendis l. 2. §° sed et quod C de Jureiurando propter calumniam
l. licet C. familiae herciscundae l. pacta 6.a C. de pactis l. plebis
cito de off. praesidis l. solent §° fin. de off. proconsulis junctis aliis
tradditis a fortunio Garcia in tit. §° praetor ait a Cuiacio lib. 2°.
quaest. Papiniani in l. Jus publicum 38 cum similibus de pactis

Comelo in l. 6a C. de pactis et ab aliis Jurisprud. cultoribus

Cap. 3m de pacti diffinitione ad eandem l. 1a § 1o de pactis.

1 Nunc divina favente gratia sine qua nihil altum mens inchoat vela danda sunt et veniendum in disputationem diffinitionis pacti in genere, quae illustrat ab Ulpiano lib. 4o ad edictum in nra l. 1a § 1o istis verbis, pactio est duorum pluriumve in idem placitum et consensus, sive in idem placitum consensus. Diffinit etiam eodem modo ab Ulpiano lib. 4o disput. in l. pactum 3a de pollicitationibus istis verbis: pactum est duorum consensus, et quod conventio, et licet Duaren. contendat differre pactionem a pacto, tamen ut infra dixi placuit melioris notae interpretibus pactum et pactionem idem esse, eo quod tantum inter se distare quod pactio dici est ipse actus, aut factum contrahendi, cuius respectu pacta et contractus dicuntur esse facti l. concilio 7 § 0 fin. de curatore furiosi pactum autem proprie est Jus quod ex pactione exiisit, sive obligatio quae ex paciscendi actu nascitur. sed his vocabulis promiscue utuntur. ictl l. Jurisgentium 7 §. sed cum nulla cum sequentibus hoc nostro tit. l. contra 28 § 0 fin. C eodem l. minor 48 § fin. de minoribus Vuesembequius in paratitlo. hoc nro tit n. 2. Brissonius de Verb. signif. verbo pactio, Mendoza lib 1o de pactis c. 7o n 8. Carondas lib 2o verisimilium c. 4o ... Merlo plures referens in emporio Juris tit 3o c. 1a in preludiis a n 4o pret Cujacius et alios in nra l. 1a § 1o Recte quod Ulpianus pacti natam explanaturus illud cognoscendum proponit a pactionis diffinitione cum enim nuper dixisset pactum dictum a pactione, quoniam pactione fit subiliter subiicit quid sit pactio ut inde cognita pactione appareat quid sit pactum ut pote quod idem est cum pactione dempto solum temporis discrimine.

2 Superest ut exactissimo examini traditae diffinitionis verba subiiciantur inquit Ulpian. duorum pluriumve in idem placitum consensus, perque consensus concernit pactum cum ultima voluntate exprimi quod potest, vel inter partes ut plerumque fit, vel inter absentes ut contingit, quando quod per nuntium, vel per epistolam l. 2. C hoc nro tit. 1o si est pactum nudum significat in l. cum taberna 34 § 1o C de pignoribus, si est contractus est consensu decedens dicitur in l. 2. § 2o de oblig. et act. l. 1a § fin. de contrahenda emptione l. ultima de sponsalibus l. 4 C pro socio l. obligari quod § ultimo de auctoritate tutorum l. Titio 36 C

ad Municipalē l. 1.° §° V° C. mandati, ac demum eodem modo in reliquis negotiis causis consensus per nuntium, vel per epistolam significari posse apparet ex l. precario 9.ª C. precario l. si per epistolas 50 de adquir. hered. l. recusare 6.ª ad Tre bellianū l. fae 22 de manumissionibus cum aliis pluribus, itaq. quoties id dumtaxat queritur anuere consensus sit n̄ interest an a p̄ntibus, an ab absentibus per nuntium, vel per epistolam expressus concensus proponatur quippe utroq. modo uerus consensus ē. ~~Neq. contrarium rep~~

16 Sed contra ... supra traditam doctrinam actione prescriptis verbis solum dari adimplenti secundum regulam gntis d. L. gntis §. 1°. in ... q. illius interest, vel cum n. adest causa propt. quam crescat stimatio, q. alt. in mora n. fuit, vel in contractu facio ut des, in quo mora in ... sufficiens causa n. e. in pota implendi ex culpa, vel dolo n. adimplentis ad rem ipsam competere L. ult. C. de rerum permutatione. obstat text. in d. L. cum precibus 4. C. de rerum permutatione, ibi: si vero nulla stipulatio intercessit prescriptis verbis actio e. ut vel fides placiti tibi servet vel q. alterius accipiendi fundi gratia dedisti causa n. secuta restituat. ex quo imperatorum Diocletiani et Maximiani rescriptum fert actione prescriptis verbis n. solum competere ad rem, vel adimplentis interesse, sed etiam ad repetenda rem propria datam propt. causam n. secutam; cum ad d. repetitione det propria condictio causa data, causa n. secuta L. ult. D. eodem. ex quo etiam rescripto infertur videt in potestate esse illius, qui convenit utrum prestare mallet etiam invito actore rem suam an quod interest, an id quod accepit. Ad 1m. respondeo q. in illo text. tractat ad quid potest agi in illo contractu innominato, et responsum prebent imperatores dari illi, qui adimplevit actione prescriptis verbis ut fides placiti servet, id e. alt. ex p. sua contractu adimpleat, vel ad interesse condemnet et condictione causa data, causa n. secuta ad rem datam restituendam. Ad 2m. vero responde illa verba supra tradita, n. tam significare esse in potestate illius, qui convenit, quid mallit prestare quam referri ad arbitrium et electione actoris, vel condictione ad rem suam agere, vel actione prescriptis verbis L. 1. C. de rer. permutatione, et quemadmodum is, qui noxali actione experit alterum consequit, vel plenissimam indemnitatem, vel noxe deditione quamvis noxe deditio n. tam in petitione sit, quam in prestatione L. miles 6. §. decem de re judicata: ita et qui agit actione prescriptis verbis ex permutatione v.g. contra eum qui ex p. sua contractu implere recusat alterum consequit, vel id q. ipsius interest ei prestet, velut q. datum e. restituat; sed cum hac differ., quod in noxali actione noxe deditio tota e. in arbitrio et electione illius qui convenit etiam invito actore; restitutio autem eius q. ab actore datum e. n. e. in arbitrio et electione rei, nisi

actor qui praescriptis verbis agit consentiat.

Sed obstat text. in l. 1. §. 1. vers. de rerum permutatione, in quo post plures dissas repetitas in princ. legis inter contractus nominatos emptionis et venditionis et innominatos permutationis ultima dissa ex his quae Paulus refert est q. in emptione datur actio ex empto adversus venditorem ad id omne, q. emptoris interest si nollit venditor rem tradere l. 1. l. ex empto 11. §. 1. de act. empti l. si in venditione 60 l. evicta 70 ff. de evictionib., nec permittitur emptori pretium q. dedit etiam si id malit repetere l. ea conditione 14 C. de rescindenda vendit. l. incivilem 12. C. de rei vindicat. at in contractu permutationis habet electionem actor, qui iam ex parte sua contractus adimpleuit, an malit rem quam dedit repetere, vel agere actione praescriptis verbis, haec est ultima dissa a Paulo tradita secundum illius mentem. Contrarium tamen infert ex verbis ibi vers. ex altera parte traditione facta si alter nolit rem tradere, non in hoc agemus utique, q. interest nostra illam rem accepisse de qua convenit, sed ut res nostra nobis reddatur condictioni locus est quasi re non secuta, quae ut concilies cum ipsius Pauli mente, illa verba scripta in ultimo huius §. vers. non in hoc agemus. sic accipi debere existimo, ac si adiectum esset omnimodo, ita v.g. non in hoc agemus omnimodo in id q. interest nostra illam rem accepisse, de qua convenit, q. electionem actor habet, vel agendi in id quod interest actione praescriptis verbis, vel repetendi q. datum est condictione ob rem dati, re non secuta, haec mecum aliquando cogitavi postea tamen inveni hanc solutionem comprobatam a Fabro in rationib. in l. 1. de rer. permutat. 17

Sed haec omnia destruere videtur difficilis text. in l. heredi 3. §. 1. vers. quinimo de condict. causa data causa non secuta, nam supra ut certus asseveravit, dari hanc actionem praescriptis verbis sive ad rem sive ad interesse solum adimplenti ex parte sua contractum, et non alio casu l. 3. C. de rer. permutat. Et contra q. obstat d. vers. difficilis text. in l. 3. vers. quinimo ibi enim de dictis viginti ut servum intra certum tempus manumitteres dubium fuit an si servus decesserit repeti viginti possint, in qua dubitatione Proculus ait si post id temporis decesserit, quo manumitti potuit repetitionem esse, si vero minus cessare repetitionem condictionem causa data, causa non secuta. Quinimo et 18

si nihil tibi dedi ut manumitteres placuerat tamen ut darem ultro tibi competere actionem, quae ex hoc contractu nascitur id est condictionem defuncto quoque eo: ita Vlpian. ubi supra Proculi secutus sententiam ex quantum decisione ita a forma argum id dicit non adimplenti dari condictionem: sed a fortiori debet esse actio praescriptis verbis quam non adimplenti datur actio praescriptis verbis. Illi probo. nam haec condictio non est causa data, causa non secuta. Ex quo talis condictio est ipsius rei datae, et competit quando id propter quod dedi secutum non fuit L. domus 52 L. Iulianus 65 § 1. quod ob rem 4° de condict. indeb. et ego nihil dedi, nec fuit quod possem mea condictione repetere. Praeterea etiam quia haec condictio hic nascitur ex proprio contractu ibi quae ex contractu nascitur et subtilissimus Fab. docet condictio causa data causa non secuta, non tam nascitur ex contractu innominato, quam ex aequitate illa gentium, quae non patitur ut quod ego tibi dedi penes te remaneat si ex parte tua contractus non adimpleas, deinde non est condictio ex contractu pendens quae etiam illi competit qui dedit ut id repetat si poenituerit dedisse L. si pecuniam 3. de condict. causa data causa non secuta. ergo competit actio praescriptis verbis, quae condictio est quae ita experitur, si apparet dare facereve opportere: ergo non adimplenti datur actio praescriptis verbis. Ad hanc gravissimam difficultatem non placet respectus Fabri testimonium, qui hunc errorem Triboniani esse audet affirmare, nec solo Accursii et aliorum, qui supponit intervenisse stipulationem, nam haec solo impugnat ex quo in prin. d. § 1. V. quid si idem eodem casu asserit ictus, quod si non dum tempus manumissioni assignatum praeterierit dari condictionem ex L. paenit. quae non daretur si esset talis contractus stipulatione vallatus.

19 Hunc obicem tollere conatur Donell. lib. 14 Comment. c. 21 hic et doctrinam accomodavit moti difficultati asserit enim doctissimus vir Proculi sententiam esse, quae refert ibi ab Vlpiano, illam autem Vlpianus non probare per omnia, ipse enim Vlpian. discedere eam temperat in L. 5. § 1. V. sed utrum accepit de causa data, causa non secuta, hoc modo cum sine mora accipientis Stichus decessit, qui manumitti debuerat cessat repetitio, si is qui manumittere debebat distracturus Stichum fuerit quem idem non distraxit, quia ad manumissionem servabat, quia

si distracturus n. fuit, nominatim addit ibidem Vlpianus repetitionem competere, quamuis Stichus casu perierit, decederet enim inquit, et si debitor n. accepisset ut manumitteret; et eisdem retentis casu, et distone asserit Vlp. q.d similiter tibi dedi ut manumitteres placuerat tamen ut darem competere tibi actionem prescriptis Verbis. Quam distonem et soto ne n. improbo, imo laudo, sed replicabis, cur hęc dicto tradit ab Vlpiano si do tibi Viginti, ut decem ut seruum tuum manumittas, et n. traddit si do tibi decem, uel uiginti ut mihi Stichum des: et cur uidet adimpleuisse illum, qui manumittere debebat Stichum, et n. manumissit, q.a mortuus fuit, etiam si illum esset distracturus, et n. casu quo dedi ut mihi Stichum dares. Ad rone distonis audi Don [redacted] de Perez specul. lib 2. sect. 2. c.e 7.o recordare q.d distonis Vlpiani, cuius n. meminit [redacted], qui existimat distinguendu eum cui dedi ut faceret, uel daret. ex quo mihi utilitas resultat, et eum cui aliq.d do, ut aliq.d faciat. ex quo nihil mihi comodi resultat: in 1.o casu propt utilitatem do; in 2.o quero obsequium, et propt eam causam do, in 1.o casu si alt n. facit, uel dat semper uerum e. causam propt quam dedi secutam n. fuisse; in 2.o casu cum per me n. stetit, quo minus manumitterem, de me queri n. potest, q.a imperium suum n. contempsi; quare frustra diceres causam sequtam n. fuisse. uerum e. enim illum semper obsecundasse; quinimo similiter tibi dedi ut manumitteres, placuerat tamen, si moriatur Stichus tibi competet prescriptis Verbis actio, quasi impleuisses. Hęc soto debilissima, sed n. e. conformis distoni Vlpiani. Audite aliam.

Existimo Vlpiani distonem reperiri in casu quo do ut manumittas 20
n. uero in casu quo do ut des, uel facias, q. illo casu potest dici seruaui Stichum ut illum manumitteres adueniente die, et quod alit distracturus esses, sic ergo peruenisti, quamuis potuisti Stichum seruando, et propt hoc in damno reperireris, si tibi datum repeti posset, et n. datum petere n. posses mortuo Sticho, quem distracturus fuisses, cum uero do ut des isto casu iam distracto, et ideo seruo, sic

q. omni in casu mihi adimplendi, si n dedisti, vel feisti dat̃ condictio causa data, causa n̄ secuta, et si res, qua a te erat adimplendum perierit, nullo tibi dabit actio.

21 Sed dices, si actio prescriptis Verbis condictio ē, eiusq. proponendę ea formula fuit si apparet eum mihi dare, facere oportere cur dat, q.do res propria restituit l. si gratuita 17 §.o Papinianus l. apud Labeone 20 l. duo 23. de pręscriptis Verbis contra Juris principia rei scilicet proprię n̄ dari condictionem, §.o sic itaq. discretis inst. de action. Solutio petenda ē ex formula antiqua, quę sic concipiebat si apparet dare, facere ve oportere sufficiebatque alterutru ex his probare, q.a disiuncta erant, quamuis coniunctiue proferebant l. sępe §3 de V. S. quare uti poterat condictione dnus respectu possesionis, et tunc intendens condictionem hac formula si apparet dare, facere ve oportere sufficiebat probare, facere oportere, q.a possesio condicebat, quę tota facti ē l. demq. 19 ex quibq causis maiores. Quare ut certum suppono istam actionem pręscriptis Verbis esse personalem, q.a personalis actio ē, quę ex obligatione nascit l. licet §.o ea obligatio de procuratoribq, quę quidem ē personalis n̄ q.a cum persona extinguit ut usus, et usufructus, quę ad heredes n̄ transmittunt l. penult. C. de usufructu §.o finit inst. de usufructu, sed q.a personam obligati tenet, et eius ossibq adheret l. actionu 25 de obligat. et act. ita enucleanda decisio tert. in l. 1.a §.o impuberi de colat. Bonor. in qua loquens icbus Vlpian. de actione 4.a competenti impuberi arrogato ex rescripto Diui Pii in questione an ad heredem suum transferret 4.a actionem decreuit ad heredes transire, q.a personalis actio ē, actio enim personalis n̄ dicit, q.a cum persona extinguit et ad heredem n̄ transit ut seruitutes personales, sed q. nunquam excedit personam obligati, et quocumq. ua dat semper eum comitat ad heredemq. transit obligatio, cum in Vniuersum Jus defuncti succedat, eademq. persona cum defuncto censeat, ideoq. recte dicit in d.o §.o impuberi actionem transire ad heredem, q.a personalis ē.

22 Vlterius hęc nra actio pręscriptis Verbis, tunc competet q. catere usitatę actiones deficiunt l. 2.a et 3.o de pręscriptis Verbis l. 1.a de ęstimatoria act. l. 6.a C. de transactionibq. Padilla in l. natis 5.a §.o 1.o de pręscriptis Verbis n 17. Fab. de erroribq

decade 83 errore 6. Conan. lib 7°. c° 15 n 11. q.d defendit totis
viribus Alciat. lib 4°. paradoxarum c° 1°. Unde cum ex contracti-
bus innominatis, nulla competat actio Vulgarius recte competit
actio praescriptis verbis ut patet ex toto tit. de praescrip. verb. inter
dum tamen actio praescriptis verbis concurrit cum alio Juris
remedio ut in precario receptum video L. 2. §° 1°. sed et q §°. ult.
D. de precario. Sed obstat text. in L. 2. C. de pactis int. emptores
et venditores in quo dedi tibi fundum ea L. sine pacto ut mihi
quandocumque pretium offerenti eum reddas, in qua conventione scrip-
tum est ut fides pacti servetur dari mihi actionem praescriptis verbis
vel ex vendito: q.o cum datur certa et usitata actio datur actio praes-
criptis verbis. Ut respondeam distinguo pacta in continenti
adiecta, quae informant contractus et actionem, et pacta, quae trans-
formant, et evertunt contractus; illa sine dubio pariunt actionem
ipsius contractus, mihi veterum sententia in dubio erant dari ac-
tionem praescriptis verbis L. si vir 12 de praescript. verbis, Sabinia-
norum scilicet et Proculeianorum; Sabinus enim putabat actio-
nes ex contractu formari L. si convenerit 6°. C. de rescind. vend.
L. fundi partes de contrah. empt. L. si sterilis 21 §° si Tibi L.
tenet §°. si vendidi de actionibus empti ad quam sententiam moveba-
tur nam cum pacta in exordio contractus adiecta ipso contrac-
tu contineantur mirum non est, tanquam ipsius contractus cohaerentia
vestita eandem actionem producere L. Juris gentium 7. §° qui-
nimo D. de pactis. Donell. lib 12 Comment. c° 11. Revard. lib.
2°. Variarum c° 1°. contra vero Proculus dicebat in L. si vir
uxori 12 de praescript. verbis, dari q.d actionem in factum asse-
rebat, hac scilicet ratione, q.o cum pactum addatur emptioni non tam
ad contrahendam, quam ad dissolvendam obligationem tutius erat
agere actione praescriptis verbis, cum recte dubitetur an dan-
da sit actio ex pacto, q.d distrahendae obligationis gratia factum
est, postea tamen imperatorum Divi Veri et Antonini declara-
tione decisum fuit ut scribit Ulpian. in L. ~~quinta~~ si fundus
4°. de L. commissoria, ex vendito actionem competere, in pac-
to simili cum imperatoris Severi rescriptum interpretaretur in L.
imperator 19 de in diem addictione; quod obtinuit ~~de in diem ad~~

eoque pactum recissorium et similia emptionis partem esse, et quodmodo pretii partem obtinere decisum fuit, quia sine eo emptio contracta non esset, sicque huic rationi consentaneum fuit dari dictam actionem arguto text. in L. sed celsus §° 1° de contrah. empt. L. si sterilis 21. §° 1 ibi de actionibus empti. Unde manifestum est Sabini sententiam prevaluisse ante rescriptum imperatorum Veri et Antonini non constare, fuereque nulli icti qui pro Sabino contra ~~[illegible]~~ Proculum, aut e contra non sunt ausi judicare, sed quandoque diversa utriusque sectae opinionem respondentes, uel actionem ex uendito, uel prescriptis verbis accomodarunt L. Labeo 50 de contrah. empt. ita ~~agat verba~~ admissa rixa conciliat jura Hotomanus lib 6°. observat. c.° 15°. quem sequitur Velazco de uariis ueterum alterationibus L. si fundus 4°. de lege commissoria, licet contra sentiat Cujacius lib 2°. ad edictum int. L. si convenerit 6a. uerum Justinianus postea utramque concessit L. 2.° C. de pactis inter emptorem et venditorem.

23 Obstat etiam difficilis decisio text. in L. si quis 18. §. si libero homini D. comodati, in quo si libero homini, qui mihi bona fide serviebat, quasi servo, rem comodavero: quesitum fuit an herem mandati actionem, uel comodati, si jussissem illi ut aliquid faceret, decisum quod a icto Pomponio dari actionem comodati, uel prescriptis verbis: quod comprobat authoritate Celsi filii, qui aiebat quod si eodem casu jussissem ut aliquid faceret dari actionem mandati, uel prescriptis verbis, quem sequitur Julian. in actione mandati in L. si procuratorem 8. §. si liber homo D. mandati. Que decisio 1.° est contra rationem, 2° est contra Paulum et Labeonem in L. atqui natura 20 §°. si libero homini de negotiis gestis, ubi eodem casu decidit dari actionem negotiorum gestorum, ratione ibi tradita quia non libera uoluntate exequitur bona fide possessus rem sibi mandatam, sed quasi ex necessitate seruili, quam rationem comprobat text. in L. si mandauero 22 §°. ult. D. mandati sequitur que Bartol. preter alios in §° si libero homini L. si quis 17. D. comodati. Solutio ad 2.m difficultatem ut prima resequenda petenda est ex ueterum rixis inter Capitonem et Labeonem.

illum sequebant Sabinus, Casius, et alii; istum Nerva, Proculus, et alteri: ab illo Sabiniani, ab isto Proculeiani appellati sunt inter quas rixas hec fuit, an prędicto cassu daret actio mandati, sive negotiorum gestorum. Celsus, et Proculus in L. 13. §o. si libero homi D. comodati, aiebant dari actionem commodati, vel mandati ratione ibi tradita: Labeo vero in d. L. atquin nata 20 §o si libero homi, dari actiones negotiorum gestorum aiebat propt rones etiam ibi tradditas ultra hanc quesiiones asseverabant Celsus, et Proculus dari simul cum actione comodati, vel mandati actionem prescriptis Verbis; vel quo cum dubitaret de actione competitura affirmabant Proculus et Celsus, dari actiones comodati, vel mandati, quo 2um illius secte opinione illo proposito cassu erat celebratum commodatum, aut mandatum, vel actionem prescriptis Verbis, quo semper ac dubitat, que actio vulgarium competat tutius est agere actione prescriptis Verbis L. si gratuitas 18 de prescript. Verbis, vel asseverabant prędicti Proculus scilicet, et Celsus dari actionem commodati, vel prescriptis verbis non simul, sed aut unas, aut alteras ita ut cassu, quo non deberet dari actio commodati daret actio prescriptis Verbis, non vero negotiorum gestorum ut Labeo, et alii asserebant, quo si aliquid deficiebat ad mandatum celebrandum, aliud abundabat a negotiorum gestorum actione.

Aduerte etiam quod etsi aliquando det propria actio tamen propter controversias istorum, seu tanum di nomine actionis tutius erat agere actione prescriptis Verbis d. L. 18. L. rogasti 21. L. titius 24 de prescriptis Verbis et ibi Cujacius in Commentariis ad Africanum tractatu 8: ne actor eligens actiones de qua dubitabat an competeret a causa caderet, cum adhuc, qui cadebat a silaba cadebat a causa §o. item 33 inst. de actionibus, licet hę subtilitates postea fuerint sublatę L. 2. C. de formulis sublatis, de qua actio 2A

ne plura dicunt Donelus lib 18. Digestorum ad tit. 5um. de praescriptis Verbis. Padilla in l. natis 5°. D. eodem. Ant. Gomez lib. 2°. Variarum c.e 8°. Vbezembequius in Paratitlis tit. de praescriptis Verb. communis praeceptor Dich. 8° fuerat autem 29 inst. de actionibus quaest. 28 et 29 Conan. lib 7° Comment. c.e 15°. chumatero selectarum Juris interpretationum disp. 8a. Duaren. ad eundem tit. Mendoza lib. 8° disputationum c.e 4°. Couarr. lib 2°. Variarum c.e 27. Contius lib. 1°. lectionum c.e 13 [illegible]

25 2°. distinguuntur contractus innominati a contractibus nominatis, nam ex illis nascitur condictio causa data, causa non secuta l. 1a. et toto tit. de condict. causa data causa non sec. l. 1a. C. de condict. ob causam datorum, ratione negotii non perfecti, licet propter aliam rationem generaliorem competere Sentit Fab. in ratiolib. l. 1a. de rer. permut. ex istis uero non nascitur ut sentit Menchaca usufrequentibus c.e 59 n 20, quae quidem condictio siue repetitio tunc datur quando causa, siue l. siue conditio, quae pro eodem accipiuntur l. 3a. l. 2a. de condict. ob causam datorum l. legem C. de pactis l. ea lege et toto tit. C. si mancipium ita fuerit alienatum etc. l. si repetendi C. de condict. ob causam l. 3a C. eodem, propter quam causam legem siue pactum conditionem quae dedit secuta non est l. similiter 5°. l. 2a. C. de condictione ob caus. dat. l. domus 52 l. in summa 65 §. quod obrem de condict. indebiti itaque desiderat haec repetitio quatuor ut refert. Donell. lib 14°. Comment. c.e 20 sit quid datum sit, ut sit datum ob causam ut aliquid sequatur, ut ob causam non inhonestam, et causa non sit secuta. 1us ut quid datum sit, unde repetitio et condictio datorum d. l. similiter 5°. et inscriptione ipsa tituli. C. de condict. ob caus. dat. sed repetitionis et restitutionis Verbum satis prius aliquid datum esse arguit. Datum accipiemus non solum quod naturaliter datum est, sed etiam quod civiliter, id est quod non vere datum Jure tamen pro dato habetur l. si quis 4a. l. mulier 10 de condict. causa data, causa non secuta inquibus creditor cui debebantur puta decem, ea debitoris sui accepto tulit; ut si aliquid

faceret, expromissori v.g. daret si debitor non det expromisso-
rem; placuit ea decem ei condici posse, non actione ex stipula-
tione, quae per acceptilationem sublata fuit § item inst. quib.
modis tollit. obligatio: g.o condictione causa data, causa non secuta
sive condictione ob causam datorum. Sed replicabis, quomodo con-
dictione datum est repetenda res ubi nihil datum proponitur. ex
dictis reiicietur dolo, nam licet hic nihil datum est, jure vero decem
pro datis habentur, hac scilicet ratione, quia ordo rei gerendae fu-
turus erat ut debitor decem debita solveret creditori, creditor
ea accepta, tradderet eidem debitori ut rursus apud eum
essent ut antea: quod idem consequitur per acceptilationem.
recte quoque Jabolenus scribit in d. l. si mulier §. nihil interesse
utrum ex numeratione pecuniarum ad eum sine causa an per
acceptilationem pervenerit: sic quoque fictione brevis manus ut
evitet circuitus Ulpianus in l. simili casu inst. l. 3o § ult.
de donat. inter. pecuniam ad debitorem pervenisse existimat.

Ab istis principiis ascendo ad aliam explicationem text. 26
in l. ob eam causam ff. de prescript. verbis, in quo text. talis
proponitur casus, debebas mihi decem, et tibi Caius alia decem:
accepto tibi tuli ut mihi Caium delegares; fidem contractus non
adimplevisti, dubium fuit, quae mihi daret actio, decisum quoque fuit
dari praescriptis verbis actionem ut alter adimpleat l. legem C.
de dolo, non vero restaurari veterem obligationem, sed promissa praestari,
aut condemnationem sequi: quibus verbis non negat iuris consultus Papinia-
nus dari condictionem causa data, causa non secuta ad decem
repetenda: sed negat condictionem competere ut veteris obligatio
suscitetur, quae non potest, l. inter stipulantem § 3 §. sacras de V. O. l.
qui res 98 §. aream de solutionibus. itaque sensus d. legis
quae est si fidem pacti non adimplevisti, datur mihi actio praescript.
verb. ut te adimpleas si hanc actionem eligo. Postea agit
de utraque actione, ita judicis officio non vetus obligatio restaura-
bitur ad hancque suscitandam datur condictio causa data, causa
non secuta; sed promissa praestabuntur, id est decem quae antea promissa
erant per contractum stipulationis praestabuntur, ac si numerata esset.
aut condemnatio sequetur ut condemnetur qui sic delegetur.

27 Dicit etiam requiri ad hanc condictione ob causam datorum ut quid datum sit ut excludat casus, et negotium, in quo factum est aliquid ob aliquam causam, manumisisti scilicet ut mihi aliquid dares, vel faceres; vel emancipavit; quibus casibus si ex parte mea implevit dat mihi actio praescriptis verbis ad compellendum eum, qui non adimplevit ut impleat, non vero condictio causa data causa non secuta, quoniam facta infecta fieri non possunt l. in bello 12 §° facti de captivis et postlim. reversis, qui casus est exceptio regulae supra tradditae: loco huius condictionis dat actio de dolo l. cum proponas 4. C. de dolo, si dolus aliquis arguat, non ut prestes id de quo convenit, sed ut si malim prestes, quanti interest mea factum non fuisse, quod feci, qua doctrina enucleat text. in l. natis 5° §° quod si faciam de praescript. verb. ubi haec proferunt verba, si fuit conventus, ut ego facerem ut tu dares, vel faceres, et postquam feci cesses dare nulla erit civilis actio, et ideo de dolo actio dabit, ac si diceret licet ut Accursius interpretat in d. § quod si faciam actionem praescriptis verbis, et de dolo competere ad diversa actionem praescriptis verbis ut fides placiti servaret competere actionem vero de dolo competere loco condictionis causa data, causa non secuta, et ut addit Donel. lib 14. Comment. c° 35, tunc competet actio de dolo, quando aliquis dolus arguit, quo casu non dat actio praescriptis verbis, sic que competunt non solum ad diversa ut asserit Accursius, sed etiam in diversis locis et casibus ut addit Donelus, idem ius reqeriri iudico, si celebratum transactio per contractum innominatum, veluti discedo a lite ut aliquid mihi des, nam si ego discedi a lite, id est litem remisisi, et postea non est secuta causa ut mihi scilicet dares cessat condictio causa data, causa non secuta l. si pro fundo 33 C. de transactionibus l. mota 6. C. eodem, in quibus discessi a lite causaque non est secuta, et tamen non dat mihi condictio praedicta ad suscitandam litem, sed actio praescriptis verbis ut fides placiti servet sub hac tamen distinctione, nam si actor querellam in Aquilianam stipulationem deducat, ac deinde acceptilatione rerum liberet extinguunt querella inofficiosi testamenti, et obligatio, sicque quia factum revocari non potest, id est quod feci ut dares, et tale factum revocari non potest obligatio

enim extincta sucitari ñ potest, ñ dat vera condictio: si vero pacto remittat actio, cum ñ ita remittat iure ciuili manebit L. 5 C. de pactis, ita ut si alt ñ adimplet, potest iste tuto experiri, et si obiiceret pacti exceptio illa replicatione doli infirmari posset L. sine apud acta 28 C. de transactionibus stabilitum fuit ñ dari condictionem ob causam datam alia specialiori rone odio scilicet litium, ne demortuae sucitarent lites, et ut aliquis earum finis sit, cui valde Ius studet L. ult. D. pro socio L. quidam 21. de reb. cred. L. fratris 10. L. quamuis 39 C. de transactionibus; qua rone si e conuerso conuentum fuit int nos ut tu a lite discederes, et ego fundum darem, et cum dedissem noluisti a lite discedere ñ dat mihi condictio causa data, causa ñ seq. ad repetendum fundum L. cum proponas 21. C de pactis, sed actio praescriptis Verbis ad compellendum te ut ex p. tua adimpleas. ~~Sed ob~~

Sed obstat text. in L. 3. de condict. caus. dat. ubi proponit, me tibi centum dedisse, ne ad Iudicium iret, quesitum fuit an condicere possem id q. dedi si mihi pertet ñ caueat ad Iudicem ñ iri decisum q. fuit sub distone, nam si dedi ut repromittat condici poterit, si ñ repromittat, si ut ñ eat condictio cessat, quandiu ñ itur: g. si aliquid dedi ut a lite discederes, et ex p. mea impleui, et possum te compellere ut mihi repromittas actione praescriptis Verbis, et repetere rem datam condictione causa data, causa ñ seq. q. ē contra dictum. Sed satisfacies cum Fab. in d. L. 3. negotium de quo agit in d. L. instar transactionis esse, sed ñ esse proprie transactionem, quoniam cum inspicienda sit forma contrahendi L. si procuratorem 8. D. mandati, et transactio semper incipiat a dimittenda actione, et decidenda lite, et per contrarium in proposita specie, pecunia data fuit, ne ad Iudicem iret, ñ ē transactio q. a datione incipit, et ñ a pacto decidendi litem: nec 28

ita conuenit ut extingueret, sed quasi extingueret per conuentionem de non adeundo Judice; itaque quamuis transactio, quandoque fiat per innominatos contractus, tamen aliter celebrat, quam in illa specie, ueluti, quando conuenit de finienda lite re accepta, et postea, uel remissa fuit actio, uel res data L. si p[illegible] profunde 33 C. de transactionibus.

29 Vltra istas exceptiones ad regulam supra traditam, dari condictionem causa dat. causa non secuta in contractibus innominatis datur alia non minus subtilis, que sic se habet, si tibi dedi ut mihi dares, uel faceres, et m. x, quod tibi dedi in ea causa est ut per rerum natas prestari non potest, ueluti si dedi ancillam, que a te eius manumissa est non datur uero condictio; licebit tamen mihi agere aduersus te in id quod mea interest ancillam datam non esse, eritque in eam rem de dolo actio, que senta est legis cum proponas 4.° C. de dolo. Sed hec ita sunt si de re data reuocanda uelim experiri et dolus tuus arguit, si uero uelim, ut fidem placiadimpleas datur mihi actio prescriptis Verbis, que actiones plurimum differunt, illa famosa L. 1.° de his que notant infamia l. penult. de in integrum restitutione; ista nequaquam; actio de dolo intra bienium solum competit L. ult. C. de dolo; actio prescriptis Verbis ut ciuilis perpetua est inst. ~~L. 1.°~~ de perpetuis et temporalibus act.

30 Sed contra supra traditam limitationem obstat text. in L. cum seruus 13 de condict. causa dat. ubi in qua talis proponit cassus. seruus qui in suspitionem furti uenerat a domino datus fuit Titio ut si compereri[illegible] ueritas posset per tormenta de eo supplicium summeret, sin alio domino redderet: Titius contra fidem conuentionis prefecto Vigilum tradidit seruus puniendus tanquam conuictus et in furto deprehensus, quem prefectus Vigilus summo supplicio afficit: quo cassu dubium fuit, quibus actionibus dominus Titius teneat. et sic distinguit Pomponius; uel seruus Titi

ita dabes fuit ut eius statim fieret sub causa tamen reddendi eum dño, vel simpliciter ita traditus fuit ut dñi maneret, quoniam dandi verbum aliq. n. portat domini translationem l. 8. de prescript. verb. l. casu dat condictio causa data eff. ad servi stimationem ut s. ex illis verbis agés cum Titio dare tibi eum oportere, in qua specie Labeo concedebat actionem ad exhibendum, quia dolo fecit, quominus exhiberet l. tigni 7. § 1. l. si ad exhibendum 8. l. Julian. q. § 1. ad exhibendum: reprehendit vero a Proculo, q. actio ad exhibendum propter vindicationem introducta fuit et ubi vindicatio cessat, cessat actio ad exhibendum l. 1. D. eodem, sic q. concludebat Proculus, q. si dñus transtulit dominium servi dari vras condictionem, n. vero rei vindicationem si vero dñi servus mansit, et tantum Titio fuit traditus simpliciter vindicari potest tanquam dolo malo desiisset possidere l. is qui dolo 69. de rei vindicat. et de eo ad exhibendum potest agi d. l. tigni 7. § 1. ita Pomponius refert casum, rivam et decisionem in d. l. cum servus 13, vel 15. ex quo textu infero dari condictionem vras rei datę, et si res quę ē data in ea causa sit ut per rerum natam prestari n. possit, quę difficultas maior ē si consideres rationem decisionis, cur det condictio mortuo servo ultimo supplicio ibi, q. et ante mortem dare eum opportuerat, quę ro militat in l. cum proponas 4. C. de dolo.

Tamen respondebis q. in l. cum proponas 4. duplex dabat remedium, q. duplex actio scilicet prescriptis verbis vel de dolo; illa dat ad compellendum eum, qui tenebat adimplere, et n. adimplevit: ista dat si dolus aliquis accessit ad id q. adimplentis interest ancilam datam n. esse, et licet ita n. sentiat Accursius sequor Donel. ubi supra, qui dolus potest prospici ex manifesto indicio, q. deius expectavit manumitti ancillam ~~ex manifesto~~ et postquam manumissa fuit noluit ex p. sua adimplere; cum cerneret 31

amplius addo retractari non posse semel datam libertatem ex quibus, et quoniam res data in causa erat ut per rerum naturam repetitari non posset, mirum non est non dari nostram condictionem; et simul ex quo ancilla, quae data erat manumissa fuit, si daretur condictio videretur peti revocari libertatem, cuius revocandae potestas non datur: quoniam neque condictio dari potest, neque quod necessaria est: at vero in l. cum servus duplex illud remedium non datur, quoniam neque datur actio praescriptis verbis, quoniam non dedi servum cum furti argueretur, quaestionis habendae causa stimabatur, quo casu datur actio praescriptis verbis l. dous 8. de praescriptis verbis; neque actio de dolo, quoniam non tam facilis in isto casu, quam in casu dictae legis cum proponas 4. commitit: igitur recte asserit ictus Pomponius testimonio Proculi contra Labeonem dari condictionem causa data est ad servi stimationem.

32 Prosequor ad explicationem l. requisiti nostrae condictionis dictae l. cum servus ubi Proculus asserebat contra Labeonem dari condictionem nostram, si eius servi fuit translatum dominium, quo casu ad exhibendum agi non potest, neque rei vindicatoria; quod petit nostra condictio in esse condictionis. ita intelligitur difficilis et non vulgaris textus in l. Proculus 68 de jure dotium, in quo talis narratur historia: Galatea ancilla, quae de facto nupsit dotis nomine pecuniam viro tradidit, dubium fuit ancillam pecuniam viri faceret, decisum quod fuit non posse eam pecuniam viri facere, sicque manere eam illius, cuius antea fuerat, nisi forte usucapta esset: prosequitur postea ictus Proculus; et decidit, neque facto divortio posse repetere dominus illam dotis condictione, quoniam dos nulla est, neque ullo tempore condictione causa data est ob causam enim fuit data pecunia, licet non expressa ut si dederim pecuniam, quoniam stichum manumitteres l. quaest. de condict. ob causam, nam pecunia ob causam data intelligitur cum sponso dos data est, nec quidquam additum est praeterea ut in nostro casu, dotis enim verbo potestate juris intelligitur subesse hanc causam dandi, si nuptiae sequantur, vel

ut nuptiæ sequant[ur] L. dotis 7. § ult. de jure dotium. sed

sed in eodem casu ac L. Proculus reperies contrarium Impera- 33
toris Antonini rescriptum in L. 1. C. de condict. ob caus. dat. nam
ibi etiam pecunia dotis nomine viro data fuit impedien-
te quocumque modo Juris authoritate matrimonium constare;
sive q. illa, quæ dotem dedit, esset ancilla, sive consangui-
nea, quibus omnibus casibus dat[ur] ma[ter] condictio. Hanc difficul-
tatem dilues si casum rescripti perpendas et Legis Proculus;
in L. 1. illa, quæ dedit pecuniam dotis nomine ancilla non
erat, sed libera: sine oppositione verborum illorum impedien-
te quocumque modo Juris authoritate matrimonium constare
nam illa intelligi debent de impedimento aliquo relato
in toto tit. Inst. de nuptiis; excepto impedimento servi-
tutis, q. non tam impedimentum, quam defectus fundamenti ad
nuptias est; et cum libera esset et pecuniæ suæ ipsa fecit
viri, sic q. potuit dari condictio ob causam; at vero in L.
Proculus illa, quæ pecuniam dotis nomine dedit ancilla
erat, et pecuniam alienam sic q. illius non transtulit dominium
q. non potuit. Sed replicabis, si illa, quæ dedit dotis nomi-
ne pecuniam ancilla erat, et causa, sive titulus dotis
nullus, quomodo vir poterit illam usucapere? ad usu-
capionem enim tit. pro dote requirit q. dos sit, et dotis
titulus validus, L. 1. D. pro dote in fine. Solutio in L.
Proculus vir potuit usucapere, licet titulus pro dote
nullus fuit, ex quo nulla dos, q. habet errorem causæ
qui licet sufficiens non sit ad usucapionem § error Inst.
de Usucapionibus L. celsus 27 D. eodem L. 30. prætexto:
attamen si aliquam justam causam hic error habeat ut
pote si servus, aut procurator cui aliquam rem emendam
mandaret dominus ipse persuaserit domino se emisse, atque
ita tradiderit procedit usucapio L. quod vulgo 11 D. pro

emptore l. pignori 13 § 1.° de usucapionib. Richard. in § error inst. de usucapionib., sic in nro casu legis Proculus vir habuit errorem causę dotis, qui error habuit justam causam, de facto enim vir in matrimonium duxit ancillam, quam liberam esse putabat; nam illa verba legis, sive sciat ancillam se esse, sive ignoret n. referuntur ad virum, sed ad ipsam ancillam. sed iterum mutatis in l. 1.° et in l. Proculus, causa propt quam data fuit pecunia secuta fuit de facto, quod sufficit ad hoc ut talis condictio cesset arg.to legis mulier 20 § si quis hereditarium servum de condict. inst. et in l. 1.° data fuit pecunia a muliere nuptura consanguineo, sicq. videt turpem fuisse causam dantis et accipientis: q. neq. in l. 1.° debuit dari tra condictio, neq. in l. Proculus dubitari audiret. sed q.a inferius de his tractabimus differre mihi precor liceat rationes, nam eo reg. jur. q.d differt n. aufert.

33 Q.° exigit hęc repetitio ut q.d datu e. sit datu ob causam futuram, causa enim dandi futura e. duplex expressa, sive tacita, de causa expressa nemo dubitat veluti si dederim pecuniam ut servum manumitteres, causa tacita e., quę potestate verbo tacite dati tacite inclusa e.: si nulla ex his causis deficeat, nra repetitio. V.g. si is qui dedit ideo dedit ut sibi magis amicum redderet accipientem et liberalitate adigeret ad aliquod sibi faciendus beneficium ut ita illum provocaret, ad fovendas, curandaq. negotia eius: quo casu licet ab accipiente nihil penitus recipiat et speravit n. poterit repetere l. 3. §. sed si filius 2.° D. hoc tit. l. si remunerandi 7. C. eodem, nam qui nullas rones in donatione exprimit libere donasse intelligit,

debitor que beneficiu ut dicit in l. si pignore §4. §°. l. de furtis pudoris uinculo ñ Juris onerat l. sed et si 23 §. consuluit de petit. hereditatis. Amaya observat. Juris lib. 2° c° 6°. et ob causam tacitam data intelligit ut supra insinuaui, cum sponso dotis nomine pecunia data ē. Itinc nuptiis ñ secutis n̄ra repetitio dotis datę dat l. 1ª. C. de condict. ob causam datam; id q. ȷ̄ usq. adeo uerum ē. ut si extraneus, id ē, qui ñ hēt personam dotatam in potestate l. unica § accedit 3ª. V°. extraneus C. de rei uxorię actione, ante nuptias pro muliere dotem dedit et pactus sit tantum dotem sibi reddi nominatim soluto matrim. tamen placeat ñ secutis nuptiis eum repetitio nem hēre dotis receptitię ñ mulierem l. si extraneus 6°. de condict. causa dat. ff. Nec illi aduersa sua conuentio, maxime cum in dote hoc Jus ualeat ut si in dote pro muliere danda pater, uel extraneus in unum casum pepigerit dotem sibi reddi in eum casum, in quem ñ pepigit ñ sit ei actio, sed mulieri l. si cum dotem 22. in prin° ff. soluto matrim. nam hic dotem dando et ita paciscendo nihilominus in utrumq. casum sibi cauisse intelligit, et quo contractę erunt et postea solutę nuptię; et quo ñ erunt secutę, prius illud cauit aperta conuentione, hoc posterius ideo, q. dedit ob causam ut nuptię sequant, quę causa licet ñ exprimat semper inest. causa matrimonii l. stipulationem 21. §. promittendo 41. l. licet 43 de Jure dotium l. item 4°. § tuius rei ff. de pactis l. quod Seruius 8°. de condict. causa dat. ff. l. ubi damnes 38 §. 1°. de usuris l. 8. ff. de Jure dotium siq. ȷ̄ quasi causa ñ sequuta habere potest condictionem ille qui dotem dedit in d. l. si extraneus 6°. et ñ solum ad rem sed ad eius fructus l. quia debere 7ª. §°. ult. ff. hoc nro tit. de condict. ff. ubi si fundus dotis nomine datus sit. si

nuptiæ sequutæ non sint conditione non repeti quod posse fructû rei Julianus ait, idemque Juris in ancilla et eius partu L. cum quis 22. D. hoc tit. L. uideamus § 1° de Usuris.
Aduerte tamen, quod ad hoc ut condici possit pecunia dotis nomine data non sufficit nuptias non sequi, sed non posse sequi necesarium est L. quod seruius 8. D. hoc tit. in quo textu impubes cum fæmina sed dum uiri potente in matrimonium coiuit, quo casu Seruius Sulpitius concludit, ut quod ex ea causa non dum coito matrimonio dat, cum sic dat tanquam in dotem peruenire potest repetitionem eius non esse. sed hoc requirit cum hoc temperamento, quod causa sequi possit proxime; at uero si causa sequi possit remotissime, ita ut nec qui dedit de tali casu cogitauit statim dat condictio L. si mulier 60 § eius de Jure dotium ubi asserit, quod si dedisti alicui censo nomine dotis pro ea quam liberam esse putabas, statim condici posse pecuniam etiam si manumitti possit d. § eius Legis si mulier 1° de condict. ob causam datorum, in qua etiam ut saepe ... tari potest fingi fuisse extraneum illum qui dotauit ancilam, quo ita depicto casu facile componit d. L. 1. cum d. L. Proculus, et quod magis est etiam si manumissa nubat nupto tradito casu dat condictio si uero manumissa sit, et ea mente dedisti ut quandocunque sequutis nuptiis dos esset cessat condictio, ita affirmat Marcellus in duobus casibus in d. L. si mulier § eius V°. si manumissa.

34 Hic usque tractauimus licet breui calamo de casu dotis datæ matrimonio non sequuto, nunc quod in fructuosum non erit de dote promissa, et matrimonio non sequuto, quo modo ei qui promisit succurrendum sit, quia est a uiro a muliere agendum ... quo casu si ille qui dotem promisit erat uerus debitor mulieris, et suam illius

dotem

dotem promissit; sine dubio matrimonio non sequuto competit condictio: sed cui competat dubitari potest, et uidetur deci. competere debitori aduersus maritum ut liberet causa debiti integra mulieri, quoniam qui dotis nomine promissit marito sub hac conditione uidetur promittere si nuptiae sequantur, nec aliud expedire, uel promittere marito uxor mandaret, quam ob spem nuptiarum l. non enim 37 de iure dotium; uel si uelles cadere condictionem mulieri ad nihil aliud cogi potest exemplo ueri debitoris, qui promittit, et soluit dicta l. qui dotem §. sin autem de condict. causa etc. si uero ille qui promissit uerus debitor mulieris non erat, sed indebitam pecuniam per errorem iussu mulieris sponso eius promisisset, et nuptiae sequutae non fuissent dubitum non est competere condictionem debitori aduersus mulierem ut liberet ab obligatione si non dum soluerit l. si donaturus q. §. si indebitam de hoc tit. sed ad quid haec condictio si exceptione doli mali recte potest aduersus uirum tueri, nam exceptio potest opponi cuius iussu falsus debitor pecuniam promissit quod et illi cui promissum fuit. sed hoc non obstante contrarium fuit decisum in dicta l. si donaturus q. §. si quis indebitam ubi decidit quod si quis indebitam pecuniam per errorem iussu mulieris sponso eius promisisset et nuptiae sequutae fuissent exceptionem doli mali marito opponi non posse, ut dotem impediri l. si donaturus q. §. l. de hoc tit. l. si ignorans 78 §. ult. de iure dotis; maritus enim suum negotium gerit, et nihil dolo facit, deinde quia exceptio quae opponi poterat ei, cuius iussu falsus debitor pecuniam promisit, non potest deinceps opponi cui promissum fuit l. doli 19 de nouationibus; siue Pater quum debeat promittat siue extraneus l. quemadmodum 46 §. ult. de iure

dotium L. pure §. 8. si in eum §. de doli mali metus q. exceptione, sic q. si soluit habet aduersus mulierem condictionem ut ab ea repetat, q. marito dedit condictione scilicet indebiti, uel ut liberet si n. soluerit, qui ē noster casus.

35 Restat tamen scrupulus in L. si mulier 60 §. eras se de iure dotium, in quo uerus debitor mulieris, q. magis iussu mulieris marito promisit, et obligatus n. ē illi, neq. dat actio, cui responder debitorem mulieris obligari marito, si accipere id ipsum, q. mulieri debet, uir potest, q. n. uerificat in hoc casu audi illum. Aliquis heres institutus, rogatusq. mulieri dodrantem hereditatis restituere, iussu mulieris q. debebat, dotis nomine promisit: quo casu dubium fuit an obligatus maneret marito, nam mulier hereditatem restituens, transferre debet actiones, quas transferre ad alium quàm cui debet fideicomissum transferre n. potest. et licet aliquis diperit incerti cum eo â marito agi posse actione ut fideicomissi posset stimatione; tamen Marcellus decidit huic opinioni illum consentire n. posse, hac scilicet ratione; nam obligari mulieris debitorem, ita equm ē, si accipere id ipsum q. ei debet uir potest. Sed ne indotata mulier uideat, dicendum ē ipsi mulieri ex Trebelliano restituendam esse partem hereditatis, que ei ē relicta, ut ea suo marito pro dote eam soluerit, q. et ad eam fideicomissum, et onera eius pertinent, detegore propt nimiam subtilitatem minime obtinente, ut asserit text. et ibi Junis interpretes, qua doctrina n. remanet scrupulus supra traditus. obstat etiam alia difficultas ex dictis scilicet contra maritum n. habere exceptionem doli mali illum, qui iussu mulieris indebitam pecuniam promissus fuit, nam in d. L. qui. ti ille quise pecuniam debere mulieri putabat, et eius iussu promisit

sponso, et soluit cum de illo dubitaret, ut posset repetere eam pecuniam ipse, qui dedisset, an mulier: Nerua et Atti lici. responderunt, quoniam putasset debere pecuniam, sed exceptione doli mali tueri se potuisset ipsum repetiturum. Ergo contra maritum assignato casu supra traddito competit exceptio doli mali, mulierque remanet indotata. Cui diffi cultati satisfacies, quia illi Nerua, et Attilicin. responderunt quos Julianus sequitur loquuntur de illo, qui putabat se mu lieri debere, cum exceptione doli mali se tueri possit, ita quod iste, qui dotem promisit habebat exceptionem doli mali ante promissionem, ideoque indebitam pecuniam soluisse fuit ag. l. si quis 23 de condict. indeb. exceptio enim haec perpetua est l. pure § 6 n. sicut ult. de do. mal. met. except. putabat quod iste se debere, quare jussu mulieris obligatus fuit, at vero post promissionem non habet aduersus maritum doli exceptio nem. Sed instabis: iste habebat juris ignorantiam, sive in iure errabat: quo illi talis ignorantia non debebat prodesse, cum si sciisset, se mulieri nihil debere, et promisisset mu lieris esset actio d. l. qui 7. Respondeo sed cum sciret. R. igno rantiam juris nocere in lucro captando ut in usu capione l. nunquam 31 de usucap. non vero in damno euitando id est in re propria ammittenda l. juris 7. l. error 8. § fin. de jur. et fac. ig.

Superest ut quiescat animus aliam soluere difficul tatem; asseruimus enim supra, quod si aliquis jussu et man dato mulieris soluerit, et nuptiae non sequantur, competere illi actionem condictitiam, et non mulieri, nisi illi donare voluerit d. l. si donaturus 9. Contra quod est, nam si quis indebitum soluerit alterius nomine et mandato con: 36

dictio indebiti non solventi datur, sed domino cuius nomine
solutum est L. indebitum 47 de condict. indeb. ergo idem in
nostra condictione ~~[illegible]~~ procedere, verosimile est solo
differentia vero haec est, quod qui alterius nomine solvit, ita sim
pliciter solvit, ut nullo casu sibi velit esse repetitionem;
qui autem alterius nomine ob causam dat, ideo causam
addit, ut velit hanc sequi, atque hac non secuta, nec al
terius nomine dare intelligatur. Cui consequens est ut sibi danti
competat condictio, quasi in hunc casum suo nomine
dans, sibi prospicere voluisse verissimile est Don. lib. 14.
37 Com. cap. 24. in fine ~~[illegible]~~ lib. 2. sect. 2. c. 3. n. 11.
Tertius exigit haec repetitio ut si datum ob causam non in ho
nestam; nam ea, quae ob causam non honestam, id est turpem
data sunt, suam repetitionem habent; sed condictione lon
ge dissimili; nam in nostra condictione pendet repetitio ex
eo, an causa secuta sit, nec ne. Unde evenit, ut eadem sae
pius admittere possit repetitionem, et repudiare; quoniam cau
sa sequi potest, et non sequi. Non ita procedit Jus in his
quae ob turpem causam dantur: in quibus ita Jus est ut si quibus
in casibus in alterum casum semel repetitio non est, in his non
sit in totum, sive causa secuta sit, sive non et e contra in qui
bus semel repetitio admitti caepit in his in totum est repetitio sive
causa secuta non sit, sive sit secuta; pendet ergo repetitio ex
hoc genere scilicet condictio ob turpem causam, ex personarum
turpitudine dantis, aut accipientis, in quo haec brevis summa
et dicto Juris est ut si dantis turpitudo versetur, nunquam sit
repetitio si accipientis semper utrumque quale sit videamus
Et primo si dantis solius turpitudo sit causa cessat dati re
petitio sine dubio L. 4. § si meretrici de condict. ob turpem
causam, idem Jus est si dantis, et accipientis turpitudo versetur.

l. 3. D. eodem l. mercalem C. eodem, quo casu fit locus regu
le Juris in pari causa potiorem esse possessorem l. penult. de con
dict. ob turp. causam l. 2. C. eodem l. in pari de R. I. et gratis
dicit condictionem cessare, sive causa secuta sit, sive non, ut
puta dedi Judici pecuniam ut male Judicaret non repetam
omnino, sive fecit, id quod volui, sive non. Videndum nunc est
quando dantis turpitudo versetur, quod sic diffiniendum Donellus lib.
14. Com. c. 25. tunc dantis turpitudinem causam esse, quo
ties dedit aliquis ut turpe aliquid fieret, veluti si dederit
ut fieret furtum, si Judici ut male Judicaret, si quis in
maleficio deprehensus redemerit se l. 3. et 4. de condict.
ob. turp. causam d. l. mercalem C. eodem. Ex quibus infero
solutiones ad difficultates ortas ex l. 1. C. de condict. ob causam
datorum, nam ibi causa propter quam fuit data pecunia consan
guineo, non fuit turpis ut asserit Papinian. in l. ult. de con
dict. sine causa his verbis sed recte defendit non tamen tur
pem causam in proposito, quam nullam fuisse, cum pecunia
quae daretur in dotem converti nequiret. non enim stupri, sed
matrimonii causa datam esse.

Sed contra exempla tradita obstat l. nam si dedi 38
Judici pecuniam ut secundum me in bona causa Judicaret in
hoc casu videtur nullam turpitudinem versari, quid enim
facit turpe, qui id agit ut secundum se in bona causa Judicet.
Deinde videtur consentire in hoc Ulpian. in l. 2. de condict.
ob turp. causam ubi Ulpian. scribit relatum esse apud quos
dam scriptores condictioni locum esse, neque id aperte negat
postea. Quod ut clare intelligi possit audi text. sed si dedi
ut secundum me in bona causa Judex pronuntiaret est quidem
inualiditatē generet d N°
Antiquitatis vitq & fontes N̄ mate explicant N° 19
de Vindicijs, de sacramentis legalibq, et de unnis misterijs d N°
Lis et cū placuisset de ea riq iuris enucleatio N 20
iudex dabat prescripta formula a qua erat recedere nefas N 21

+

Exactio de negotijs gestis disponit d. n.º
Lex Diui fratres de deliberandi causa interpretat. n. 22
In cdo n. fuerunt iudices dati n.º 23 Critz rebus
Lex nostra interpretat. n.º 24
Quomodo est in praxi de maioratus tenuta et proprietate
coram diuersis iudicibus disceptet n. 25
Cognitio Maioratus ad eam Cancellariam pertinet in cuius dist.
Maior pars bonorum et caput maioratus est d. n.º
In Regio consilio cognoscit de posses. seu tenuta maioratus
in Cancellarijs et de petitorio et quare d. n.º
Iudex de quo hic disquirit iudice dato n. 26,
Cognitio possessorij et petitorij an ex necessitate, an ex iudicum
tate iudicis pendeat d. n.º
debitor diffinit. his a quo exigi pecunia inuito post d. n.º
tuta exceptio est petita debitor n. d. n.º
1.ª de possessorio et postea de petitorio cognoscendum est d. n.º
Cur et qui non iudicauit de proprietate in d.º § placuit
I. de origine iuris n.º 27
Cap. I. hicidis tt. interpretatio n. 29
Omissio circa hoc Licet faciat nulitatem facit tamen gra
uamen sufficiens ad retractandam sententiam remedio restitu
tionis maxime in supremis tribunalibus d. n.º
Cl An princeps possit suo rescripto facere cognoscere simul
de causa posses. et proprietatis in spe. n.ⁱ lex d. n.º
rescripta contra iuris regulas n. valent d. n.º
Principis rescriptum valet quoties non aufert alicuius
ius d. n.º
Princeps post ius partis in modico ledere ex certa sciencia etiam
sine causa d. n.º
Quando princeps possit mandare ut iudex simul de proprie
tate et posses. cognoscat n. 30,

Circunstantia que movet autorem non tex adducit d. n.º
d. supra n.º 30 habet locum quando qui petit rescriptum habet pa
tionem in promtu quibus titulis suum ostendat d. n.º
2.º quando qui petit rescriptum est pauper et mediocris fortunae
Exemplo vicarius sioleus uxoris et alius d. n.º
Dilatoria exceptio ne intra quinquennium petat a principe je
di post iusta subsistente causa, d. n.º
Processus in quo causa possessionis a proprietate separat et altera in
decisa relinquitur est nullius momenti sed de hoc ponatur excep
tio non alias n.º 3 et que exceptio inquacumque parte litis post
processum factum de iuris formam est nullius momenti d. n.º
Proponens coram uno iudice possessorium coram alio petitorium arbitrio
iudicis punitur n.º 32
Decissio non procedit ubi causa possessionis et est plenarie finita n. 33
Cap. 1 de causa in integrum n. 34
Limitatur non dicto ut non procedat quando iudex qui declaravit
in possessorio non habet iurisdictionem in petitorio
Sententia lata in possessorio in causa nobilitatis a iudices in Can
cellarijs deputatos, si ta appellatur ad regios auditores et coram
illis fiscus petat ut petitorium cognoscat, non post ad primos
auditores est remittenda cognitio, d. n.º 35
An decissio non in delegato procedat late discutit n. 36
Concessa iurisdictione censentur concessa omnia necesaria ad faciliorem
causae expeditionem d. n.º
delegatio est stricte interpretanda, et servet in regnis indiarum
Decissio nostra procedit in delegato ad universitatem causarum
et qui talis ordinario equiparat n. 3 ex quo infert
et quod vicarius foraneus cui est comissa universitas causarum quando cen
set quando simpliciter iurisdictio loci comissa est potest cognoscere
de proprietate et possessione d. n.º
Et delegatus sine molestatione beneficij de bet cognoscere de possessio
rio et petitorio d. n.
Quando delegatio est facta verbis amplis et pregnantibus iudex

Et utroque cognoscere post d. n.°
Delegatus cui causa simpliciter e commissa de utroque cognoscat n.° 37
Indefinita equipollet universali d. n.°
Concessa alicui iurisdictione tenent concessa ea que ad ne sunt ex
ercendam iurisdictionem expectant d. n.°
Delegatus post procedere contra impedientes suam iurisdictionem contumaces
Superiore et etiam brachium seculare invocare licet non sit expresse in de
legatione d. n.° 38
Cantus et contus eadem ratio indicat et possessorium e necessarium quoddam
antis ad petitorium d. n.°
Iudex cui nominatim e commissa causa possessionis non cognoscit de pro
prietate et e contra n.° 39
Ius solemus § 1.° de iudiciis intelligitur n.° 40 delegatio est stricte interpretanda
Princeps post committere causam petitorii cum clausula ut non cognos
cat de possessorio n.° 41 quo in casu si procedat cumulative
ue pter eius iurisdictionem e non opponente erit nulla n.° 41
Cui e nominatim commissa proprietas delegatus post cognoscere de posse
ss beneficio reconventionis n.° 42
Iudex delegatus ad proprietatem post cognoscere de possessione e ex
consensu partium expresso et etiam ex tacito d. tunc utraque cau
sa una sententia terminatur d. n.°
Opiniones deviantes reducunt ad concordiam circa dicta supra
n.° 36 n.° 43
Delegatus cum facultate procedendi sola veritate inspecta cog
noscit de possessorio et petitorio, quia haec clausula ponit ad am
pliandam iurisdictionem n.° 44
Iudicium non procedit eius iurisdictionem si causa possessionis sit finita per sententiam n.° 45
Clerico et laico simul delegatis quilibet eorum convenit in suo foro
et si quilibet eorum commiserit delicta puniet quisque coram suo iudice
cum in delictis socii non gaudeat privilegio socii n.° 46
Declarat non, et non procedat quando possessorium e adeo connexum
petitorio ut sententia in uno lata pariat exceptionem rei iudi
catae in altero n.° 47

Exeptio diminionis contineat in quacumque parte litis opponi post

Appellebet exeptio que redit [illegible] n. 48

2.a pars [illegible] confirmatur autoritatibus generalibus n. 49

Inauditum procedere prohibet lex divina, d. n.º

Summus Pontifex tenetur servare legem divina d. n.º

Citatio est jure naturali et defensio de lege naturali d. n.º

Citatio per Principem tolli non potest potest autem [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] defensionem n. 50, etiam non presumitur [illegible]

Princeps procedere debet secundum Synderesim d. n.º

Natura [illegible] dictat absentem non condemnari ne iudex precipitanter procedat d. n.º

In casu dubio melius e nocentem impunitum relinquere quam innocentem condemnare d. n.º

Qui in absentem statuit licet equum, iniquum e, d. n.º

Princeps procedens in inauditum [illegible] e in periculo proximo condemnandi innocentem d. n.º

Sententia lata contra absentem e nullius momenti d. n.º

Cap. [illegible] S.te Marie de constitutionibus intellig. n. 51

Cap. inter quatuor de Maioritate et obediencia, [illegible] n. 52

[illegible] Lis [illegible] quomodo et quando iudex in principio procedit n. 53

An princeps de potentia absoluta possit procedere [illegible] d. n.º

Non potest n. 54 citatio ad [illegible] requirit, n.º 58

Rescripto, indulto, Bulla, seu pragmatica in preiudicium iuris naturalis non valet quia contra ius naturale princeps nec de potestate absoluta procedere potest [illegible] e tirannia d. n.º

[illegible] confirmat autoritate Deuteronomii cap. 1.º d. n.º

Princeps procedens contra [illegible] peccat mortaliter d. n.º

Lex [illegible] de natalibus restituendis [illegible] d. n.º 55

Princeps non potest legitimare [illegible] de potestate absoluta nisi citatis his [illegible] iudicio agitur d. n.º et si legitimet non preiudicat

Cap. [illegible] de re iudicata intellig. n. 56

Citatio requirit ad hoc ut citatus valeat alegare suas defensiones d. n.º

Non requirit citatio illius qui presens non posset actionem [illegible] n. 57

Ad faciendum declarationem ab interprete voluntatis defuncti
in testamento [illegible] D. de [illegible] legata non requirit ci
tatio N.° 58
In declaratione iuramenti in litem [illegible] ex via citatio
non requirit citatio, neque in declaratione an aliquis sit idoneus ad [illegible]
[illegible] N.° a conferendis beneficialibus N.° 59
Statuto non post. tota citatio d. N.°
Cap. ad Nostram el[illegible] de [illegible] iurando interpretatio N.° 60
Iudex licet non sit adstrictus servare formam et solemnitatem iudi
cij positivo, [illegible] tamen tenetur omittere citationem d. N.°
Cap. licet [illegible] de probationibus [illegible] interpretatio N.° 61
Cap. intelleximus de iudicijs interpretatio N.° 62
Executio [illegible] contra [illegible] ex [illegible] citanda [illegible] natale
in absentis condemnatur [illegible] N.°
Clausula [illegible] [illegible] stabilitum excludens generalem [illegible] non supplet citationem N.° 63
[illegible] excludit illa que
veniunt ex citatione d. N.°
Nulla principis clausula citationem supplet N.° 64
Clausula simpliciter et de plano, summarie, sola veritate
[illegible] facta licet suppleant solemnitates iuris non tamen
[illegible] citationem d. N.°
Partes non possunt remittere citationem N.° 65
Arbitratori data est facultas procedendi, simpliciter et de
plano, sine strepitu et figura iudicij non post procedere sine
citatione d. N.° 66
Domino cui est data facultas capiendi propria auctoritate [illegible]
[illegible] in casu caducitatis non post. sine citatione hoc facere
Ampliatio N.° 67 Licet citatio requiratur in causis huius
modi si coram principe [illegible], in precedentialimen
[illegible] executore [illegible]
no est reiecta ex exceptione N.° [illegible] [illegible]
Citatio quando requiratur in executione instrumenti [illegible]
[illegible] N.° 68

Amp[illegible] N^a decisio Z^o ut [illegible] et [illegible]
citat. [illegible] que pri facta fuit [illegible] que cedin post d. N
citatio invalida n[illegible] ciderat N^o 68,
citatio nulla [illegible] cursu triennalis prescript. d. N^o
senta [illegible] fauore n. citati ualet N^o 69
N^a decisio [illegible] in [illegible] citat. ulteriores V^o a principe remitti
[illegible] de [illegible] vesique de positiuo N 70
senta lata sine citat. [illegible] senta, [illegible] a prin
cipe n. recognoscente superiore [illegible] regio concilio manda
[illegible] executioni sine metu nullitatis d. N^o
[illegible] senta lata [illegible] timauerem sine citat. N 71,
Limitat N^a [illegible] quando [illegible] reo nullam [illegible]
re defens. d. N^o
Cum Deus vocauit ad iudicium Adam post peccatum [illegible]
bat nullum [illegible] defensione N^o 72.
Iudices n. habent procedere ex priuata scia d. [illegible] que ut
iudices sciunt d. N^o
in casu notorio spectante ad Ecclesiasticum dat inhibitio
sine citat. d. N^o
citatio n. requirit ubi nullum detrimentum fit parti N 73
inhibitio [illegible] relatio declaratoria, et mandatum de no ten
dendo fiunt sine citat. d. N^o
Vbi n. [illegible] cause cognitio n. requirit citatio d. N^o
presens n. [illegible] citandus N^o 74,
Ex eo [illegible] presens in iudicio [illegible] appellauit [illegible]
consentire uidet. d. N^o
sine citat. partis potest recipi testes ad solam iudicis ins true
tione N^o 75 et in inquisit. generali
testes recepti in inquisit. generali [illegible] faciunt fidem in ple
nario iudicio nisi denuo recipiant premissa citat. d. N^o
Ad Arda [illegible] [illegible] spectenti
iudici [illegible] N^o 76
[illegible] L^o de sequestrat. [illegible] explicat d. N^o

Cap. fi. de [illegible] intell. n. 77
[illegible] n. tex. limitat quando in iudicio [illegible] n.
Quando iurament. de[illegible] tones [illegible] fortior facit [illegible]
Qui iudex qui cognovit de possessorio non cognoscit [illegible] petitorio
quando causa decta et iudex secularis [illegible] [illegible] petitorio
[illegible] iudex secularis cognoscit de causa decta.
Cap. ut lucamur [illegible] appellat. intell. n. 78
Cap. si Romana [illegible] n. de appellat. intell. n. 79
Cap. [illegible] § 1 intell. n. 88
Cap. [illegible] § 1 [illegible] de elect. intell. d.
Ex principis autoritate [illegible] facta [illegible] omitti n.
[illegible] et differentia [illegible] d. n.
De virtute clausule appellatione remota et quando princeps
post [illegible] causa committere d. n. —
Distinctio ut princeps possit causas committere appellatione remota in negotio civili tantum non in criminali, et merito d. n.
Clausula appellatione remota non tollit defensionem n. 81
Quare fuit [illegible] [illegible] per iactum [illegible]
[illegible] n. [illegible]
Et [illegible] fratres [illegible] de liberandi causa [illegible] n. 83
[illegible] de frumentaria [illegible], de administratione rerum
ad civitatem pertinentium intell. d. n.
[illegible] quomodo et quando iudex intell. n. 84

Finis Sumarij

315

Tractatus

Ad titulum Digestorum de officio eius cui mandata est iurisdictio.

Auctore D. D. Josepho Avella Valent. sed. Praeposito et ff. Veteris cathedrae antecessore eximio.

Caput 1.um ad rubricam

Officium teste Divo Ambrosio lib. 1.o officiorum ab efficiendo dicitur quasi effitium. est enim officium quod unumquemque pro conditione sua omnibus personis circunstantiis decet facere, vel actio cuique persona convenienter explicata, Cicero lib. 3.o de finibus. federicus scotus in presenti rubrica n. 94 cum sequenti, Richardus ad rubricam instit. de officio Iudicis n. 2.o Alii volunt officium ab officiendo esse dictum per antifrasim, ut admoneamur ea nos facere debere, quae prosit omnibus, noceat nemini, ut mitis ambulatio dicitur, quod nihil molle, sed potius asperum ferat L. 1.a § 1.o de testamento militis ... in festo aliis adductis exempli supra laudatus Scotus n. 96 utramque istam vocis explanationem amplectitur Divus Isidorus Originum lib. 6.o de officiis in principio, late Lexicon Calvini verbo Officium. n 1

Hinc testamentum factum contra officium paternum, id est contra pietatem liberis apparentibus debitam inofficiosum dicitur rubrica iuncta L. 2.a de inofficioso testamento. Hinc n 2.

operę, quę consistunt in offo, quoddam liberti erga patronum suum, quod saltem jure nature tenetur ei prestare ob beneficium libertatis acceptum juxta legem sin sortem 26 § libertus de condictione indebiti, dicunt officiales. De quibus late Connanus lib. 2.º Commentariorum cap. 7. n 6.º Duarenus in commentariis titulis de condictione indebiti cap. 9. versiculo Antes faber in jurisprudentia tit. 1.º principio 2.º illatione 12 Donellus lib. 2.º commentariorum, cap. 18, ubi Oznaldus in notatis qui rem explicant officiales operas patronatus quam patrono prestari a liberto tanquam liberto per textum in L. opere 9.º § 1.º ff. de operis libertorum cum similibus proinde ex debito quodam officii dicantur officiales, et ex offo prout contra distinguitur ab artificiales, quod et elegant probari potest ex dicto § libertus versiculo sed et de legatis.

n 3 Summitur etiam generaliter officium pro ministerio L. 1.º ff. operis libertorum ff. peculium 65 § 1.º ff. de legatis 2.º L. legatis 65 § 2.º si ex offo de legatis 3.º Gabriel Pichardus ubi supra n. 2.º ad medium. Non quidem si semel, id est si captus sit liberat. Juxta Aliciatum in L. mercis appellatione 207 in principio de uerborum significatione textum ubi supra n. 102. In quo accepcione solet ab artificio distingui, videlicet sine arte aliqua ministerium opera ue exibet dicto § si ex officiis, Brissonius

ff. de verborum significatione verbo officium. Unde
luce donat obscuriores alios textus in dicto §. 11
eodem ff., quo loci servus coquus in officio esse dici
tur, et tamen in sequenti §. eiusdem legis re
ponitur inter artifices; etenim, omisso Scotobal
supra n. 111, et forcatulo ab eodem laudato,
qui lecticario officium tribuunt in eo tex
tu, ita ut sit sensus quorum ex suo artifi
cio fuisse factum lecticarium; in vero lectica
rium artificio quorum quaesitae; in casu tum
est non omnes quosque fuisse in artificio, sed tan
tum optimos, aut mediocres, l. si quis ven
ditor 18. §. 1. de aedilitio edicto, non etiam
viles, et sine arte, communique servientes
iuxta supra traditam officii et artifi
cii distinctionem, ita cum obscurio commu
niter DD. Cujacius lib. 9 observationum cap. 17
ad principium. Quomodo etiam intelliges Cle
mentinum ad textum §. V. de censibus textu
in cap. natales de consecratione dist. 5.
Claudum in auctuario sic scribentem
quoque Stercl. credo faciunt officium
suum sic pariter lecticarii quidam
sunt in officio, gestatores videlicet lecticarum,
de quibus in l. si ex toto 8. §. ultimo de
legatis 1. l. in tempore [illegible] in principio
de legatis 3. alii vero sunt in artificio,
lecticarum videlicet conficiendarum ar
tifices, de quibus in dicta l. 65 §. 2.
de legatis 3. et in l. 1. C. de excusatio
nibus artificum lib. 10. Quibus omnibus

addit [illegible] Augustinum Barbosa de appellatione verborum utriusq. Juris significatione appellatione [illegible] n. 2 cum sequentibus.

n 4 Ex hac proxime dicta officii generali significatione, profluit, et alia eiusdem verbi acceptio pro munere, q. omne munus certum in se continet ministerium. Sive munus sit publicum l. 2. de his quae ut indignis l. siquis officium § 8. l. eos qui in provincia ff. de ritu nuptiarum. ut observant cum aliis Barbosa ubi proxime appellatione 166 n. 1. Licardus in dicta rubrica n. 2. Brisonius et Calvinus verbo officium in suis dictionariis, sive munus sit privatum, et si vile fuerit ut per text. in l. Julium ff. principio de legatis 2. l. legatis 61 § 1. n 4 de legatis 2 cum glossa et aliis notat Barbosa ubi supra.

n 5 Accipit etiam officium pro loco ipso in quo jus dicit, et officiales consistunt l. cum prius 47 de in Jus vocando, l. si fideiussor 7. [illegible] D. qui satisdare cogant. l. Sempronia 72 de furtis. ita ex Glossa et Alciato Brisonius ubi supra. Hinc Valentiae locum Ecclesiastica Curiae vulgo appellamus officialat, et forte alibi [illegible] in genere.

n 6. Significat etiam officium potestatem l. 1. de jurisdictione ubi Jurisconsultus officium jus dicentis exposita ipsius potestate, declarat. Quapropter in nostra rubrica in addit de potestate, quasi sufficiens sit omnem generalem verbi officio. Contra fuit in decretalibus factum in rubrica de off. et potestate Judicis delegati ut clarius desceat, unde carent verbo officio ea quae citra Jurisdictionem delegatus ex [illegible] de [illegible] illis quae ex Jurisdictione venit verbo potestate

comprehensas.
Hę et alię plures sunt officii significatio n 7
nes de quibus abunde satis apud supra lauda
tos authores, frequentior tamen et principalior
ea est, quam supra n. 2° tetigimus, ab ipso nominis
etimologia desumpta, prout officium dicitur est aliud
quam quod quisque efficere debet et munus sibi
iniunctum adimpleat, quo in sensu scripsit Sene
ca lib. 2° de ira cap. 2 et patere latius officiorum
quam iuris regulam. Ubi adnotat Lipsius ex
Cicerone stoicos officium appellare quod ratione factum
sit, et quid quid productum factumque probabilem
habet rationis expositionem. Unde et iuris nostri com
positores stoicorum insignes imitatores eandem
significationem adseruerunt in titulis de officio præ
sidis, proconsulis, assessorum, et similium, item
et pontificii iuris compositores in titulis de officio
iudicis, archidiaconi, archipresbiteri et
aliis in qua significatione pluribus relictis acci
pi etiam in praesenti subiicio.
Sicut a efficiendo officium derivari iam dixi n 8
mus, ita ab officio officiales dictos esse non dubito
Unde appellatione officialium eos venire constat
qui iustitiae rationes dispositionis statuti, vel legis ob
servent omne dispositionis comprehensum, ut facile
probari potest ex utriusque iuris principiis. Qui
bus addo Augustinum Barbosa ubi supra appella
tione 175 per totam, Franciscum Merolam disp.
in universam Theologiam moralem tomo 3° cap.
4°. dubio 25. per tot. Unde bene infertur eum
cui mandata est iurisdictio officialem recte appellari
ut patet ex cap. 4° de officio ordinarii in 6°. Clement.
n. 2ª de rescriptis ubi in foro communi dicitur
ta vero foraneo ~~[illegible]~~ Merolo ubi supra n. 238

Ludovicus Gomez, Anastasius Germonius et Barbosa eos referens ubi proxime n. 9 cum sequentibus Sebastianus Sapia in repetitione ad hanc rubricam n. 9, facit Tridentinum sessione 24 de reformatione cap. 16. ibi: officialem vicarium. Consistit namque mandatarium differri dictorum officiis. Sabote sacrestra... apostrophe ab officio et potestate Iudicis delegati, ut puncta [illegible] laudatus Menoch

n. 9 Quod tantum habere locum in delegato ad universitatem causarum, non vero in delegato ad unam tantum causam, et ipsa appellationis [illegible], et Iuris perfacta testimonio comprobant [illegible] appellationis, quia officio [illegible] ut dictus ab officio, non tamen ab officio in generalissima significatione, de qua supra n. [illegible] principio, [illegible] rubr. alias enim omnes [illegible] officiales dicerentur, cum omnes officium talis acceptum teneant [illegible] de unde quamvis delegatus ad unam, vel alteram causam iuxta officium munus habet, debeat procedere; ideo tamen dicitur officialis, quia [illegible] officium generalissimam rationem offici continet, a quo officiales nuncupati ut diximus, Deinde praefato Iure solum locum in delegato ad universitatem causarum, et praeter ista Iuris testimonio non videntur esse alia, quibus delegatum officialem appellari, cuius [illegible] ro est, quia videlicet delegatus universalis similis [illegible] peribet ordinario, iuxta omnium sententias, et quodammodo [illegible] ei commissum officium delegantis, non semel, sed saepius praestando ministerium, contra vero singularis delegatus, solum negotium privatorum commissum habet, semelque et non saepius ministerium praestat, diximus autem esse necessarium quod saepius ad hoc ut ministerium sit officium in 2. acceptione de qua supra n. [illegible] a qua [illegible] officialis appellatio [illegible].

n. 10 Explanato iam nostrae rubricae verbo, officiali

restat nunc ad perfectam eiusdem intelligentiam, quid sit mandare Jurisdictionem explicemus. Quod ut melius percipiat animaduertendum est, quod quemadmodum in privatis negotiis, qui aliquam ob causam abesse suis rebus non possunt, solent procuratorem aliquem et quasi vicarium constituere qui vice sua gerant, et administrent juxta textum in L. 2a. § 2. L. minor § 1 § 1o de procuratoribus juncto cap. 9. ibi: vicariis sive procurationis. De procuratoribus. Ut quibus in rebus interesse ipsi non possunt, vicaria amicorum fides supplenda: ita pariter in publicis causis, et in officio Juris dicendi, in molle negotiorum, vel alia de causa impediti nequeunt Jurisdictionem administrare, solent eam alicui demandare, id est, committere, ut vicarius dicat, et partibus suis in jure dicendo fungatur L. more § 1. L. solet 16 cum L. sequenti D. de Jurisdictione; L. et si pretor 3. Cod. eodem tit. L. solet 6. de officio proconsulis explicant et illustrant Ubertus Benequius in paratitlis ad eundem tit. in principio, sede etiam Scotus in presenti rubrica nt 61 Duarenus ad tit. de Jurisdictione cap. 7o. Alciatus in L. imperium 3. n. 202 de Jurisdictione, Cujacius dicta L. solet, et lib. 1o questionum papiani in L. aliis 5. de officio proconsulis, Heminhauaro ad L. legati 13 de officio proconsulis, Donellus lib. 17 commentariorum cap. 8 ubi Oualdus in notatis Antonius faberio rationalibus ad dictam L. solet et L. sequentem Morla in Emporio tit. de Jurisdictione in premissis n. 92 Joannes Antonius Belonus pluribus adductis in discursu demandata Jurisdictione cap. 1o. q. 1a per totam.

Unde quemadmodum procurator suscipiens mandatum dicitur non proprium, sed alienum negotium gerere 22

L. 1. de procuratoribus cum vulgatis. Nec pro quidquid nomine, sed alieno mandanti seu [illegible] agere, principio instit. de his per quos agere [illegible] sic pariter iste cui mandata est Jurisdictio non dicit habere Jurisdictionem propriam sed alienam L. 1. §. qui mandatam, L. et si praetor 3. [illegible] L. more §. 1. cum sequenti de Jurisdictione. Pro de non proprio sed alieno nomine Jus dicit, quod
+ precatio ne desungi cum Codino, fiduciarium quod operam obtinere cum Caesare, scripsit [illegible] valdus ubi supra litera B. ut eleganter Cassiodorus lib. 6. epistola 21. ubi vocas agentium [illegible] est, sic Judicum voluntatibus obedire, ut suam habeant dignitatem, splendent mutuato lumine [illegible] tunc Curiis alienis, et quaedam imago [illegible] det veritatis, qui propria non habet sua fulgoris [illegible] ut autem vicarius dicitur, et tuo privilegio [illegible] reliquus, quod propria est Jurisdictio quae datur Principe.
n. 12 Aequiparantur etiam in eo, quod sicut procurator negotium sibi commissum alteri demandare non potest L. si procuratore 8. §. si quis mandaverit de mandati L. a[illegible] [illegible] ultimo de appellationibus L. quod quis 8. C. de procuratoribus cap. 1. §. ultimo de procuratoribus in 6. ita qui mandatam habet Jurisdictionem alteri nequit eam committere L. ultima in principio sub titulo. L. more §. 1. de Jurisdictione: de qua plenius infra suo loco.
13 Denique sicut cadit Jurisdictio mandantis revocatione, vel interitu procuratoris officium [illegible] mi, L. si vero 12 §. si mandavero de mandati §. recte cum sequentibus instit. eadem [illegible]

ut ita magistratus penitentia per mortem ex tinguit mandatum jurisdictionis. Bonus textus dicta l. equum §. de jurisdictione ubi minimum in medius j. juxta tradita utriusque modi mandatariis similitudo. cum ibi illud mandatum habeo tacit, sicut in reliquis casi[bu]s. ‖ 1A

Nec quidquam facta comparationi obstat jurisdictionem, mandatum, propriam esse judicis mandantis l. 3. l. 4 hoc tit. dicta l. more §. de jurisdictione. At quae propria illi cuius sunt, ita ab eo in alium transferri possunt, ut ipsius propria fiant §. per traditionem 40 instit. de rerum divisione cumulatis. quod idem erit dicendum de jurisdictione mandata. Quod et probare videtur cum l. 1. §. qui mandatam ibi: verius est enim more majorum jurisdictionem quidem transferri, ff. hoc tit. Etenim si transfertur jurisdictio, non manet in mandante, sed tota in mandatarium transmissa reuidetur, ac per consequens propriam habet mandatarius jurisdictionem. Quibus adstipulat Pomponius in l. legati 13 ff. de off. proconsulis ubi sic scribit: Legati proconsulis nihil proprium habent, nisi a proconsule eis mandata fuerit jurisdictio. Ex quibus constat mandata jurisdictione proprium aliquid tribuendum esse legatis. Quod idem confirmatur ex juribus requirentibus propriam jurisdictionem in mandante adeo sic ut eam mandare valeat dicta l. more cum similibus. Comprobat

plenius rescripsimus tertio tertio tertio l. 4 § ult. D. de off. proconsulis: quod dissimiles sunt hi mandatarius iurisdictionis et procurator inquam ad alterius dictas [illegible] actiones non transferri, nec transmigrari

15 Quoniam respondet nihil praedictam morari praefatam comparationem. Dominus principalis potest actiones in eum transferre quem procuratorem constituit. In quo dissimilis est magistratui mandanti iurisdictionem, quoniam ad hunc si vellet magistratus iurisdictionem in alium transferre, et a se abdicare neutiquam id posset l. penultima D. de off. praesidis, etenim conferre iurisdictionem ipsam, et magistratum facere, quod tantummodo proprium est Principis, et cum non liceat delatum magistratum detrectare l. si quis § ult. l. muneris 12 D. de muneribus, et honoribus. Minus etiam susceptum deponere licebit arg. l. Pater 8 de his qui sui vel alieni iuris sunt liceret autem si iurisdictionem a se abdicando, in alium potest magistratus transferre.

16 Haec tamen differentia inter utrumque mandatarium non tollit inter ipsos factam comparationem, quam quidem in his procedere intelligimus, quae ex vi utriusque mandati causantur, nec non comparamus mandatarium nostrum Titio procuratori prout Titio in quem dominus potest suum proprium ius omnino transferre, sed comparamus Titio procuratori prout procuratori in quem prout talem magis licet dominus et si maxime velit actiones transferre, quoniam cessaret [illegible] procuratio.

Hic si utriusq. mandantis potestatem spectes.
Quod si voluntatem inspicias apparet melius facta
comparatio, nemo enim ~~magistratus~~ intendat, nisi u
sum et exercitium actionis, aut Jurisdictionis
transferre, ultra quam intentionem quamvis posset
proprietas transmigrare, non tamen fieret translatio
proprietatis ut nequeant actus operari ultra in
tentionem agentis l. non nobis l. 9 de rebus credi
tis cum similibus, quod autem deducitur ex dicto §.
40 Instit. de rerum divisione, non habet locum in pre
senti tractatu, et quia non est intentio mandantis trans
ferre Jurisdictionem, et quia quamvis vellet, non pos
set transferre cum extra comercium constituta
non sit proprio alicuius Judicis Jure dominii
aut proprietatis l. 1 ff. tantum administrationis.
Non est Titii pretoris, ut Titii, sed ut pre
toris, adeo ut dicat Cicero 1° offic.: procuratio
reipublicae ad utilitatem eorum qui commissi sunt, non
ad eorum quibus commissa est gerenda. Coheret
adeo Jurisdictio personae magistratus ut censeat
electa illius industria ad ipsam exercendam,
tum enim eligitur magistratus, prudentia, e
quitas, scientia, virtus, personae inspicitur. Ideo
co tam personalis esse videatur ut a persona ~~[illegible]~~
avelli nequeat Jurisdictio et in alium transferri.
immo vero Jurisdictionis usus alteri committi
vel demandari posse, ius regula Juris, nisi
si more maiorum hoc ita receptum fuisset, ut pro
prio cap. dicemus. Quod ut fiat non est necesse ip
sam Jurisdictionem transferri quoad proprietatem,
sed enim quoad usum et administrationem
transferri. quomodo intelligenda sunt verba

dicti §. qui mandatam jurisdictionem omnium consensu eodem modo accipiendo sunt jura in L. 4. §. 1. §. an autem de suspectis tutoribus ita mandans jurisdictionem, propriam ipse habet prius in qua ipsius magis status et officii, ille vero cui mandata est jurisdictio, officio habet propriam jurisdictionem, neque in ipso residet jurisdictio, sicut dicitur de actione et aliis mandatis, quae quidem in mandante, et in procuratore proprio residere possunt. ut supra laudatis colligitur.

n 18 Ad dictam L. 13. maximam stare contentionem inter circa legatum proconsulis, de quo in dicto textu quidam existimant legatum ordinarium esse judicem ordinarium, requirit tamen ut proconsul mandet ipsi jurisdictionem, quam post mandatum proconsulis contendunt accipere mandatam non ex vi mandati, sed a Principe in qua opponitur mandatae jurisdictioni, hoc est procedente mandato et occasione mandati fiet legatus propriam jurisdictionem sic intellecto dicto L. 13. Alii vero contra sentiunt legatum ordinarium judicem negantes: dicunt tamen ad dictam L. 13. post mandatum proconsulis, legatum quidem fieri aliquod proprium, non tamen ipsam jurisdictionem suam propriam, sed aliquid aliud a jurisdictione distinctum, ut est tutoris datio et si quae sunt alia hoc tamen non ex vi mandati, sed a lege specialiter concedente postquam mandata fuerit jurisdictio, et occasione mandati, sine quo ad hoc ei tanquam proprium non deberet legatus, utraque opinio probabilis est, quenam tamen cum probabilior sit praeferenda, statim hoc eodem cap. decidante videmus.

19 Ad confirmationem respondetur ex infra dicendis cap. 2. n. 3. et cap. 5. articulo 1. à n. 25 jurisdictionem propriam requirere fieri in mandante non quo eius proprietatis transferat mandatam jurisdictionem

tio, i. quia moribus tantummodo fuit admissum eas jurisdictiones mandare posse quae propria est mandantis ut ibi latius explicabimus, ratio istius autem Ulpiani in dicta l. 4. §. ultimo de officio proconsulis, ea ratione procedit, quia scilicet nisi qui jurisdictionem habet, ipsiusque exercitium non potest mandare; quamvis enim mos mandet jurisdictionem et iterum proprietatis transferre tamen in alium nequit jurisdictionis usum, quae ipse non habet argumento textus in l. nemo plus 54 de regulis juris cum similibus, bonus textus in cap. 4. de officio ordinarii in 6.

Constat igitur mandare jurisdictionem nihil 20 aliud esse, quam vices et partes suas in jus dicendo alteri committere, in eum quasi usum et exercitium jurisdictionis transferre. Sed ut intelligamus quomodo accipiatur jurisdictio in praesenti rubrica breviter explanandum erit quid sit jurisdictio in genere et in specie, quod multum quidem prodesset ad plures quaestiones infra pertractandas, jurisdictionis species est notionis, notio autem potestas est cognoscendi et judicandi, quae generalis est ad jurisdictionem, et cognationem seu notionem in specie, l. notionem ff. de verborum significatione. Proprie loquendo dat notionem jurisdictione l. ait praetor §. 3. de re judicata, l. ultima C. ubi et apud quem cognitio in integrum restitutionis etc. Obscurus textus in cap. penultimo de in integrum restitutione. Quamvis improprie, de facto, et pro materia jurisdictionis nomine fateamur appellata notionem

in L. 1a. §o. 1o. Dict. L. 5a. de re iudica-
ta juxta Goveanum lib. 2o. de Jurisdictione
in principio n. 3i. per legem [illegible] §o. 1. [illegible]
D. de transactionibus, et et alia speciis noti-
nis, quae cognitio est cum jurisdictione §. 4 In-
stit. toto tit. D. de variis, et extraordinariis cog-
nitionibus. Judex datus notionem tantum hab-
ere jurisdictione, magistratus vero notionem
habet cum jurisdictione ut infra latius.

21 Rursus quatenus ad magistratus popu-
li Romani spectat, jurisdictio duplex est, vel
in genere, vel in specie ut dicitur de adoptione
in L. 1a. de adoptionibus. Sed animadverten-
dum est jurisdictionem cum 1o. necessitate publica cogen-
te Romae fuerunt magistratus creati, juxta
L. 2a. §o. post originem de origine juris. ma-
gis juris dicendi causa fuerunt instituti
ut scilicet jus dicerent in privatis negotiis
et causis ad singulorum utilitatem pertinentibus
non vero ut in facinorosos animadverterent, jux-
ta L. 2a. §o. exactis 16. et §o. seq. ut diximus 23 de ori-
gine juris, cui adde Duarenum explicationem lib. 1o. dis-
putationum cap. 53 ubi quaestores de quibus in eo tempore ex-
tra ordinem fuisse creatos, nulloque magistratu functos
tenet. Unde cum ex eo tempore initium jurisdictionis
magistratuum caepisset, facile percipitur quam propter
quam intellexerint Romani jurisdictionem, quae tamen
ad magistratus spectat nihil aliud esse, quam pu-
blicam juris dicendi potestatem in civilibus, et priva-
tis negotiis, singulorum utilitati respicientibus, et hinc
et libri nostri magistros accepisse natam jurisdictionem in
eandem amplexos fuisse jurisglossographos. constanter

mihi esse videtur

22 Hęc potestas duobus modis poterat a magistratibus exer ceri, vel simpliciter Jus dicendo, id est declarando autho ritatiue Juxta Leges, et equitatem quid Juris esset tenendum, et obseruandum in ocurrentibus causis; in quo simplex Juris dictio consistit, vel incipiendo a Jussu, qui Imperium dicitur L. quod Jussit 14 de re Judicata §2 de in Jus uocando, L. eum qui 13 de Jurisdictione L. cum prętor 12 de Judiciis Ovaldus ad Do nelum lib. 17° Commentariorum cap. 6°. in no tatis lit. M. Huic Jussui simplex inest Ju ris dictio, nam Magistratus non solum Jus dicebat quando simpliciter Jus obseruandum declarabat, ~~sed~~ sed etiam quando coercendo, et decernendo Jubebat et ali quid imperabat, in quo Jussu mixtum Imperium consistit. Ut in bonorum possessione danda et in inte grum restitutione concedenda, item et in modica co hersitione L. 3a. versiculo mixtum cum L. sequenti de Jurisdictione, L. iam 26 ad municipalem.

23 Atque huiusmodi duplici potestate, et Juris di cendi simpliciter declarando, et Juris dicendi Jubendo et Imperando nequibat Romanę publicę Negotiorum expeditioni consulere, quemadmo dum enim nihil prodesset Jura condi, ac Leges ferri nisi magistratus instituerent qui Jus redderent et dicerent dicta L. 2a §°. post originem D. de ori gine Juris; ita parcet mihil etiam prodesset in stitutos magistratus Jus dicere, aut declarare simpliciter, nisi etiam possent quotiens opportunum esset

Iubendo Ius dicere, et simul Ius a se quoquo modo dictum Imperio ad Iuris exequi- l. ultima §. ultimo hoc tit. unde eadem necessitate, qua Romani juxta bonas Reipublicae administrationes coacti sunt magistratus creare, fuerunt etiam astricti magistratibus officiis Jurisdictiones et mixtas imperium tribuere.

24 Ex his dictis quo alunt primaevo nota magistratuum in simplici Jurisdictione, et mixto Imperio consisten, quae generaliter loquendo tribuenda erant magistratui ut perfecte et complete Ius inter partes diceret, hinc claresceat etiam eaque Jure magistratus competere dicitur in l. 1. hoc tit. cum similibus. Non dicuntur competere Jure magistratus ea, quae in l. cuiuslibet magistratus institutione L. tribuunt, aliquamque mixtum imperium in l. institutione alicuius magistratus ei tribuens mandari Jure potest cum ea mandari valeant, quae Jure magistratus competere dicunt dicta l. 1. in principio hoc tit. quod quidem falsum esse ibidem. Deinde si hoc esset Jure magistratus competere, nihil refferret, an in l. institut. magistratus L. tribueret, anuero postea semper enim esset verum dicere Jure ipsius magistratus competere quod L. lata ipsi concederet, quoniam lex est quae proprius aliquid ipsius magistratus facit, qui specialiter habet, sive in l. instit. sive postea sit lata

At uidemus contra probari ex dicta L. 2. hoc tit. ubi et si L. Julia de adulteriis magistratui Maioris Imperium tribuat, nihilominus tamen mandari potest, ac per cons. J. magistratus non competit, quamuis specialis L. lata datum fuerit merum Imperium ut ex eodem textu constat.

Dicunt igitur J. magistratus competere ea quae iuxta primeuam et primordialem magistratus naturam necessitate instituendi magistratus competere diximus in superioribus, distinguentes quod J. ea quae specialis L. concedunt ab his quae J. magistratus competunt, non quod haec speciali L. data non sint etiam concessa, sed quod haec proprio quodam J. magistratus sibi uindicauit, et magis ex necessitate creandi magistratus competunt, quam ex uoluntate Legis tribuentis et dantis, quae necessaria erat quidem ferendo ut negotia et causae ciuiles expedirentur; e contra J. specialis L. dicunt magistratibus competere, quae non ex necessitate constituendi magistratus orta, potius ex uoluntate concedentis sunt data, quae J. magistratus ob ciuilem necessitatem, quasi a magistratu uindicata, et stabilita, ea sunt quae misti Imperii, aut simplicis Jurisdictionis esse diximus. Quasi J. magistratus competere dicant, quae iuxta naturam magistratus in genere competunt, ea autem est natura magistratus in genere sine qua more ciuili magistratus Jus reddere non potest, quod quidem sine potestate Juris dicendi, et simul habendi decernendo, aut coercendo nunquam fiet, L. ultima § 1. hoc tit. licet in hac magis aut minus recipiant magistratus dicta L. eaque 26. ad municipalem cum similibus adductis a Gotofredo.

26 Postquam q. instituti fuerunt Romae magistratus longo tempore cepit capitis animadversio magistratibus tribui dicta L. 2a. §. cocti Regibus §. populo §. eodem tempore, et §. capta D. de orig. iuris, siquidem specialiter ad hoc lato, n. tamen a principio primeuum magistratus instit., et natus quas dixi. Nec enim necesse fuit capitis animadversionem concedi iuxta bonam Regiminis administrationem, et rone populo animadversione reservata, sat enim fuit potestatem iurisdicendi tribui, q. maxime instabat iuxta litium expeditioni et privatorum negotiorum resolutioni conveniret. Et potestas animadvertendi potestas quidem erat iurisdicendi et declarandi in causis criminalibus, quas exequebat magistratus per iussum et imperium.

27 Hic praefato ordine circa magistratuum potestatem Romae introducta, quas in mania ducti sunt Iurisconsulti ad distinguendum simplicem iurisdictionem mixtum et merum imperium, ac iurisdictionem in genere, quam in omnibus tribus elucere videbant. Ut colligitur ex praedictis et q. ex L. 1a. L. ultima §. 1o. hoc tit. Ubi mandata generaliter iurisdictione, dubitatur an merum vel mixtum imperium transeat in mandatarium, q. utique n. fierent si generali iurisdictioni appellatione n. venirent, idem deducit ex rubrica D. de iurisdictione iuncta L. 4a. illo tit. et alijs ibidem ubi composita sunt iurisdictionis comprehensione. Et imperio tractat, hic

Iurisdictioni diff. iurisdictio in genere communiter sic diffinitur: potestas de publico introducta necessitate iurisdicendi, et aequitatis statuendae; quas explicant et tuentur Morb. et ab eo laudat. in Emporio lit. 2o. in praemissis a n. 16. Abruzzo, num. 1o. hoc tit. q. 1a. ego sic breviuss: potestas iurisdicendi. Satis enim exprimitur hoc ipso q. debeat esse de publico introducta. Nec requiro in iurisdictione generali

potestatem exequendi Jurisdictionem. Ut facit Donellus lib. 17° Commentariorum cap. 6° Nec potestas exequendi sequitur necesse ad Jurisdictionem dicta L. ultima §° 1° Secta. ibi: quia Jurisdictio sine modica coherceitione nulla est. non quod mixtum sit, sed quia explicari non posset neque ad effectum redigi ut interpretari docemur ex L. 2a de jurisdictione, quod et confirmatur ita textus L.° §° ultima docet, quod cum potestas exequendi quae mixtum imperium est, Jurisdictioni cohaerere dicit, non ergo ingreditur rationem Jurisdictionis, cum aliud debeat esse, id quod cohaeret ab eo cui cohaeret. Idem tandem indicat verbum Jurisdictio, captum tantummodo ex Jure et dictione, cum emphasi, id est, authoritative, ideo natura ex eodem fonte nomina et rerum multa dimanare.

Generales istas Jurisdictiones triplices, ex supra adductis fecerunt Jurisconsulti, et interpretes, enim Jurisdictio in specie, quae simplex dicitur Jurisdictio, est et insuper alia Jurisdictio quae mixtum Imperium dicitur, hae duae species Jure magistratus competunt, tandem est et alia Jurisdictionis species prelata ab eo, quae specialiter Lege concedunt, sub qua comprehenditur merum Imperium ut patet ex L. 1a de Jurisdictione junctis L. muto 6a §° tutoris datio D. de tutelis §° 4° instit. de atiliano tutore. Sed cum viderimus quae nam sunt, quae specialiter L. magistratibus competunt: videamus nunc quid sunt simplex Jurisdictio, merum et mixtum Imperium, simplex Jurisdictio est potestas Jurisdicendi in civilibus et privatis negotiis ad singulorum utilitates pertinentibus. Iste enim fuit scopus, et finis instituendi primitus magistratus ut diximus. Atque

28 Jurisdictio dividitur in Jurisdictionem simplicem merum et mixtum imperium.

simplex

fuit ... post Reges exactos Romę cognita Jurisdictio, id circa Jurisdictionis nomine ... Imperii, quę prius nomen generis sibi ... nam ... qui cum ... simul fuit magistratibus concessum Imperii nomine fuit donatum Bartolus et communiter omnes sic diffiniunt simplicem Jurisdictionem. Jurisdictio, quę officio Judicis mercenario expeditur privatorum utilitatem respiciens ut explicat ... in L. ... 2. n. 51 ... quę fere eadem est cum supra tradita diffinitione tantum enim notandum videtur, quod Jurisdictio simplex non semper mercenario officio Judicis expediri videtur, quoniam ista Jurisdictio mixto inest imperio L. 3. de Jurisdictione ... mari Imperii cui ... est simplex Jurisdictio in specie, quęcumque generalis Jurisdictio utrique Imperio inest mero videlicet Mixto. Unde apparere videtur simplicem Jurisdictionem, quę simultanea mixti Imperii expeditione exercetur non expediri mercenario, sed nobili Judicis officio, quo et mixtum Imperium expeditur. Nisi pro Bartolo dicamus simplicem Jurisdictionem, cum expedit in mixto Imperio cui inest, non explicari ... simplicis Jurisdictionis, ... mixti Imperii, veluti cum habens actum vel usumfructum, ... vel tantum utitur, non ... itineris aut ... actus, aut usus fructus ... in L. his qui 20. quibus modis ususfructus ammittitur L. 2. quemadmodum servitutes ammittuntur Bartolus autem intelligit ... Jurisdictio ... simplicis Jurisdictionis expeditur.

29 Mixtum Imperium. Mixtum Imperium est potestas Jurisdicendi jubendo, decernendo, vel cohercendo in privatis et civilibus negotiis singulorum utilitatem respicientibus. Dondica potestatem Jurisdicendi in privatis negotiis, hoc enim esse genere simplicem Jurisdictionem pro genere ... albert. Im

perium mixtum continet simplicem iurisdictio-
nem, quemadmodum usus fructus continet usum et si-
cut actus continet iter, 7 quidem, sic dicitur simplicis iu-
risdictionis, id est mixti Imperii, sicut usus in-
est fructui, 7 ita usus, id est usus fructus, et iter in-
est actui, 7 ita itineris, id est actus et unica servi-
tutis dicta ~~iuncta~~ l. 20 quibus modis usus fructus
ammittitur dicta l. 2a quemadmodum servitutes amit-
tuntur, l. qui usumfructum 40 versiculo si quis actum
ff. de verborum obligationibus, l. sigillatim 9 § ult.
ff. de novationibus in principio, licet de servi-
tutibus mixtum appellatur impropria, quatenus
mixtio tunc proprie fit ut res inter se ita iungantur
et cohaerent ut singulae suas substantias et species
discretas retineant iuxta § si duorum cum sequen-
ti instit. de rerum divisione cui adde Donellum
lib. 4o commentariorum cap. 31 Vallam in illustrium
l. tractatu 4o cap. 4 n. 5o. Id mixtum dicitur in-
proprie quatenus mixtio ad confusionem et eadem
refertur ut in l. adeo 7a § voluntatis ff. de ad-
quirendo rerum dominio l. 3a § ultimo l. 5a in
principio ff. de rei vindicatione quibus adde Anto-
nium Fabrum in ratio ad dictam l. 5a § 1o lit. d.
Nec mirum cum mixtum Imperii dicamus ut a me-
ro discernamus potius, quam aut modum coniunctio-
nis exprimamus, dicitur namque mixtum per con-
trarietatem ad merum ubi in l. cum servus 82
de conditionibus et demonstrationibus, quod et
Martialis facete in caupones Ravennates oppo-
suit, sit cisterna mihi, quam vinea malo Ra-
vennae cum possim multo vendere pluris aquam ~~[illegible]~~
Callidus imposuit nuper mihi caupo Ravennae

cum peterent mixtum vendidit ille merum,
Specialiter opponit imperium merum non mero in l. 1. §. 1.º l. ultima §. ultimo hoc tit., et clarius in l. 3.ª de Jurisdictione. Ubi mixtum Imperium est, cui etiam Jurisdictio inest. Jurisdictio in specie, nam Jurisdictio in genere etiam est mero Imperio, quibus satis declarat Ulpianus mixtum Imperium in privatis et civilibus negotiis ad singulorum utilitatem principaliter pertinentibus expediri, prout expressimus in superioribus, et specialiter naturam Jurisdictionis probat, quae in privatis et civilibus negotiis singulorum utilitatem respicientibus explicat. Hanc suam diffinitionem duobus exemplis declarat Ulpianus in dicta l. 3.ª 1.um ibi: quod in danda bonorum possessione consistit. 2.um ibi: Jurisdictio est etiam Judicis dandi licentia. quae loci non definit Jurisdictionem, sed exemplum mixti mixti Imperii proponit in datione Judicis, cum scilicet Magistratus licet Judicare ut scite in suis paradoxis tenuit Alciatus. Unde tamquam non necessaria reiicit emendatio Cuiacii, Fabri et aliorum. Hinc recte diffinit mixtum Imperium a Bartolo cum communi: Mixtum Imperium est Jurisdictio, quae officio Judicis nobili expedit privatam utilitatem respiciens quam explicat Praelatus Abruzo dicta q.ª 2.ª n. 4.

30 Imperium mixtum duplex cum Menochio et aliis contra alios facit Osualdus ad Donellum lib. 6.º Commentariorum cap. 8.º in notatis lit. X. Unum quod Jurisdictioni cohaeret l. 1.ª §. ultimo, l. ultima §. ultimo hoc tit. et ad exequendum Jus dictum pertinet, aliud vero cui inest Jurisdictio l. 3.ª de Jurisdictione. Quae doctrina non est indistincte admittenda, nam haec Imperia non distinguuntur in ratione mixti Imperii, et in eo tantum quod unum cohaeret Jurisdictioni et illam sequitur; aliud vero non. Imperium cohaerens, de quo in dictis §§. ultimis etiam est mixtum Imperium cum appellet non merum in eo textu, si quod insit vel cohaereat Jurisdictio non, nam per hoc potius coalesceret mixta Jurisdi

tio, quod mixtum imperium; sed ex eo, quod eidem etiam
inest Jurisdictio per quod constituitur mixtum in esse
mixti, dicta L. 3ae coherendo enim vel decernendo
dum magistratus exequitur Jus a se dictum vel declara
tum, etiam Jus dicit. Unde Imperium istud coherens
de quo in dicto § ultimo non distinguitur ab Imperio de
quo in dicta L. 3ae nisi ut particulare comprehen
sum, ab universali comprehendente, neque sufficit,
quod dicat Jurisdictioni coherere in dicto § ultimo
dum tamen ei de quo in dicta L. 3a dicat inesse
Jurisdictionem, nam aliud est coherere, aliud vero inesse,
aliud est Imperium mixtum coherere Jurisdictioni, aliud
vero illi eidem imperio coherenti Jurisdictionem
inesse, quod utrumque compatibile est, coheret Jurisdic
tioni mixtum Imperium in cohersitione consistens
per modum sequele et comitis ad Jurisdictionem sicuti
aque ductui solet coherere iter L. item sic 3. §.
ultimo rusticorum prediorum L. Labeo 17. quemadmodum
servitutes ammittuntur inest autem mixto Imperio Ju
risdictio per modum confusionis, sicut usus inest fruc
tui et actui inest iter, ut diximus, et quemadmo
dum ex usu et fructu quasi uno spiritu totus cons
tituitur usus fructus, ita ex simplici Jurisdictione,
hoc est, ex mata simplicis Jurisdictionis, et ex Jure
Imperii ut coalescit mixtum Imperium Jus mixti Impe
rii, et non Jus simplicis Jurisdictionis ut in usu et fruc
tu, actu et itinere exposuerimus, nam quemadmodum
nemo potest frui quin utatur, neque agere quin eat,
sic nec Jubere aut Imperare in privatis et civi
libus negotiis quin Jus hoc ipso dicat. Coherere autem
Jurisdictioni mixtum illud Imperium, quod memorat dic
tus § ultimo L. 1ae in modica cohersitione consistere, non est ei
inesse modo quo diximus Jurisdictionem inesse mixto

Imperio, neque est simpliciter Jurisdictionis in ea contineri, sed tantum est ad simplicem Jurisdictionem subsequi tanquam id sine quo explicari et ad effectum redigi non sit Jurisdictio, hec species mixti Imperii est que mandata Jurisdictione transfertur, ita L. ultima § 1° hoc tit. L. 2° de Jurisdictione omnium concinit Osualdus licet non per omnia dicto lib. 17 cap. 6° lit. h. et cap. 7° lit. X, qui rectius alijs uidetur huiusmodi casuistice difficultatis, quamuis non satis, nec uere in omnibus ab ipso notatis dicto lit. X.

31 *Merum imperium*

Merum Imperium ita appellatur quoniam non mixtum arguitur legis ultime § ultimo hoc tit. merum inquam, id est sine tuto, purum et solum sine Jurisdictione in specie sic merum dicitur in L. 34 depositi L. 2 § 2° de cognitionibus, et demonstrationibus cum adductis a Osualdo dicto cap. 8° duplici lit. f. Merum Imperium sic potest definiri: potestas animaduertendi in facinorosos homines L. 3 hoc tit. L. solent 6° in principio D. de officio proconsulis L. 8° de Jurisdictione, in quo licet dubium uideatur alios antraddat dicto meri Imperii, ut uidere est apud Osualdum dicto cap. 8° duplici lit. O. facile tamen dicentientes opiniones componi posse puto si dicamus in contextu non diffinitionem meri Imperii per gladii potestatem, sed gladii potestatem exempli causa poni, licet gladii appellatione comprehendantur etiam aliae poenae capitales, que gladii executionem non habent, ut pluribus probat ibidem Osualdus duplici lit. P. per textum in L. 31 C. ad legem Juliam de adulterijs, juncta L. omnes 6 C. Theodosiano eodem lib. 9 tit. 5° L. 5 in fine principij C. ad legem Juliam Maiestatis ~~juncta~~ juncta L. 8 § 2° de poenis L. 9 C. de re militari, quod et tenent omnes; proprie tamen gladij appellatione non ueniunt aliae poenae ultimi supplicii, quippe gladii potestas solet significare

uiter

~~necessitate~~ uitq necisq authoritate, non uero minores animad uersiones, quae etiam sunt meri Imperii L. illicitas 6.
§. ~~cum~~ qui uniuersas D. de off. praesidis cui adde Legem 5. §. 1. de interdictis et relegatis, L. nemo 70. de regulis Juris. Quamuis in dicta L. 3. de Juris dictione non deffiniat merum Imperium per gladii potestatem; definiuntri tamen diximus intelligi per potestatem animaduertendi; quod etiam ibidem innuisse uidetur Ulpianus, nam postquam asseruit merum Imperium esse habere gladii potestatem animaduertendi in facinorosos homines: statim subiicit: quod etiam potestas appellatur, id est, potestas animaduertendi, ut ego interpretor, ad quid enim declarans meri Imperii natura subiiceret simpliciter et nudae potestatis appellationem, nisi nobis consentiret.

32

Ex quibus bona uidetur diffinitio Bartoli communiter recepta sic dicens: Merum Imperium est Jurisdictio quae officio Judicis nobili expedit publicam principaliter respiciens utilitatem, quam explicant et adducunt Merla in emporio tit. 2.° in praemissis a n. 35 Abruzzo dicta quaest. 2. a principio, et uidetur eadem esse cum illa praeter traddita descriptione, nam negotium criminale expediri per potestatem animaduertendi principaliter respicit publicam utilitatem, quidquid per illud longo uallius contra Bartolum argumentetur, certissimum namque Juris est nullius priuati ex actione poenae interesse, immo hominis interest homini benefacere L. seruus 7. de seruis exportandis propter cognationem de qua in L. 8. de Justitia et Jure. faciunt textus in L. stipulatio ista 38. §. alteri uersiculo plane D. de uerborum obligationibus §. alteri insti. de inutilibus stipulationibus. Quapropter delictorum punitio principaliter solum respicit publicum interesse quod in-

exemplo ē positus, nec enim puniunt leges ut puniant sed ut alii non puniant ex territi l. 1. §. 1. de justitia et jure l. bona fides et in principio D. depositi cap. cum ergo 24 quest. 3a Seneca de clementia lib. 1° cap. 22 quod communis politicorum communi documentum.

33 Constituto itaque de jurisdictione sciamus in nostra rubrica generaliter accipi, non quod velit jurisdictionem generalem, id est juxta omnes species generis posse mandari, quod est falsum cum merum imperium mandari negetur l. 1. hoc tit. sed quod quod inquirit in nostra rubrica ē de potestate eius cui generaliter jurisdictio mandatur, ita ut sit translata mandata de facto, generali nomine, de jurisdictione.

Cap. 2us de differentiis inter

mandatarium jurisdictionis

et alios.

1 Satis apparet ex superioribus quisnam sit is, cui mandata ē jurisdictio. Sed ut ex aliorum comparatione magis innotescat, operae pretium est aliquas inter istum et alios differentias recensere, et 1° differt hic cui mandata ē jurisdictio a judice dato, l. cum praetor 12° §. 1° de judiciis, etenim ille jurisdictionem mandatam, et vices mandantis, ipsiusque officium jurisdicendi habet l. 1. §. damnum de suspectis tutoribus. Ut in praecedenti cap. diximus. Contra vero judex datus, in quem non transfert jurisdicendi officium judicem dantis, qui etiam vices dantis non gerit, quod magistratus dando judicem tantum iniungit ei necessitatem cognoscendi et judicandi ex formula l. penultima de vacatione munerum, quod ut melius percipere, sciendum ē extitisse olim certas descriptas curias judicum, quas populus Romanus eligebat, ut ex eorum numero in ordinariis judiciis maiores magistratus judices litigantibus darent. juxta l. placuit C. de pedaneis judicibus Seneca de beneficiis lib. 3. cap. 7 ibi: non ex testatu hic summi judex ex turba selectorum, quem census

in albu[m], et equestris hereditas misit ubi adnotant
Muretus et Sigonius. Horatius l. sermonum satira 4a
Unus ex judicibus selectis obiiciebat iniquit. Juridicis
2o de finibus. Nec mea selecto judice jura fuga est et
primo amorum elegia 10. Non bene selecti judicis arca
patet. Agellius noctium atticarum lib. 14 cap. 2o Sigonius
de antiquo jure Romanorum lib. 2o cap. 18o Bulengerus de
imperio Romano lib. 5o cap. 30o explicant et adjustant Duarenus ad
tit. de judiciis cap. de judicibus datis Renardus pro tribuna
li cap. 11 Morla in emporio tit. 2o in premissis n. 89 do
nellus lib. 17o commentariorum cap. 24 per tot. ubi omnia
dus plura et plures late Joannes Antonius Bellonus de
mandata jurisdictione cap. 1o q. 5 per totum ubi prope
infinitos refert.

Sed ne antiquitatis ritus circa judiciorum ordinem 2
penitus ignoretis et ut magis haec l. dicta clarescat,
sciendum est quod olim litigaturus de re privata cum aliquo
adversario, per semet ipsum in jus vocabat, id est ad eum
qui jurisdictioni praeesset §o ultimo inst. tit. de poena temere
litigantium l. 2o in principio d. si quis in jus vocatus
+ non ierit, tenebatur vocatus statim sequi vocantem, cum reti
tentes posset actor rapere et quasi invitum in jus trahere
rubrica ne quis eum in jus vocabit l. sincero 5 §o
ultimo d. qui satisdare cogantur l. si quis 23 § ultimo
de heredibus instituendis. Sed tamen antequam raperet
debebat actor antestari, id est rogare adstantes
ut praeberent testimonium ipsius vocationis quod fie
bat his verbis licet antestari et ubi responsum esset
licere, astantium aurem oppositam actor leviter
apprehendebat in memoriae subsidium, et protinus
manus in vocatum iniiciebat, ubi ventum erat in
jus, interrogabat actor reum l. 1 in principio d. de
interrogatoriis actionibus, quo quibusdam formulis

fiebat, videlicet quos sequens numerat: q. de quo t. consiguio partulo, an sic res authori formula ista dicebatur interrogatoria actio l. 1. § 1. de interrogatoriis actionibus postquam vero interrogatus, et responsum erat, cogebat actor actionem edere reo l. 1. in principio de edendo, id est, cogebat declarare actionem qua vellet experiri, ut intellecta specie litis deliberaret reus, an cedere, vel contendere debere l. 1. in princ. l. edita 3. C. eodem. facta autem editione, si reus intra praefinitum a praetore tempus deliberabat litigare, postulabat actor judicem a praetore, q. moris erat in ordinariis et frequentioribus judiciis magistratus judicare, sed judices litigantibus dare l. 2. l. cui 13 de iurisdictione l. cum praetor 12 l. judicium 58 de judiciis l. divo Pio 15. de re judicata l. in princ. l. ultima de quibus et a quo appellet et passim in nostro jure. praetor igitur praescripta formula dabat judicem, hoc fere modo: titius judex esto. si paret Caium seium Lucio Sempronio centum dare oportere, vel alias, eum condemnato, quam formulam judex tenebatur sequi in judicando, prout colligitur ex huiusce rei extantibus vestigiis in l. penultima d. de vacatione munerum § 1. his quoque instit. quibus modis re contrahitur obligatio § 1. itaque instit. de actionibus § 1. praeterea instit. de exceptionibus. Hoc dicebatur actionem seu judicium dare, unde fluxerunt passim ista locutiones. judicium dabo, actionem dabo, actionem pollicet, et similes. juxta l. 1. d. quod cuiusque l. aut praetor 7 in princ. de jure jurando l. 1. in princ. de dolo l. 3. de negotiis gestis l. 1. commodati, quas pluribus illustrans congessit Hieronymus Gaspar ad titulum instit. de actionibus § actionum autem 28 q. 1. n. 13, judice vel dato inter

ponebant stipulationes judicio sisti, judicatum
solui, et aliae id genus, et hoc inst. idem, coram pretore
et eius jussu, l. 2. §. si petit d. de judiciis l. 1. §.
quod si sit l. si precium 10. d. de pretoriis stipulatio
nibus cum similibus, unde et fuerunt appellatae pre
toriae huiusmodi stipulationes, l. stipulationum
5. in principio de verborum obligationibus §. pretoriae instit.
de divisione stipulationum. his peractis litigatores sibi
inuicem denuntiabant de comparendo coram judice in 3.°, seu pe
rendinum diem, quae dicebatur condictio sive comperendinatio quam ap
pellamus instit. de actionibus, die vero adveniente uterque com
parebat actor proponens suam actionem, reus vero suam res
ponsionem, quae dicebatur litis contestatio, quae fiebat testibus
ab utraque parte adhibitis. plerique putant an litis contestatio
nes consuevisse fieri coram pretore. et quod tunc temporis
incipiebat judex causam audire l. 1. C. de litis contesta
tione l. 2. C. de jur. jurando propter calumniam. id circo
traddit judicium a litis contestatione incipere l. apertis
simi 14 C. de judiciis l. 1. C. de litis contestatione
l. omnes 25 de actionibus et obligationibus [illegible] utroque
d. de fideiussoribus tutorum et curatorum inst. post litis con
testationem fiebant coram judice dato scripturarum
et instrumentorum editiones l. 1. §. edenda d. de eden
do. examinabant testes, et probationes, et plerumque uti
ponebant judiciales stipulationes l. 5. §. judicia
les de verborum obligationibus §. judiciales instit. de
divisione stipulationum, post instructam causam pronun
tiabat judex et judicabat, et sic judicium finitum spira
bat l. judex 52 de re judicata, nam executio senten
tiae non ad judices datos, sed ad pretores dantes pertinebat
l. a divo pio 15. in princ. de re judicata. quae omnia
antiquum ritum, et veteres ordines judiciorum expla
nantia, late cum pluribus nostrae jurisprudentiae

et bonarum litterarum authoritibus comprobat Joannes Antonius Bellonus de mandata jurisdictione cap. 9 per totum.

3 Judices qui a magistratibus dati, juxta id dictum antiquorum judiciorum ritum, vario fuerunt nomenclatura appellati. Primo enim dicuntur simpliciter judices, quod est frequentissimum in iure toto tit. ff. de judiciis. Ut distinguantur a magistratibus ut sit in l. commissione § ultimo de cap. minutis l. quid ad [illegible] de re judicata l. stipulationum § in principio de verborum obligationibus l. 2 de regulis juris. Eadem ratione appellantur judices delegati l. a judice

= § C. de judiciis, qui judices et judices dati l. judex 46 de judiciis l. divus Pius 15 in principio de re judicata cum ac. tandem eodem respectu judices privati dicebantur ut Suetonius in Claudio 14 et Agelius lib. 14 cap. 2 docuit. Unde et judicia privata sunt dicta l. in privatis de judiciis, et forsan id idem judices speciales l. ultimo de officio pretoris l. preses § de officio presidis l. ultimo C. de judiciis quod videlicet ad unam tantum causam specialiter solebant dari.

4 Nec tamen intelligas huiusmodi appellationes adeo distinguere judices a magistratibus, ut magistratus non sint judices, quamvis enim dubium sit an in ordinariis judiciis possent magistratus jus dicere? Ut tractant relati ab Osvaldo ad Donellum lib. 17 Commentariorum cap. 21 lit. A de quo infra suo loco, non tamen ambigitur generaliter esse veros judices. Ut clare patet in rubrica cum nigro de rebus authoritate judicis possidendis juncta l. 1 de jurisdictione l. 1 de judiciis. Cum pluribus adductis a Osvaldo dicto cap. 21 lit. C. s. q. in ordinariis judiciis

dibus, non solebat magistratus judicare et judices dare (ut apud omnes certissimum est, si quod frequentius erat inspicimus) idcirco [struck] frequentius jus et judicandi distinguit per supra traditas appellationes judices a magistratibus. Unde et fuerunt etiam distincta jus dicere et judicare, l. 4 §. ultimo de interrogatoriis actionibus l. quidam 57 de re judicata rubrica C. ne quis in sua causa judicet, vel jus dicat. Inde etiam fuerunt distincti jusdicens et judex l. 1. de jurisdictione, quemadmodum et officia jusdicentis et judicis dicta l. 1a. l. stipulationum §. ve[?] de verborum obligationibus, quia magistratus jus dicit, non judicat juxta supradicta, l. qui Roe 10 ad l. Juliam de vi publica. Judex vero judicat, non jus dicit. dicta l. 10. magistratus dum judices dabat, simul formulas addebat in quibus prescribebat jus, quod judices statuere oporteret, ita ut supradiximus ex l. penultima §. pen. ultimo de vacatione muneris. Judex vero dum judicabat non jus dicebat, sed jus a magistratu iam dictum dicabat, id est, assignabat, explanabat, pronuntiabat, aperiebat. Ut bene explicuerunt pluribus adductis, Bellonus dicto cap. 1o q. 4a n. 8 Osualdus lib. 17o cap. 21 in notatis lit. e. Montanus sius Otcisio[?] et Olanus paralipomenon et electorum juris lib. 3o cap. 2o n. 24 d. Joannes Suares in commentariis ad l. Aquiliam lib. 2o cap. 2o sect. 1 n. 10. Ex quibus etiam aliud est vocare in jus, aliud vero vocare in judicium l. 3. §. si quis ff. ne quis eum qui in jus vocabit.

2o appellabantur judices dati Bellonus dicta l. 3. §. si quis l. 4 de tutoribus datis l. 1. §. 6o vers. item senatusconsulto d. de postulando toto tit. C. de pedaneis judicibus cum congestis ab Osualdo dicto cap. 21 lit. E. Bellono dicta quest. 4 n. 8. qui plura referunt. Dicebantur autem pedanei, non quod formulas

prescripte, tenacius inhaerentes in magistratu sententia
pedibus irent, ut voluit Vulpeius; id quod non utebantur
tribunali, cum privatim sedentes, ac pede terra cal-
cantes, et plerumque stantes pronuntiarent, ut cum Sigonio
Goveano, Cujacio, Revardo, et aliis, explicant prae-
dati Osualdus, et Bellonus dicto cap. 21 lit. L. dicto
quest. 4 n. 9 et 10.
6 Secundo appellabant recuperatores Cicero Verrina
3a. Flacciis in 3a quidem actione 2a. sena 3a ibi; post
quam quidem praetor recuperatores dedit. ut Dearen
Revardus et aliis observant Osualdus dicto cap. 21
lit. f. Richardus in l. actionum autem 25 quae in 1.
instit. de actionibus. Dicebantur autem recuperatores
vel quia actionis fuit formula qua praetor pollicebatur
quanti res esset, tanti pecuniae judicium recupera-
torium dare, vel quia apud eos certaretur de recuperan-
do, vel quia de rebus privatis recipiendis reddendis-
ve cognoscerent ut ex ... constat.
7 Appellabant etiam isti judices, addicti toto
tit. C. de pedaneis judicibus et passim in veteribus
iis cognitores dati, L. ultima C. qui pro sua jurisdic-
tione. disceptatores, Osualdus ex Toleto dicto cap.
21 lit. f. selecti ut cum Cicerone, Seneca et aliis
scripsit idem Osualdus dicto lib. 17 cap. 24 lit.
Quo loco recte contra Muretus animadvertit eum
dictos selectos ab electione litigantium, quia antequam
addicerent selecti nuncupabant, ... quia juxta
Ciceronem Philippica 5a. et pro Cluentio, praetor initio
annui sui magistratus expleto Civium genere de curiis con-
scribebat delectu habito, et optimum quemque in se-
lectos judices referebat ut latius constabit ex
imprimendis ~~ad caput~~ in cap. de his quibus man-
dari potest jurisdictio. Dicebant judices
arbitri, de quo in 2a principali dissertatione.
76 Impugnat tamen 3o. et 4o. nomen ...
vam, ex supra traditis, textus in L. 3. § sequenti

D. neque eius qui in ius vocabit, ubi pedaneus judex videt in ius vocare potuisse, unde infert eius posse jus dicere, ac proinde jurisdictionem habere quoniam in jus vocare nihil aliud est, quam vocare ad tribunal judicis l. penultima de jurisdictione §. l. si feriatis ff. D. de feriis, ingeniose expendit etiam potest textum l. A. §. o. ff. de interrogatorijs actionibus quo loci in jure interrogatus dicitur, qui apud magistratus populi Romani sive praesides provinciarum, sive apud alios judices, id est, judices datos interrogetur. Quod et confirmant verba eiusdem textus ibi jurisdicendi vel judicandi. neque alii judices praeter datos videtur posse significari ibi: vel alios judices.

Deinde obstare videtur lex l. §. removet 6. versic. senatusconsulto. juncto §. postulare 2. eiusdem legis l. D. de postulando, quibus probatur posse apud judices pedaneos postulari, ac per consequens ipsos praeesse jurisdictioni juxta dictum §. 2. 9

Quibus ut satisfaciamus, notandum judices datos iure pedaneos quidem referri ut diximus, non tamen omnes judices pedaneos fuisse judices datos, cum enim pedanei dicerentur quia nec sella curuli, nec tribunali utebantur, sed privati sedentes pede quasi terra calcantes judicabant ex supradictis; exinde fit pedaneorum appellatione omnibus his judicibus adaptari commune, qui in subselliis considebant, sive dati judices, sive minores Romae magistratus essent, ut tribuni, questores, triumviri, quibus nullum tribunal fas erat ascendere, ita Osualdus dicto cap. 21 in notatis lit. G. Revardus lib. 3. coniectanearum cap. 10. Unde non de judicibus datis, sed de aliis pedaneis judicibus, accipiendi dicta l. 3. §. 10

si quis D. ne quis eum qui in jus vocabit, qui uel
n habent prehensiones, nec vocationes, nec mato
res, neq. lictores, juxta Agelius lib 13 cap 12
id circo si obtorto collo captus ut fieri solebat (de
quo plura Lansirola in thesauro variarum lec
tionum lib. 5° cap 23) aliquos ad se duci jussis
sent: n committebat poena illius edicti, q. ipsi
suae jurisdictioni jubentibus impune n parel
ultra de jurisdictione. Rectius facit Menardus
in dicto cap 10 referens dictum fr. l. § 6° ven
tenatusconsulto D. de postulando, ad ij tsi mi
nores magistratus, qui licet jurisdictionem prae
sedamur tamen erant, et sine tribunali ut dip
tonus

11 Quod si ad judices datos referas dictam l. 2
in §. si quis D. ne quis eum qui in jus vocabit
omnino Osvaldo ad Donellus lib. 18 cap 27
lit. C. dic. judices datos n huisse vocationem
in jus, potuisse tamen citare, vel in judicium vo
care disceptandi facti causa, ut pluribus pro
bat idem Osualdus lib. 3 cap 2. lit K. et de
hac citatione loquit consultus in dicto §. si
quis. id circo n ait ad jus vocaturum, s. ad pe
danens judices. Ro autem propter quam in eo cap
tu n committit poena illius edicti, ea ē q. ui
delicet edictum illud loquit de vocato in jus, n ve
ro de in judicium vocato; et quemadmodum jud
cens distinguit a judicante, sic pariter vocari in jus
et vocari in judicium int se distinguunt. Quapro
ter in digestorum libris recte separat titulum
D. ne quis eum qui in jus vocabit, a titulo D. de
eo per quem factum erit, quominus quis in judicio
sistat, ut bene animadvertit Antonius Faber in
ratt ad dictum §um si quis.

2

Maior difficultas habet dicta lex 4 §. 1. de interrogationibus in iure faciendis. l. generaliter Baro lib. variarum quaestionum de iurisdictione folio 43. relatus ab Osualdo statim laudando, verba illius textus ibi: alios Judices, exponit ordinarios, et delegatos. Sed Osualdus refutat, quia hoc admisso, si dixisset postea idem textus: iurisdicendi, vel iudicandi, tunc cum vocula, vel, distinguatur, superfluerent quidem, vel iudicandi dicunt praeterea Judices datos constat ordinarios fuisse ex infra dicendis in 5.a principali dicta, quare Osualdus lib. 2.o cap. 2.o lit. K respondent ea verba, vel iudicandi, accipi debere de causis et iuditiis extraordinariis, in quibus ipse praetor cognoscebat et iudicabat. Sed tamen ea restat superfluitas, cum satis exprimantur istae causae per verba iurisdicendi. Ulterius textus sic: vel alios Judices, distinguens istos Judices a magistratibus populi Romani et praesidibus provinciarum, nec possunt ea verba, alios Judices, referri ad mandatarios iurisdictionis constitutos a magistratibus vel aliis. In ultima formula quia isti mandatarii satis exprimuntur per expressionem magistratuum mandantium, quorum vices sustinent, et semper superfluit in eo textu verbum iudicandi. Deinde obstat semper textus in l. penultima de interrogatoriis actionibus ubi eodem lib. 22 ad edictum idem Ulpianus author dictae legis 4.ae certe affirmat utcumque iudicem aequitas moverit, aeque oportere fieri interrogationes. Tandem dubitat distinguendum si interrogationes de quibus praetor loquitur in eo dicto

fiebant ante Judicium dicta L. 1.a §. 1.o in principio illo tit. Pergerat autem Ulpianus verba edicti, de loco, cui Judicandi gratia consistat magistratus vel alius Judex, praesertim cum sus eum locum designet ubi Jus dicit L. penultima de Jurisdictione et [illegible]

13 Quare veniens respondet Ulpianus in dicta L. 1.a §. 1.o interpretari Edictum, non ex ui verborum edicti, sed ex mente, prout ipsius interpretatio inservire poterat interrogationibus, quae tempore Jurisconsultorum erant in usu; istae autem non erant quae fiebant ante Judicium juxta verba edicti, sed quae juxta mentem remanserunt in usu apud Judices etiam in quacumque parte Judicium explicantes juxta dictam L. 1.am §. 1.o dictam L. penultimam illo tit. id circo in dicta L. 4.a §. 1.o ait verbum ius sic accipiendum esse (quatenus ad usum sui temporis expectabat) ut etiam ad Judices pedaneos, qui non Jus dicebant, sed Judicabant, referatur ex mente quidem edicti; non vero juxta verba edicti.

14 His ergo praelibatis ad examen resitius 1.a differentiae constitutionem, scramus nunc oportet plures esse praesentis discriminis notationes, nunc succinte et quasi brevis manus traditione delineandas, longiori postmodum, suis in locis prout ere fuerint pertractandas, et 1.o differunt noster mandatarius, et Judex datus, quod ille jurisdictionem habet alienam, quoad usum et exercitium habet L. 1.a §. 1.o L. 3 et 4 Socht. L. 4. §. ultimo d. officio proconsulis; iste vero solum habet simplicem notionem facti L. ait praetor §. de re Judicata, facit lex ultima C. ubi et apud quem in integrum restitutio

text. in cap. penultimo de in integrum restitutione.

2.º quod mandatarius non exercet officium jurisdictionis in se, tamen habet l. 1. §. 2.º d. de suspectis tutoribus, at judex datus sibi habet in juncta necessitate judicandi l. penultima §. ultimo d. de vacatione munerum. 15

3.º mandatarius vices mandantis gerit, eiusdemque nomine agit ad instar procuratoris l. 3. hoc tit. l. 6. de jurisdictione. Datus vero judex vices dantis non gerit, sed suo nomine agit et judicat l. venditor 49 §. 1.º de judiciis l. 1. in principio l. ultima d. quis et a quo appellet. Junctis §. illo videlicet observando autentico de appellationibus et intra quae tempora collatione 1. cap. 2.º de consuetudine in 6.º cap. 3.º in princi.º de appellationibus eodem lib. 16

4.º mandatarius nihil proprii habet l. 1.º §. 1.º hoc tit, et quod alienum habet, ab alieno beneficio praemittit l. more 5.º cum l. sequenti de jurisdictione. Judex vero datus ex proprio munere, et legis beneficio notionem propriam habet dicta l. 1. et ultima d. quis, et a quo appellet, l. quippe 18 de judiciis l. ultima §. judicandi d. de muneribus et honoribus faciunt jura in dicta ultima C. ubi et apud quem in integrum restitutio, cap. penultimo de in integrum restitutione. 17

5.º a mandatario non appellatur mandans, sed quem a mandante appellaret, at vero a judice dato appellatur ipse dans dicta l. 1. in princ.º d. quis et a quo appellet l. 1.º §. si quis in 18

appellatione D. de appellationibus

19 6°. Morte mandantis soluitur mandata potestas L. 6. de Jurisdictione. Morte tamen dantis non finitur potestas Judicis dati L. uenditor 49 §° ultimo D. de Judiciis.

20 7°. Mandatarius habet Imperium cohaerens Jurisdictioni, dicta L. 1. §°. ultimo dicta L. ultima §. 1 hoc tit. Contra Judex datus, hic ut diximus non habet Jurisdictionem cui cohaereat Imperium.

21 8°. Mandatarius potest Judicem dare L. Praetor 12 §°. huiusque D. de Judiciis. Judex uero datus Judicem dare nequit. L. a Judice 5. C. de Judiciis.

22 9°. Potestas mandandi Jurisdictionem non Jurisdictionis, neque Imperii, sed cuiusdam facultatis more competentis ob Jurisdictionem praestitae L. more 5. iuncta L. sequenti de Jurisdictione. At Judicis dandi licentia mixti Imperii est L. 3. in fine de Jurisdictione, L. 12 §. item hic, L. 13. eodem tit.

23 10°. Datur Jurisdictio uolenti, quam admittere ad eum causarum dicta L. 6. de Jurisdictione iuncta L. 27. §. sicut D. commodati, L. 22 §° ultimo, L. 27 §° qui susceperit D. mandati. Facit Lex 1. §. 1°. ibi: suscepit, hoc tit. At Judex datur inuitus L. penultima §. ultimo D. de uacatione munerum L. uenditor 49 §°. Judices L. 46 L. 74, L. 78 de Judiciis L. ultima §°. Judicandi de muneribus et honoribus L. cum furiosus 39 de Judiciis, iunctis L. 2. §°. furiosus de SCto Trebelliano L. qui potest 27 de regulis Juris.

24 11°. Non inferiori, immo, et superiori potest mandari Jurisdictio, L. 5. hoc tit. Judex uero non datur nisi subditus, et inferior L. Judicium 58 de Judiciis —

Unde Imperium par, aut maius superueniens in personam Judicis dati, soluit, et perimit dationem dicta L. 58 contra in mandato Jurisdictionis.

12°. potest Jurisdictio mandari ab existente extra territorium, ut in suo territorio exerceat, L. 5 de off. proconsulis, cum mandare Jurisdictionem sit ad instar contractus, qui ubique licet. At extra territorium Judex non dat L. 12 §. item ii D. de Judiciis, dicta L. 1 de off. proconsulis L. 3 de off. presidis L. ultima de Jurisdictione 25

13°. mandatarius potest exequi sua absentia L. 1 §. ultimo L. ultima §. 1°. hoc tit. juncta L. 2 et 4 de Jurisdictione L. quae 26 ad municipalem contrà uero Judex dari L. a Divo Pio 15 in principio de re Judicata. 26

14 mandare Jurisdictionem e in arbitrio Magistratus L. solet 6 §. sicut de off. proconsulis L. et 6 de Jurisdictione L. mora §. ibi beneficia eodem tit, juncta L. rei legatae 18, de alimentis legatis L. ultima de constituta pecunia. At in Judiciis ordinariis Magistratus cogebatur dare Judices L. 2. C. de pedaneis Judicibus 2 una [illegible] 27

15°. cuilibet potest mandari Jurisdictio excepto proconsule L. obseruare 4 §. ultimo de off. proconsulis. At Judex dari nemo potest nisi ex numero selectorum ut dicemus in cap. ubi agemus de personis, quibus potest mandari Jurisdictio. 28

16. Mandari potest Jurisdictio, uel uniuersa, uel ad unam tantum speciem L. solet 10 cum L. sequenti de Jurisdictione Judex uero ad unam litem dat L. ultima de off. praetoris L. praeses 5. 29

de ssto presidis.

30 Penultimo. Mandatario nullam formulam debebat magistratus prescribere; at Judici dato formulam prescribebat, aqua recedere eis licebat iuxta infra dicenda in hac 1. diff. et in 2. principali.

31 Tandem in mandanda jurisdictione non requirebatur partium consensus; in datione vero Judicis regulariter excludebatur l. 2. §o si tu Judex, l. si Judicis §O de Judiciis, l. ex consensu 23 in principio de appellationibus, sic apud Virgilium Eglog. cum Menalcas provocans ad certamen Judicale genus diceret: Audiat hec tantum, uel qui uenit ecce Palemon, respondet Dametas, quin age si quid habes in me mora non erit ulla, nec quemquam fugio. id est, consentio etiam ad Judicem aditiuum. Ut hic item adnotat Servius reprobatus a Sacerdote, quod deditiuus Judex is erat, quem una tantum pars elegerat, Palemon vero ab utraque electus est ab utraque elegit.

32 Has ergo procul dubio differentias, et forte alias extitisse olim inter mandatarios jurisdictionis, et Judices datos, inter mandare jurisdictionem, et Judices dare, certissimum est apud fere omnes nostri Juris glossographos. sed dubium nonnullis est extent, nec ne. cuius quidem questionis ut istius ut magis percipiamus animadvertere non incongrue erit, Judicia olim, uel ordinaria, uel extraordinaria fuisse; ordinaria Judicia dicebant, que assueta, atque recitata erant ordinariis statis, et solemnibus per agenda in quibus magistratus Judicas litigantibus dabat formulam adiectam. Extraordinaria vero erant in quibus formularibus actionibus deficientibus, uel non deficientibus extra ordinem, tamen consueta

n. Judex datus, sed praetor ipse judicabat et cognoscebat l. 13 de minoribus l. Actio de 7 de negotiis gestis §. ultimo inst. de interdictis, Ulpianus in fragmentis tit. 25 §. 1. quibus adde Oscaldum ad Donellum lib. 27 commentariorum cap. 22 lit. f et g, late juribus adiectis Richardus in rubrica de interdictis ang. Atanasius Oteiza et olano. Paralipomenon seu electorum juris lib. 2. cap. n. 25.

Haec quidem judiciorum differentia dum observabatur, et tamen inductio e ut diximus digressive per litteras differt, sed cum jam novo actionum formulae fuerint sublatae l. 1. C. de formulis, et impetrationibus sublatis, cautum quod extet judices dari posse, sed magistratus per se ipsos judicare debere juxta l. 2. C. de pedaneis judicibus proindeque apud omnes hodie omnia judicia sint extraordinaria dicto §. ultimo instit. de interdictis §. 1. instit. de successionibus sublatis, atque ita cum ex formula praescripta judices maximus exinde dubium extat an sensibilem novo isto jure indigeat. Et hic principalis differentia inter mandare jurisdictionem et judices dare, inter jus dicere et judicare, inter mandatarium jurisdictionem et judices datos. 33

Duplex est sententia. 1.ª negat ex sequentibus: nam mandare jurisdictionem, nihil est aliud, quam constituere jus dicentes, id est ut qui vice eorum judicat [illegible] et constat satis ex supra adductis l. 3. h. t. 34 qui det judices et constituet jus dicentes, quod judex nihil aliud est, quam jus dicens, text. in cap. forus §. iure judex de verborum significatione: qui judices dat, vel delegat, hac ipsa jurisdictionem mandat, sine qua nemo jus dicit.

35 Dico ad titulus noster de offo eius cui mandata est iurisdictio correspondet titulo decretalium de offo et potestate Judicis delegati ut probat glossa Bartolus et alij in nostra rubrica. Tenet Joannes Antonius Bellonius de mandata Iurisdictione cap. 1° q. 2 n. 4 quo loco procedes accipit utrumque titulum, quod confirmat, quia sicut mandans Iurisdictionem vices suas alteri committit dicta l. 3ª hoc tit. cum similibus, ita et qui dat, seu delegat Judicem eodem vices suas ei committit cap. 3 et cap. 8° cap. 27 §. si vero, cap. 37 de offo Judicis delegati, cap. 11° §. in nullo de rescriptis in 6°, cap. 5° et 6° de offo delegati in 6°. Dico confirmat non Jure novo Judex dato, seu delegato non dat Iurisdictionem cap. 2 et et cap. 27 §. et §. si vero, cap. 29 et 30 de offo delegati.

36 Tertio nam ~~Volunt iam magistratus sed cum~~ sublatis formulis Judicandi Juxta quas solebant olim magistratus Judices dare non videntur separari inde se Jusdicere et Judicare, nam quotiens magistratus extraordinem cognoscebat et Judicabat, simul etiam et Jusdicebat l. 1ª in principio de uarijs et extraordinarijs cognitionibus l. 2 §. quod deinde Divus d. de origine Juris §. 1° institut. de fideicommissarijs hereditatibus dicta l. pecuniæ 178 §. persecutionis de uerborum significatione §. ultimo insti. de interdictis, sed cum Judicia omnia sint facta extraordinaria, cessauit iam cum ordinarijs differentia inter Judicare et Jus dicere, cum iam nemo Judex Judicet quin Jus dicat, quod olim enim quia Jus a magistratu erat dictum et prescriptum in formula, Judex datus non Jus dicebat, sed tamen de facto Judicabat ut [illegible]

cant Luorasius ad rubra D. de jurisdictione n. 7. Go uearius ad Leges 1a. n. 1o. de jurisdictione Belonus de mandata jurisdictione cap. 7o. quest. 6. n. 3o cum sequentibus. Obiqlures quod et probari videtur ex l. cum fideicommissum 7o D. de confessis. Ubi Judex illud de facto cognoscebat an sibi licet, velita se haret ut informatio, et si constabat ita semel here necessario confiermabat, velum si informatio ita erat dictus, et prescrigsimus, cumque omnia Judicia sint facta extra ordinaria, ut diximus, et in extra ordinarius judiciis cessant formule l. auxilio de negotiis gestis. Nulla iam extabit differentia inter jus dicere, et jus dicere, quando quidem omnes judices hodie certissimum sit jus sibi tenentur dicere

4o. ex l. solet 2. et cum l. sequenti de jurisdictione cui ergo posse mandari jurisdictionem adunam tantum causam, et hodie dans Judices adunam causam necessario ei committat jurisdictionem, sine qua jus dicere nequit, prout idem ipse, et nos alius dixit, ut scripsimus perinde erit dare Judicem, ac si ad unam causam mandaret jurisdictionem, proinde quemadmodum olim mandatarius jurisdictionis universe differebat a mandatario jurisdictionis ad unam tantum causam specialem, nisi quod magis aut minus, nec particularis, et singularis iste mandatarius, tunc dicebat Judex datus, proprie mandatarius erat jurisdictionis: sic fuerit hodie nudum nomen Judicis datis emanebit, ut iam videatur factus necessario mandatarius jurisdictionis singularis, idem 37

quod dicitur a mandatario jurisdictionis universalis, et in esse mandatarii jurisdictionis, sed tantum
38 aut omnis jurisdicendi potestate.

Secundo ex textu in l. ultima C. ubi et apud quem ibi: *sive hoc specialiter eis fuerit mandatum, quod et veteribus non fuerat incognitum, vel si generaliter dati sunt judices*; cuius significat imperator omnis causam in integrum restitutionis, non solum apud eos agitari posse, quibus specialiter hoc fuerit mandatum, quod et dum fieri poterat, veterumque, sed etiam apud eos quibus generaliter jurisdictio mandatur, quod olim fuisse incertum nova constitutio demonstrat. In quo textu mandatarios universalis jurisdictionis appellat Imperator judices datos; ergo hodie mandatarius jurisdictionis idem est ac judex datus.

39 Praeterea expendo eundem textum in dicta l. ultima ibi, *vel apud eos qui dantur a judicibus, qui propriam jurisdictionem non habent, sed tantummodo judicandi facultatem*. ubi Justinianus Imperator supponit quosdam esse judices, qui habentes tantum judicandi facultatem possunt judices dare; ergo per judicandi facultatem intelligit jurisdictionem, per jurisdicendi potestatem, sine qua nemo potest judices dare l. [illegible] ultima de jurisdictione. Atque per consequens idem erit *judicandi*, ac *jurisdicendi* dixisse. Unde pro eodem summit in eo textu judicare, et jus dicere; alias namque judices illi non tantummodo judicandi facultatem haberent ut supponit ille textus. Quod et confirmari potest ex textu in [illegible] ultimo de in integrum restitutione, qui desumptus esse
40 videtur ex dicta l. ultima.

Haec sunt potissima istius sententiae fundamenta

quam videntur secuti communiter antiquiores ut videri potest apud glossam in praesenti rubrica de off. eius Bartolum. Alexandrum, Jasonem, Decium, Cagnolum, et alios relatos a Bellono de mandata jurisdictione cap. 1° quaest. 2. n. 1 Ludovico Barbosa in l. cum praetor 12 § 1° n. 143 cum sequentibus. Vacconius a Vacuna lib. 6° declarationum cap. 84 n. 2 Nicolaus Bellonus subtilium lib. cap. 11 n. 1°. Emilius ferrerius in rubrica C. de mandatis principum n. 22 et 23. ubi expressius antiqui et novi juris facta distinctione adhaeret Joannes [illegible] Bellonus de mandata jurisdictione cap. 1° q. 6. fere per totam.

2. Sententia, cui et nos subscribere non dubitamus, A 1 tenet hodie ad hunc extare maximam differentiam inter mandare jurisdictionem, et dare judicem, ac personam inter mandatarium jurisdictionis et judicem datum. Ratio 1° nam ex natura rei notione, cognitio et jurisdictio, potestas judicandi, et potestas jurisdicendi distinguuntur inter se l. notionem 99 de verborum significatione l. ait praetor 5 de re judicata l. 1 de judiciis l. ultima C. ubi et apud quos cap. penultimo de in integrum restitutione. Cognitio, vel notio nudae potestatis cognoscendi sine jurisdictione, alias nulla conveniens opposita fieret inter cognitionem et jurisdictionem tanquam inter duas species divisas in dicta l. 99. Ut scite contra Cedam animadvertit Oiscal. dub. ad Gonetum lib. 17° cap. 6. lit. L. Hoc si ex natura rei requireret dicto inter huiusmodi potestates, distinxerunt Romani, ut apud omnes in comperto est. Distinctio ista tempore, quo vigebant judicia ordinaria: quae adhuc nullatenus formulis admittenda erit istis ex natura rerum constructa juxta quam aliud est cognitio et aliud

Iurisdictio, et per cons. aliud mandare iurisdictionem, et aliud delegare, seu mandare causam, quae est iudicem dare.

42 2°. formulis sublatis non fuerunt sublati iudices pedanei toto tit. C. de pedaneis iudicibus qui dicebantur iudices dati, ut in superioribus scripsimus et nemo negat. Unde sublatis formulis adhuc remanserunt separatae potestas sive facultas iudicandi, et potestas iurisdicendi dicto ultimo. Iuxta superius relata verba C. ubi et apud quem dicto cap. penultimo de in integrum restitutione, maxime quidem cum ratione, nam tunc iudices dati, et pedanei ex proprio ad hoc munere et officio iudicabant, et iudicia ordinaria erant l. qui sisse 7. de iudi. l. ultima §. iudicandi de muneribus et honoribus l. 1°. et ultima de quis et quo appel. Bonus text. in dicto c°. penultimo de in int. rest. et per dationem non committebatur ei potestas iudicandi, sed ea quae ratione sui officii, et muneris erat propria, excitabatur, et in decurrentibus signabatur, sed declarabatur dict. l. ult. quis et a quo. Unde merito fuerunt ordinarii, cum ratione habere, ratione officii a lege, quae iudicia modo translulit ad senatum, modo ad equites, modo ab utrumque haberent illam potestatem, ut dicemus latius infra in 3°. principali diffo, prout tenuerunt Carni l. Plaut. viro b. de officio eius lib. 1. c. 13. n 1. et c°. 14. n 2. et 11 Cuiacius in l. more § de iurisdic. et in l. aliquando § de off. procons. Ubi etiam lib. 1°. quest.um Papinianus, Goveanus ad l. 1a. n 10 de iurisdic. Merlinus in comprio tit. 2 in premiis n 69. infra Bellori de mandi. iurisdict. c. 1. q. § n 3. et 4. c. 9

quest. 6. per tot. Cod. et novissimi § procedebat, ut ex dict. Tituls et dict. cap penultimo manifeste est et insuper ex L. uni. C. nequis in sua causa Judicet vel Judicat. cuius rubr. clare comprobat compositorum tempore agnitas fuisse istas differentias, quam post sublatas formulas extitisse non dubitamus.

Manet g. certissimum sublatis formulis toto eo tempore, quo durarunt Judices pedanei ex proprio officio judicantes, licet desiere Magistratus tamquam conditione precedente; extitisse adhuc differentias inter Judicare, et Judicare, et in mandare Jurisdictionem, et Judices dare. Quod etiam comprobat exemplo differentias extantis inter actiones bone fidei, et stricti juris. differebant istę olim juxta formulas in eo q. bone fidei actione dicebant, quarum formula juxta quam praetor Judices dabat, iniungebat ex bono et equo munus Judicandi, contra formulas stricti juris actionum, quae simpliciter iniungebat judicatio ut late, pluribus adductis, explicant Richard. in tit. actionum autem 2. q. 1 n 18 et 20 instit. de action. Bellon. de manda- ta Jurisdictione cap. 7 q. 3. n 6. etiam post sublatas formulas remanserunt actiones, et cum ipsis eadem illa differentia inter easdem, quę tempore formularum extite- rat. Richar. ubi supra q. 5. per tot. et in rubr. eodem tit. instit. de actionibus n 9. Bellon. dicta q. 3. n 12. in fine

A 3.

pertinet. in §.° in bonae fidei initii de actionibus, et hoc quia non ex formulis, sed ex diversa negotiorum natura profluxit actionum diversitas quae potius diversitas profluxerit formularum. Et ibidem explicat Dickerus quod deinde per totam. Adversitas quod actionum sub formulis non fuerunt sublatae iudicatio et iurisdictio, quae natura sua differunt ut diximus.

AA

Quae omnia confirmantur ex eo quod etiam in ipsis magistratibus distinxerunt coniuncti ius dicere, et iudicare, l. 4 §. l.° de serv. actio. ibi: Iurisdicendi uel iudicandi Iuncto Osualdo ad Donellum lib. 23. cap. 2.° lit. K l. quidam 57, & certe ibi: praeter de seminore praetor, si consul iusdicerent sententiam protulerit. de re iud. Sidem. nisi licet etiam hodie factis omnibus iudiciis extraordinariis, quia magistratus quando olim iudicabat iudicium erat extraordinarium = Iudices distinguit quidem in ipsis magistratu ius dicere, et iudicare, sed tamen distinguit tanquam genus, et speciem, nam qui iudicat magistratus utique et ius dicit, non uero contra. Utcumque nario respondet Bellonus dict. q. 6 n. 7. in fine = Etenim cognitio cui respondet iudicare, et iurisdictio cui respondet ius dicere, non opponuntur tanquam genus, et species, sed tanquam species inter se diversae, et dicitur in dicta l. 99 de uerborum significatione iudicare dicitur a ius dicendo, quia iudicans ius dicit, id est, partibus assignat, nemo enim negare potest iudicem a iudicando esse dictum, cum proprium eius munus in iudicando consistat, qui propterea unde et iudicem denominat, inde etiam dictare proprius iudicis appellandi non negavit, ut ibidem fatetur

Bellonus

Bellonus dicto c. 1° q.a 4 n 106, et dicta q. 7 n 10. Judi
care ex natura rei supponit Jus dicere, non tanquam partem
ipsius Judicationis, et quid intra intrinsecum, sed tanquam
necessarium quoddam, aliqua prioritate precedens, vel
in ipsa Judicatione suppositum, nemo enim potest Jus
dicare, quin prius sit Jus quod dicare profiteatur, nec si aliter
esset res se haberet potuissent Romani tempore Judicio
rum ordinariorum separare Judicare a Jus dicendo,
ut olim separarunt juxta omnium recentiorum sententiam.
Non ergo distinguuntur tanquam genus, et species, alioquin
si Jus dicere esset genus per Judicare species, esset qui
dem ei intrinsecum quoddam inseparabile, quod non est ferendum.
Dicamus ergo Jus dicere inesse quidem Judicationi,
sed non intra quemadmodum inest actui iter, sed extra tan
quam necessarium antecedens quemadmodum iter inest
actui ut alibi iam diximus. Unde sicut iter et
haustus omnino et semper inter se distinguuntur: ita
Judicare, et Jus dicere nunquam idem esse dicentur. Hinc
separata fuerunt olim Jus dicere, et Judicare.
Hinc dubio latius formulis adhuc separabantur ut cons
tat ex dicta L. ultima C. ubi et apud quos. Juncta
supradicta in 2° fundamento. Hinc etiam videtur
non Jus que dabatur, vel delegatus Judex non ex ordine
lectorum desumitur, et designatur durat etiam distinctio predicta.

fatemur in odiernis delegationibus et Judicum A S
dationibus multoties non separari Judicare, et
Jus dicere, exinde tamen non fit bona collectio: non
separantur ergo non distinguuntur. Non separantur quidem
regulariter, sed tamen possunt separari. Non separan
tur, quia ut in plurimum nemo Judicat, quin Jus dicat
dicet, et assignet ut diximus. Unde data delegato
ne potestate Judicandi simpliciter, quod principaliter
conceditur est Judicandi potestas; in contextu tamen et minus

principaliter Jurisdictionem delegat, illam videlicet tantummodo sine qua Judicari non potest, ad hoc scilicet ut Judex datus Jus dicat, quod partibus licet etiam, met, et hoc quando quantibus formulis nullum Jus dicit, delegans ut docent Dupisse admmittunt contrariae sententiae authores si Dominus tamen hodie prescribere delegantem iussit in delegatione, Juxta quod teneatur datus Judex sententiam proferre, et Judicare ad similitudinem illius modi, quod olim fiebat in formulis et ex experimentum demonstrabit quod prosequimur differt, quod autem hodie possit delegans ita delegare, nec Jus impedit, hoc ratione destituit, ex text in cap. causas [illegible] de re iudicatis, cap. quamvis 3a q. 6. ubi cognitio distinguitur et separatur a fine causae. Unde licet gerere si dubitent DD.res an delegatus, cui comissa est causae cognitio, possit causam expedire, et deffinire? est inter quest. contrariae sint sententiae; attamen si delegans expiciat dictiones apud omnes a carter non posse. Ut tractat cum Menochio et aliis Merola disp.u in Univ. Theologiae Morales tomo 3.o disp. 7. cap 4 dubio 20 per totum et praecipue n. 203. cum enim possit delegans totas et Universales mandare Jurisdictiones, vel partes ad unam tantum causam, vel ad unum unius causae articulum ut communiter receptum est: poterit etiam nudam mandare cognitionem, quod est minus, et sibi dictiones Juris reservare. Quod si hoc posse cognitionem efficere valet, cur etiam antea ipse Jus prescribere non valebit, Juxta quod teneatur Judicare delegatus conditionem ei de facto, in quo Justum sit talem proferre sententiam, pro ut Justum esse eo casu presumendum erit? olim nullum invenimus Jus prohibens magistratibus ut sine formulae prescripto, et necesitate possent Judices dare, cum enim libere mandarent Jurisdictiones ad unam etiam causam L. 5. L. 16. cum sequenti de Jurisdictione nihil impedimento erat ad hoc ut Judici dato committeret Jurisdictiones necesarias ad explicationes causae. Si Juxta regulas mandandi Jurisdictiones [illegible] arbitrii [illegible]

gistratus fuit positus Jus in formula dicere, seu prescribere. Dicebantque Jus in formulis quo volebant, et poterant juxta regulas dictas. Que cum hodie, supposita juxta causa delegationis, sublatae non sint, exinde ordinarii etiam potuerunt separare Jus dicere a judicare, ut illum potuerunt: quamvis regulariter non separent quemadmodum olim separabant, quo regulariter, qui in formula Jus dicebant.

Denique licet communiter DD.res scholastici doceant judices datos, Jus olim non dixisse, sed tantummodo judicasse ut explicant Coras. in rep. de jurisdictione n. 7. Goveanus ad L. 1a. n. 3. de jurisdictione, Duarenus, Revardus. Antonius Faber, et plures quos refert, et sequitur Belonus de mandata jurisdictione c. 1o. q. 4 n. 17 cum sequenti et q. 5a. n. 3. cum sequentibus; hoc tamen non est adeo certum, ut improbabile sit contra sentire, nam licet formula adstringeret Judices datos ad pronuntiandum juxta Jus in ea prescriptum, non ideo tamen videbatur magistratus in formula ita Jus omnino dixisse ut nihil in hac parte Jurisdicendi relinqueret Judici faciendum, constat namque Judices datos etiam olim appellatos fuisse delegatos. Ut per text. in l. a Praetore 5. C. de Judiciis. tenent Donellus lib. 1 comment. cap. 21 et cum pluribus idem Bellon. dicta q. 4. n. 12. Unde necessario habuerunt aliquod mandatum a magistratibus here cuius vice delegati, et eorundem vices gerentes censerentur, hoc enim est delegare, ac delegatos esse L. 1o. in principio de off. eius L. 1o. de damno infecto. L. delegare 11 de novationibus. Bonus. ter. in L. sin. sortem 26 §o. libertus de condictione indebiti juncta L. 10 §o. 1o. cum diebus ll. sequentibus D. de oper. libert. et Ant. Fabro

A 6

in Iurisprudo tit. 5 princ. 2: illone 23 ad finem, de quibus plura lexicones in verbo delegare. At iidem authores fatentur Iudices datos non fuisse mandatarios magistratuum nec eorum deminuisse vice, sed tanquam ordinarios proprio nomine Iudicasse. Ut insuper in illis est scriptus: quod non erant delegati in nomine notionis, vel Iudicationis, sed ratione Iurisdictionis, quae aliquo ipsis conveniebat delegata ad Iudicandum.

47 Quod si placet significationi delegati (qui semper alterius vicem sustinentes demonstrat) satis facere ex eo quod Iudices dati tunc temporis erant loco magistratus a lege suppositi ad Iudicandum, et causas audiendas, quod sufficit ad hoc ut delegati dicerent: propterea quod in d. l. 5 C. de Iudi. Iudex datus non dicitur, nisi a Iudice delegatus, et non a lege; constat etiam magistratus extra ordinem Iudicando, idem Ius dixisse, quod pronuntiabat quod Iustum sibi videbatur, ut idem Bellon scripsit ubi supra c. 1 quod est n. 7 cui consonat ante pronuntiationem praefatam non esse Ius dictum. Unde in ordinariis Iudiciis ante Iudicium pronuntiationem numquam potuit intelligi Ius dictum a magistratu formula quidem cogebat condemnare, vel absolvere, aut alias iuxta praescriptum in ea modum procedere; non tamen in formula pronuntiabant magistratus, id circo licet in formula Ius dicendum esset praescriptum, non tamen erat dictum; cum dictio a pronuntiatione initium coperet. Pronuntiatio complementum saltem erat dictionis, quamvis concedimus maxime ex quod Ius dici in formula, vel potius quod est verius iuxta formulam. Nec tamen ideo minus Iudex Ius dicebat, cum saltem complementum dictionis quod in pronuntiatione fuit per eius actum perficeretur enim non minus magistratus Ius dicebant, quamquam a rescriptis Iuris recedere non liceret in respon-

mi tit. de Jur. nat. gen. et ciu. Ita propter necessitatem formulae, non minus Jus dixerunt Judices dati. Aliud namque erat prescribere Jus dicendum, quod fiebat in responsis, et formulis; aliud vero Jure prescripto dicere, quod fiebat in pronunciatione. Quam comparationem Ictorum et Magistratuum non extraneam, probat text. in l. cumque 19 §. 1° de Jud. Ubi ad similitudinem Ictorum solebant Magistratus Judicibus de Jure dubitantibus respondere. Quod etiam Noodt probat, opinionemque enim pacto in formulas Jus erat dictum, de quo saepe Judices Judicabant, et responsa a Magistratibus requirebant, cum Jus dictum debere esse certum?

Deinde, licet olim in Judiciis stricti Juris admittamus Judices datos Jus non dixisse; attamen in bonae fidei Judiciis contrarium certius esse videtur: namque Magistratus addebat in formulis, quod Judex statueret, et aestimaret ex bono fide, sive ex bono et aequo, quod in pronunciatione erat comprehendendum, aliud atque strictum quod in Judiciis stricti Juris, quorum formulae ~~[illegible]~~ Jus praescribebat. Unde, et appellationem itarum actionum ortam probat pluribus adductis idem Bellon. de mand. Juris. c. 7. quaest. 3. n. 6. et 7. Ubi cum Corolo Cigon. Duar. Brison. et Anto. Faber recte affirmat in bonae fidei Judiciis datum Judicium non fuisse olim formula constrictum, neque certum Jus praescriptum habuisse quod in Judicando sequi deberet, sed liberam fuisse potestatem statuendi ex aequo, et bono, quod sibi Justum visum fuisset. Hoc idem cum Ricardo et Menochio, repetit. n. 12. quam obrem ad differentiam Judicis dati in strictis Judiciis, solebat arbiter appellari l. Lucius 24 deposito, l. pro socio 76. pro socio. l. omnino 12 de impensis in rebus dotalibus l. fundus 52 §.

A 76

arbiter judicium erciscundae ea potissimum ratione, quod videlicet arbiter proprie is est, qui totius rei arbitrium, et potestatem habet judicandi ex bono, et aequo L. et si quis 14. §. haec actio 6. junct. l. interdum 7. §. 1. et §. judices 10. D. de religiosis. Unde arbiter iste jus dicebat, nam ut inquit Seneca lib. 3. de beneficiis cap. 7. quaecumque in cognitionem cadunt comprehendi possunt, et non dare infinitam licentiam judicii; ideo melior videtur conditio causae bonae si ad judicem, quam ad arbitrum mittatur, quia illum formula includit, et certos quos non excedat terminos ponit; huius libera, et nullis adstricta vinculis religio, et detrahere aliquid potest, et adiicere. Quod etiam respexit lib. 2. de clementia. Clementia, inquit, liberum arbitrium habet, non sub formula judicat, hinc fortasse explicandus esset arbiter de quo in obscura L. penultima de confessis, ut infra aliquando deo dante fortasse videbimus. Plane si jus quod dicendum erat in bonae fidei judiciis, in aequitate consistebat: impossibile quidem fuit magistratus jus dicere generaliter in formulas, stante habita notitia rerum ad aequitatem pertinentium, quam tantummodo judex habere poterat argumento textus in L. de accessionibus 14. de diversis temporalibus praescriptionibus. Atque ideo plusquam probabile videtur arbitros istos jus olim dixisse.

49 Quibus positis satis apparet maxime ex praedictis fuisse hodie easdem differentias, quae olim extitit inter mandatarium jurisdictionis, et judicem datum, quandoquidem illo tempore omnes judices dati, vel saltem arbitri jus dicebant, quod sine jurisdictione facere non poterant prout etiam hodie. Ex his tamen sicut non infertur olim nullas extitisse inter eos differentias: ita nec hodie extare eas non erit. Quod olim principaliter habebant dati judices non erat jurisdictio, sed notio, cognitio facti: in consequentiam tamen eam tantummodo jurisdictionem habebant, quae ipsis erat necessaria ad jus dicendum, non quidem ratione officii

propria, ut haerenti natione, sed mandata, et delegatam a magistratibus dantibus, quibus idem dabat erat proprio nomine Judicare. Idcirco non Judicesset magistratus dicebant Jus dicere, cum eaque in contrarium, et non principaliter fiunt et sint in consideratione l. 1o de authoritate tutorum cum similibus, tum etiam quod in hac per Jurisdicendo vicem magistratuum et eorum nomine agebant, non vero proprio, et ratione sui offi et in notione. Quod sufficit ad omnes pene differentias verificandas, quas supra in § 101 agnovimus olim extitisse.

Demansit hae differentiae post sublatas formulas toto eo tempore, quo durarunt Judices dati habentes ratione offi propriam facultatem Judicandi. Nam ut constat ex supradic. l. ult. C. ubi et apud quem, ipse post quam datis, vel delegatis Judicibus, non tantum Jurisdictio, verum etiam, et notio demandat (quod et olim aliquando fieri solebat ut in cap. de his quibus mand. pot. Jurisd. infra videbimus) eas differentias cessare cum non dubitamus, quae ortae ex proprietate notionis in Judicibus simul cum ipsa proprietate extincte reciunt, eas vero differentias, quae olim non ex proprietate notionis Judicum, sed aliunde emanarunt minime recte cessare dicemus, cum earum fontes et causae non dum cessaverint. 50

Hisque iactis fundamentis hodie erit verum dicere, quod licet potestas Judicandi non soleat sine aliqua Jurisdictione in alium ex delegatione transferri, cum tamen ex natura rei sine Jurisdictione valeat delegari, ideo quod principaliter hodie solemne delegatione committi, facultas est, et munus Judicandi; accessorie tamen, et minus principaliter transfert ea tantummodo Jurisdictio precise, sine qua Judicari non potest, et non amplius argumento Legis 2a de Jurisdictione Legis 1a §o ultimo, Legis ultimae §o 1o hoc tit. Contra vero in mandato Jurisdictionis principaliter committitur ipsa Jurisdictio, et simul potestas Judicandi 51

postquam in suncti leremagis trahitur et perse causas judicem juxta L. 2 C. de pedaneis Judicibus. Et hoc sive universa Juridictio, vel species Universalis Juridictionis, aut Jurisdictio ad unam tantum causam mandetur et fieri potestas L. 16 cum sequent. de Jurisdictione. Merito igitur aperiunt hodie differentiam inter mandare Jurisdictionem et Judicem dare post quosdam veteres, Savinus. Alciatus. Longovalius. Duarenus. Jacobus. Cam... Planius. Covarrubias. Joannes Faber. Eginarius Baro, Duarenus. Cujacius. Goveanus. Donellus. Faber. Antonius Muretus, Faquineus. Joannes Vaudius, et Menochius quos refert Joannes Antonius Bellonus de mandata jurisd. ... q. 2 n. 7. Cui adde Covarruvias lib. 3 variarum cap. 20 n. 4. Anastasius Germonius lib. 1 animadversionum cap. 6. Osualdus qui alios etiam refert ... cap. 21 ... Bolognetus et ... quos laudatos sequitur ... Barbosa in L. cum praetor ... n. 140 cum sequentibus D. de Judiciis. Ubi n. 171 ... cum Socino, ... modo supradicto praesentem differentiam. Qui omnes authores indistincte, ut hodie Jurisfacta mentione ...

52. Unde si quaeras quando principaliter mandatur, vel delegatur Jurisdictio; quando vero potestas judicandi, vel notio cognitionis. Facile respondere potest certissimum quidem esse tunc principaliter mandari Jurisdictionem quando in delegatione, vel mandato dicitur ... delego, vel mando Jurisdictionem, ... apparet ... delegatio ad Jurisdictionem. Tunc vero mandari principaliter potestatem judicandi, quando expresse committitur causa, vel notio cognitionis causae, vel Judicatio. Quod procedit si nimirum verborum species, alioquin circumstantiis locorum, personarum, et temporum, vel alias deducendum erit quid principaliter concedatur in delegatione si enim circumstantiae efficiant ut voluntatem delegantis interpretemur ad Jurisdictionem, parum oberit quod in mandato verba fiant de judicando, vel de causae cognitione aut de cognitione, et potest in eo, cui committitur ...

causarum, quem non ex vi verborum, sed ex intellectu, voluntate delegantis inspectamur, habere principaliter commissam et delegatam iurisdictionem cum possit iuxta communem DD. sententiam unam, vel alteram causam subdelegare dando Iudices, ut suo loco videbimus. Hoc tamen non tollet supra traditam differentiam, ut non ex verborum efficacia, sed ex voluntate delegantis, per circumstantias explicata, et intellecta fiat, quam obrem in dubio verborum proprietati standum erit, praesertim cum delegatio sit odiosa. Ex l. non aliter 69 de legatis 3. cum similibus.

53

Sic itaque stabilita differentia non obstant quae pro contraria sententia in superioribus adduximus. Ad primum enim respondetur mandare iurisdictionem esse ex vi mandati ius dicendi fortis constituere, et non minus. At qui dat Iudicem constituit quidem ius dicentem, sed tamen minus. Ad textum vero in dicto cap. forus et iudex de verborum significatione respondetur Iudices proprie ius dicendo, et non ius dicendo appellari, ut cum Bellono diximus, minus tamen proprie, et per quandam allusionem ius dicendo scilicet dorum pro re deduci in dicto de iudice. Ubi Divus Isidorus, idem res pepit ad sonum vocis contentus maxime dixisse iuris, id est de facto, et non pro forti iuris prolatione. Quamodo acceptus referri etiam potest ad tempus quo iugebant Iudicium ordinaria, quamvis sequamur opinionem asserentium tum temporis Iudices datos ius non dixisse, nam pro minori nemo negare potest eos ius dixisse, cum saltem pronuntiaret ius ante eum in formula dictum. Sed cum dixerimus istos Iudices ius etiam dixisse, melius respondetur verissime iuxta Divum Isidorum Iudices quasi ius dicentes appellari, sed aut propria aut delegata potestate, ut Lexicon Calvini interpretatur verbo, Iudex, rursus delegata potestate aut principaliter, aut minus principaliter, et in contrariis ex inde tamen non infert identitatem, quam negamus, nam

fatemur mandare jurisdictionem esse jus dicentes con-
stituere, sed tamen principaliter non vero minus princip-
liter, et in contrario quod non est in consideratione juxta sup-
dicta, et quidem constat ex contextura dicti versus ju-
dex dumtaxat literis, non ad presentes questiones, sed ad
effectus rei resipiscere, Proinde faciliter quilibet ex ipsis
54 interpretationibus donari potest.

Ad 2um respondet in pandectis diversos esse titulos
de mandatariis jurisdictiones, et de judicibus datis,
nam de illis agit in primo tit. de off. ejus. De his vero
in tit. D. de judiciis. At in decretalibus unus tantum titulus
de offo delegati, complectit utrosque, non quod hi idem sunt, sed
quod postquam pedanei illi judices cessarunt, qui et a
superioribus dissimiles proprius habentes officium suo no-
mine judicabant tamquam ordinarii: factum est ut sub
unica, et generali appellatione, delegatorum, secretius quam
antea comprehenderent. Pristino illo iure tam man-
dati judices tantummodo erant delegati, quoad eas par-
tes jurisdictionis, sine qua exequi nequibant pro-
prias potestate judicandi, quam minus principaliter
et ex contrario tractant juxta supra dicta, ideoque
etiam delegati dicerent, hoc tamen non demonstrat
notionem propriam, et quod principaliter erant, et ita in
sub uno tit., et unica delegatorum appellatione comprehenduntur
non fuerunt jurium mandatariis jurisdictionis, quia totaliter
erant delegati, saltem cessante proprio offo dictorum
Judicum, cessavit etiam proprietas notionis, quae ipsi dati
judices quoad omnino sunt facti delegati. Et proinde
si multi potuerunt una cum mandatariis jurisdictio-
nis sub unico decretalium tit. de offo delegati compre-
hendi, hoc tamen non efficit quominus distinguantur inter
se non quidem in esse delegatorum, cum fateamur man-
dare, delegare et dare pro eodem summi L. neg. man-
dare in fine D. de tutoribus et curatoribus datis L. 1
in principio versus et ideo L. cognitio 4o in princ. versus cum pro-
prias hoc tit. L. 1o de damno infecto. sed ratione adjunc-
ti, jurisdictionis scilicet vel notionis judicationis
ut bene scripsit Dus Barbosa in dict. L. cum

prætor 12. §. 1. n. 151 D. de spiritis. Et etiam eam semper ita fuisse tenet cum alijs Stellon. dicto cap. 5. q. 6. n. 10. nam f. e differ. int. dare jurisdictionem, et mandare, seu delegare jurisdictionem, sed int. dare, mandare, delegare jurisdictionem et mandare, delegare, aut dare notionem, seu jurisdictionem, q. dicit jurisdictionem dare.

Ex quibus iam n. obstat q. delegati, dativi judices dicantur vices gerere delegantis, q. hodie n. tantum jurisdictio mandatur, sed etiam, et notio. Quod generaliter procedit ut n. solum in delegato Principis desuper omnia fere seculo confirmationis loquuntur. Inde etiam generaliter fatemur hodie ex qualibet datione judicis mandari jurisdictionem, sumimus principaliter si verbis etiam, et expressim exequitur, quandoque vero principaliter, si tamen n. ex vi verborum, sed ex alio capite, sic voluntate delegantis intellecta, et ex rerum circumstantijs deducta. Quo casu voluntate verbis æquivalente n. datus judex tantum sed mandatarius jurisdictionis constituitur. Uti videmus in judice a Principe dato, cui constat mandatam esse jurisdictionem l. 5. C. de judicijs. Cum qui pro sua jurisdictione. Non vi verborum, sed q. hæc mens fuisse Principis ex eiusdem varijs occupationibus et maiestate convincitur. Ut ratiocinatur Donellus lib. 17. comentariorum cap. 8. quomodo accipiendæ sunt l. 2. confirmationis, et alia quibus f. delegati judices habere jurisdictionem, q. licet principaliter habere jurisdictionem demonstrent, n. tamen probant hoc ita esse vi verborum, sed aliunde, privilegio scilicet vel delegantis voluntate ex causæ circumstantijs deducta. 55

Ad 3um facile ex supradictis res. n. bene inferri identitatem ex coniunctione, vel n. separatione jurisdicendi, et judicandi, ecce enim mixtus imperium quod jurisdictioni cohæret ab ea n. separatur l. 1. §. ultimo, l. ultima §. 1. hoc tit. et tamen multum distat 56

a Jurisdictione. Ni Jurisdictio in specie cribit mixto Imperio et tamen ab eo multas distinguit Imperium de Jurisdictione. Deinde licet non separentur, possunt tamen separari ut diximus. Denique neg. idem esse habere mandare Jurisdictionem ad unam causam, et Judicem dare nam mandatarius principaliter Jurisdictionem delegatam licet ad unam tantum causam, differt q. a mandatario vrbis Jurisdictionis quae magis, aut minus intra sphaeram Jurisdictionis, at Judex datus habet quidem Jurisdictionem, sed minus principalem et in tantum ad Judicationem ut diximus ... mandatario Jurisdictionis intra sphaeram ... Jurisdictionis. Unde mandatarius ... suo loco videbimus. Quae omnia procedunt, sive admittamus sive negemus ... fuisse dictis formulis ... supra dictis.

57 Ad 3um respondet in dicta L. ultima mandatarios Jurisdictionis vrbis lato modo, et generaliter appellatos fuisse Judices datos, non tamen simpliciter in specie. Ita Longovallius in L. imperium n. 28 ... sequentibus de Jurisdictione ... ideoq. ut ad 3um et ultimum ... respondeamus animadvertendo tempore Justiniani Imperatoris, qui author est dictae L. ultimae, fuisse in Vrbe Regia certos Judices selectos et deputatos, quorum ex numero sumi poterant Judices litigantibus dari Novell. 82 cap. 1o Camillus ... in rubr. de off. eius lib. 1. c. 43. n. 15 Donellus ... 17. comentariorum cap. 24 ad finem, Bellonus de mandata Jurisdictione cap. 7o q. 1a n. 12. et 13 fuerunt etiam et a Zenone similiter instituti certi Judices, quos ordinarios fuisse in superiori ... dixi ... rum Imperatorum tempore ... constare ... ex toto tit. C. de pedaneis Judicibus dicta novella ...

2° noto Jurisdictionem solum huiusmodi mandari, qui possunt esse Judices Donellus lib. 17. Comentarii c. 8° quoniam qui sine Jurisdictione nequit dari Judex, minus cum Jurisdictione dari poterit. praesertim quia fuit iniunctum magistratibus ut per se Judicarent Juxta L. 2. C. de pedaneis Judicibus. Quo etiam effectum fuit ut eadem jura mandatarii Utiles Jurisdictionis per se Judicare debeant, nisi Juxta causam interveniat delegandi d. L. 2.a Nec enim melioris conditionis possunt esse quam ipsorum principales.

Ex quibus constat tempore d. L. ultimae non potuisse magistratus Jurisdictionem mandare, nisi Judicibus illis selectis, et deputatis, quia praeter istos nemo poterat dari Judex. Unde eo tempore mandatarii Jurisdictionis recte appellantur Judices dati, in d. L. ultima quia eo ipso quod mandaretur Jurisdictio tenebantur Judicare. Unde tamen non infertur identitas Judicationis, et Jurisdictionis; iidem enim sunt in eo text. Judices dati, et mandatarii Jurisdictionis, meliusque quod una est persona; sed non forsan quod diversus est respectus ut ex eodem text. § in Vbi si nequis ibi: uel apud eos qui dant a Judicibus qui propriam Jurisdictionem non habent, sed tantummodo Judicandi facultatem ubi Justinianus de Judicibus loquitur qui ordinarii sunt (ut constare videtur ex cap. penultimo de in integrum restitutione desumpto ex d. L. ultima. Quos etiam Judices mandatarios esse Utilis Jurisdictionis in eo text. tenuerunt recte Camillus Plautius d. lib. 1. c. 10 n. G. Belon. de mandata Jurisdict. c. 5. q. 1 n. 85, et cap. 9. q. 8. n. 9. diverso tamen respectu, sunt enim ordinarii Judices, quia propriam habent facultatem Judicandi ratione officii ipsis competentem; at mandatarii Jurisdictionis dicuntur, quia licet propriam habeant facultatem Judicandi mandatam tamen habent Jurisdictionem. In qua praedictorum verborum consistit verus sensus. Verbum enim tantummodo, non refert ad verbum, Judicandi. Ut 6us argumentum tentabat, sed ad verbum propriam quasi velit dicere Justinianus Judices illos tantummodo habuisse propriam Judicandi potestatem, non vero Jurisdictionem,

quam delegato certo certiusque fuisse. Hanc interpretationem libenter amplectetur, quisquis voluerit genuine explicare dictum text. in d. c. penultimo de in integrum restitutione ubi nemo ordinarius istos judices defendere poterat quam propria ipsorum facultate potestatis judicandi ex supra dictis. Ut latius constabit ex vaticinandis in 3°. principali differentia.

Secunda differentia

59 2°. principaliter differt is cui mandata jurisdictio ab arbitro compromissario in hoc quod arbiter proprie non est judex, quamvis enim judicium nomen generale sit, ita ut ad arbitros referatur l. penult. de judiciis, l. si minor § 6. l. de minoribus novella 82 c. quod vero, c. a judicibus 33. 2a q. 6a proprie tamen arbiter non est judex l. privatorum 3. C. de jurisdictione ubi judex debet esse publica authoritate constitutus ab eo qui constituendi jus habet cum munus publicum sit judicare, l. quaesitum de judiciis, l. nam quod jam. juncta l. praecedente § ult. D. ad Trebellianum. arbitri vero ipsi ex communi partium judices eliguntur toto tit. de receptis arbitris. Privati autem nequeunt dare publicam potestatem, quam ipsi non habent l. 3. Proinde neque judici munus conferunt, quod ad officium jus dicentis pertinet, l. 1°. l. cum qui 13. de jurisdictione. Itaque arbitria ad similitudinem judiciorum redacta dicuntur in l. 1° de receptis arbitris. Similiter arbitros non tam judices esse, quam judicis partes suscipere ait l. Pomponius 13. § 2°. eodem tit. explicant Donellus lib. 17 commentariorum c. 6° ubi Osualdus lit. B. cum duabus sequentibus Menochius de arbitrariis lib. 1° q. 2. n. 20 Gabrianus lib. 2° de jurisdictione n. 31. cum sequentibus Antonius Faber in rationalibus ad dictam l. 1. de receptis arbitris.

60 At is cui mandata jurisdictio judex proprie est argumento text. in l. a judice 5. l. properandum 13. l. apertissimi 16 C. de judiciis l. ult. C. quando provocare non est necesse, c. 1° et passim de officio delegati, c. et deli

tus de appellationibus. fungit enim publico munere quamvis aliena beneficio, et legis confirmatione l. more §. de jurisdictione Donellus d. c. 6. et ibi Osualdus lit. D. Morla in emporio tit. 2. in praemissis n. 92. ubi quam dicta plures ortas fuerit eosdem memorans Lucanus habere. Unde in dubio, judicis appellatione non tantum ordinarius, verum etiam, et delegatus comprehendit nisi diversa militet ratio vel delegationis argumento text. in l. non aliter 64 de legatis 3. cum similibus Morla, licet non ita dicat. proxime.

Non idem juris est in his qui arbitri juris dicuntur, quoniam isti vere censentur judices. constat namque judices datos in ordinariis judiciis quod Romanos arbitros esse dictos, l. Lucius 24 depositi junctis § 4 7. de negotiis gestis l. quero 54 locati. Sic solemus dicere arbitrum familiae herciscundae, arbitrum communi dividundo. Duarenus ad tit. de judiciis c. de judicibus datis. Osualdus lib. 17. c. 21. lit. f. quos quidem proprie fuisse judices nemo inficias ibit. Nec obstat, quod a judicibus distinguantur in princ. inst. de actionibus § fuerat 9. l. a Divo Pio 15 in princ. d. de re judicata, § lex Julia 7. ad l. Juliam repetundarum. quoniam hoc non fit, quia per se arbitri non sunt proprie judices, sed quia solitum est in nostro jure speciali arbitrum accipi pro jud. dato in bonae fidei judiciis, judices nomine relicto ei qui in stricti juris judiciis judex erat dabatur Osualdus ubi supra alios referens. Pulchre Menochius de arbitrariis lib. 1. q. 2. a n. [illegible] sidem quoties ex bono et aequo procedebant, quamvis nulla esset actio bonae fidei probare videtur text.

in L. penult. de confessis) (cuius quidem specialioris acceptionis ratione Cicero pro Quinto Roscio demonstrat et clarius 3. de Beneficiis cap. 7. Seneca prorsus melior inquit videtur conditio causae bonae, si ad iudicem, quam si ad arbitrium mittat, quia illum formula includit, et certos quos non excedat terminos ponit; huius libera, et nullis constricta vinculis religio est detrahere aliquid potest, et adiuvare. exornat pluribus adductis Bellon. de mandat. iurisdictione c. 7. q. 3. n. 6. cum seq.

62 Aliud fere videtur dicendum de arbitris iuris, quibus incidens tantum aliquod negotium, et non causa principalis committitur ut in L. arbitro quoque cum sequenti D. qui satisdare cogantur L. illud 7. §. 1. de tributoria actione L. penult. de confessis L. sancimus 6. C. de advocatis diversorum iudiciorum, uti proprie Iudices non sunt argumento legis ult. de fideicommissis, quamvis publico munere fungantur et olim ex ordine Iudicum seligerentur, si tamen cum Alciato in rubrica de offo ordinarii n. 83 appelles Iudices, non te reiiciam quoniam licet Iudices proprie non sint cum ad hoc non eligantur; multum tamen a Iudicibus non distant, ideoque Iudices quodammodo possunt dici Antonius faber in ratl. ad L. §. 1. de receptis arbitris

63 Magis difficultas est in arbitris, qui L. vel statuto cogentur a partibus eligunt, ut in L. apertissime 16 C. ult. C. de Iudiciis c. 2. requiris 41. c. cum speciali 61. de appellationibus, c. licet 20. de foro competenti, in qua quaestio. venit an praefatos arbitros esse proprie Iudices, et ab eis possit provocari, quamvis alias ab arbitro provocare non liceat Cuiacius lib. 10 observationum c. 23. Perinde namque se habet ac si a Iudice L. vel statuto fuisset dati d. L. 16 et ult. concinit Augustinus Barbosa in collectaneis ad d. L. 16. Mascardus de probationibus clone 892 n. 4. Cancerius

variarum resolut. 1.° p.te c.° 21. n. 3. facit L. 1.° V. omnes enim C. de ss. enucleando veteri, Morla et ab eo relatis in eorum sua n. 85. Vide tamen Alciatum ubi proxime n. 34 cum sequentibus, qui non omnino consentit. In dubio tamen hac sententia referendas esse censemus.

Fit q. ex proxime dictis 2.° Sane distat inter arbitrum, et eum cui mandata est jurisdictio, idemque here locum sine dubio in arbitro compromissario propter rones supra traditas, neque eam destruunt text. in L. si Judicii 80 de Judiciis, L. ex consensu 23 de appellationibus cum similibus, ubi ex consensu partium dicuntur Judices constitui, nam hoc verum est de Judicibus datis ab Diis, qui potestate publica fungebant, qui quidem Judices consentientibus partibus solebant dari, interim ab ipsis partibus constituebant, in a magistratu q. id permittente ut infra dicemus quod et Bet etiam legem in L. quidam 57 de re Judicata. 64

Illud in obscuro est q. cum minores viginti quinque annis nequeant esse Judices ut per L. ad rem publicam 8.° de muneribus et honoribus juncta L. quippe 78 de Judiciis argumento Legis 1.° de minoribus et per text. in eadem L. quidam 57 de re Judicata. Pluribus adductis defendit Narbona de etate anno 25 q. 31. n. 9. Mirum esse videtur, et contra rones supra adlatas ex L. 3.° C. de Jurisdictione. Privatorum consensu deffectus etatis supleri posse in specie d. L. 57. Ubi probari videtur privatorum consensu Judicem illum fuisse constitutum, cum posita Judicis datione a Magistratu facta respondeat Judices sententia non subtineri, nisi voluntas aut consensus litigantium in eo Judice dando interveniat. Maxime quidem videtur extare contrarietas inter Sane L. 57 et L.m cum L. 41 de receptis arbitris, que vallidissime potest expendi adversus Sane 2.° distas, s. q. non huius 65

hoc eam explanare, missas facimus difficultates [illegible] contra ac [illegible] tamen de conciliatione dict. Jur. infra.

3.a differentia.

66 3.° per supradicta differt mandatarius Jurisdictionis a Judice ordinario qui Jurisdictionem proprio suo jure habet L. 1.a § qui mandatam L. cogn. 4.a Sol. tit. L. more 5.° de Jurisdictione at his cui mandata est Jurisdictio, nec propriam, nec jure proprio, sed alieno beneficio ipsam habet, quod commune est omnium placitum incitamus tamen paruumper, nec enim prorsus differentia caret, nam Sebastianus in d. L. more § hoc quod si Jurisdictionem proprio jure distinguit ab hoc quod Jurisdictionem habere alieno beneficio, Judex autem ordinarius e converso, sed alieno beneficio Jurisdictionem habet beneficio scilicet Principis qui solus Judices ordinarios creare potest L. 1.a ad L. Juliam ambitus Donellus lib. 17.° commentariorum c.a 7.° ubi Osualdus et alius lit. E.

67 Deinde cum Princeps Judices hordinarios creat, non ita tribuit ei Jurisdictionem, ut eam ipsius dominio, aut ditioni subiiciat solum enim administrationem concedit L. magistratus 25. ad municipales L. honor 14 de muneribus et honoribus L. ult. ibi: aut nostrae reipublicae administratores C. ubi et apud quem ita namque intelligit Jurisdictio Judicibus concessa, ut semper penes ipsum Principem remaneat. Osualdus d. lib. 17.° c.a 8.° lit. O sique sola administratio hordinariis Judicibus conceditur, et propter hoc nihil uidentur proprium habere, quod et etiam de mandatario Jurisdictionis uerificatur ex L. 1.a § ult. L. 4. hoc tit. L. 1.a § 8.° aut et D. de suspectis tutoribus quonam quaeso colore sustinebit praefata differentia.

68 Bartolus in d. L. more 5. n. 4.° quem secuntur communiter DD. ita explicat istam differentiam, ut ille dicatur habere Jurisdictionem propriam uel suo et proprio jure, qui ipsam habet ex jure residente in sua persona, ut Judex ordinarius; ille uero qui Jurisdictionem habet ex jure residente in alterius persona

dicat ipsum habere alieno beneficio ut mandatarius jurisdictionis, qui eam habet ex jure residente in persona mandantis aliter explanat Baronius lib. 6° declaratione 8 A. n. 2° ubi asserit hordinarium habere jurisdictionem iure proprio, id est proprio beneficio ipsi et non alteri a Principe vel a lege presitito; eum vero cui mandata est jurisdictio asserimat ipsam habere alieno beneficio, id est non sibi, sed alteri mandanti scilicet concesso, itaque alienum, vel proprium beneficium aut concessionem passive accipit. 69

Verum nec Bartolus, nec Baronius res satis explanarunt quoniam negari nequit mandatarium non solum habere usum et exercitium jurisdictionis in actu 2° sed etiam in actu 1° cum habeat ipse jus exercendi jurisdictionem nomine mandantis, quod in ipsum transfert delegationis beneficio ut latius Merola ubi supra n. sequenti laudando n. 26 cum sequentibus.

Qua propter animaduerto eum esse judicem hordinarium cui jurisdictio competit jure magistratus, seu ratione offitii quod gerit lege 1a ibi: quae vero jure magistratus hocatur juncta dicta lege more 5° de jurisdictione, et lege ult. cum similibus Soc. tit. lege ult. ibi, vel certe administrationi cui et jurisdictio adheret c. ubi et apud quos juncto c. 2. Dem. ult. de in integrum restit. text. in c. 2 conquerente 16 ibi: quae tibi ratione juris Episcopalis competeret c. ult. ibi, ratione offitii, juncta rubr. de offitio judicis hordinarii bonus text. in c. 2° juncto c. 1° de offitio leg. in 6° comprobant et illius tran. Merla in emporio lib. 2 in pregomi nim 36 Molin. de justitia et jure tomo 6° disp. 8° n. 2 et 3° Aug. Barbosa in lege cum pretor 12 § 1 n. 15 de judiciis Gotofredus in notis ad dictam legem more lit. Q. Donellus lib. 17° comentariorum c. 7° et ibi Osualdus Ant. fab. in ratione ad dictam legem 1am et dictam legem more August. Barbosa de potestate Episcopi 2a parte allegatione 35 n. 16 et 3a parte allegatione 54 n. 29 Merilla disp. in Vitel

Theologiæ moralis tomo 3º disp. 7ª c. 2 n. 20, et 23.

71\. Amplius animadverto quod pristino illo, quo imperium et potestas penes populum erat, populus ipse dominabat tanquam persona quædam publica separata a singulis individuis populi, et in abstracto existens. Explicat Maya lib. 1º observationum c. 1º n. 33 et 34. Unde translata potestate a populo in Principes juxta §. 1 quod Principi placuit Instit. de jure naturali l. 2ª §. novissime ff. de origine juris necesse est dicamus et personam illam publicam quasi absortam in principes etiam fuisse transfusam. Hinc quemadmodum publicæ rei potestas ante effectum fuit ut a Principe tanquam a capite et perenni fonte atque totius jurisdictionis Occeano magistratus derivarentur, et veluti profluerent judices, ut pluribus adductis probat Osualdus d. c. 7º lit. O. eo videlicet ordine servato ut cogat Princeps magistratus seu publica officia creare, quibus adnectat jurisdictionem, quo facto eorundem officiorum administrationes post modum personis idoneis committere: sic etiam effectum est ut personæ istæ, quibus magistratus committitur, nequeant jus dicere, et publicam exequi potestatem nisi aliquam personæ illius publicæ participationem sese intelligant, ad cuius judices debent personam publicam gerere l. cum 13 §. 1º in fine de Juridictione Covarruvias lib. 1º variarum c. 1º n. 1 ubi supra quæst. 1ª n. 16. est enim ut aiebat Cicero 1º officiorum proprium munus magistratus intelligere se gerere personam civitatis, quæ quidem nunc Principis, seu Regis est persona in magistratibus tamen repræsentata, ita ut quemadmodum solis radii eiusdem sunt participationes, ita magistratus omnes Principis sunt portiones quædam, et veluti scintillæ, nemo enim pro Imperio jus dicere potest, nisi olim populi personam quandam dixerimus, vel nunc Principis, seu Regis personam per se aut in magistratibus repræsentatam. Quibus adstipulatur Cicero 3º de Legibus dicens quod magistratus lex est loquens, lex autem animata Rex est, ut Archita Pitagoricus lib. de Lege et Justitia dicebat, in quo male facimus magistratu

quodammodo Principes, seu Reges ut tetigit Menochio controversiarum lib. 1° in prefatione n 123.

Ex his apparet 2° propter quod recte dicamus Judices ordinarios propriam habere Jurisdictionem, et per hoc differre ab eo cui mandata est Jurisdictio, quod non profluit ex eo quod iste mandatarius non habeat perpetuam et stabilem Jurisdictionem, contra vero ordinarius ut putarunt alii qui accepto in ponti, proprio, ut solet pro stabili et perpetuo juxta illud Virgilii 1° Aeneidos: connubio jungam stabili propriamque dicabo, et 6° Aeneidos: nimium vobis Romana propago visa potens, superi, propria hec si dona fuissent, et illud Horatii lib. 2°: satira 6ª: nihil amplius oro Maia nate, nisi ut propria hec mihi munera faxis, quod et oppositio probat in tra...ulo ostendit parva munera, inquit, diuturna; locupletiora non propria esse consueverunt. Adnotat Ludovicus della Cerda ad Virgilium ubi supra, et ad propositum posuit Osualdus. 7° lit. C. Etenim videmus perpetuo concessas Jurisdictiones, que tamen hordinarie non est perfecto Virgilius perpetuo fuit concessa Jurisdictio et tamen hordinarius non fuit ut infra dicemus, item Inquisitores contra hereticam pravitatem perpetuo habent concessam Jurisdictionem, et tamen delegati censent ut infra videbimus. Insuper Episcopo, et sue dignitati perpetuo concedi aliqua Jurisdictio, quamvis sit delegata ut videre est apud Barbosam de iure Ecclesiastico lib. 1° c. 82 a n. 101, et saepe in Tridentino, tandem perpetuo a L. dat...marum Imperium delegatur, dicitur in L. 1ª in princ. Sociis. Aliquid ergo concessionis est dabis in officiis, et Jurisdictionibus, preter perpetuitatem ad hoc ut ordinaria Jurisdictio censeatur propria, quod vide non ex perpetuitate distinguitur a delegata

s. exeo q.d competat rone muneris, et offi perpetu
quasi ipsius offi proprio, et nullo extero concessi
73 nequasita.
Procedit q. prefata diffa q. Judex ordinarius per
sonam publicam induit, ut diximus, cuius quidem per
sone principaliter e concessa Jurisdictio, id e, dire
cto, primo, et immediato. id circo propriam het Ju
risdictionem, n ut alienet, aut dissipet, s. ut suo no
mine Jus reddat l. 6a de Jurisdictione. Mandata
rius autem Jurisdictionem het confirmatam d. l. 6.
n principaliter s. et immediate ei concessam, nec con
induit personam publicam, cuius prefato modo prop
fiat Jurisdictio, s. solum suffenit persone publi
ordinarii scilicet concessionem, aut delegationem
confirmatam a lege. Confirmatio accedit ad alte
rius actum, id circo mandatarius n vere propri
Jurisdictionem n het, quamvis enim dicat represen
re personam publicam, n tamen ipsam induit, neque tale
esse videt, cum exempli gratia, nec sit pretor, ne
talis esse dicat, et quid quid ipsi tribuas, totu
no nomine het, n etiam rone magistratus, cuius ip
sa persona publica censeat ad diffam ordinarii, et
quamvis Principis beneficio magistratus creet, non
tamen personam publicam obtinet, et immediate
Principem representat, immo, etiusde e in illa
portio quedam ut diximus.
74 Jurisdictio omnino Principi propria e. l. deprecatio
9. ad l. Rodiam de iactu. Ubi Imperator dicit mundi
dnus, quoad Jurisdictionem scilicet ut cum Padilla, Alcia
to et Gregorio Lopez interpretatur propter, ac dnissime
Ansferdinandus Arias de Mesa variarum resolutionum
lib. 3o. c. 34 n. 7. residet tota Reipublice Jurisdic
tio in persona Principis tanquam in radice, et origine
ubi continue conservat, adeo q inseparabilis, et inabd

cabilijs, c. dubio 11. de pre bendinis. ... Michael de Luna et Strellaro singularis lectionibus tomo 2. c. 1. n. 64. Praelaudatus dominus meus lib. 1. ... rus cap. 17. n. 8. ubi plures — Qui loci n. sequenti et 17. eiusdem capitis considerant plenitudinem Jurisdictionis residere in Principe, tanquam in radice, indiuiduam quidem in se; diuisam tamen in magistratibus quoad exercitium et administrationes tanquam in ramusculis ex eadem radice procreatis, sicut virtus arboris propria est etiam ramorum, quae communionem cum radice, separat Jurisdictionem, etiam est propria magistratus ad personas publicorum tanquam ramusculorum a radice principalis dignitatis pendentium ideoque eorundem propria esse scribitur ... l. ult. C. ubi et apud quem ... cogn. ... l. 1. § qui mandatam hoc tit. ... l. 5. ff. de Jurisdictione cum similibus, sic nouis intelligendis. Mandatarii autem ramusculorum sunt, velluti fructus separati, et non pendentes, qui radicis communionem in genere ... aliquam habeant participationem, ideoque partes arboris Jurisdictionalis non videntur esse ... sustineat argumento Legis fructus de rei uindicatione 75

Quo quidem explicatione indigent ... Barbosa ubi supra a n. 16 Osualdus ... c. ... lit. C et alii qui proprius docent esse Jurisdictionem ratione offi seu magistratus, hoc enim non est satis ut intelligamus quomodo propria dicatur persona Judicis ordinarii juxta praefata ... nisi supra traditam explanationem admittamus cui non refragantur supra adducta in contrarium, 1. enim consideratione facile respondetur ex supradictis ... quidem personae eius qui magistratum gerit ...

beneficio Principis Jurisdictionem here et non sua—
contra vero personam publicam magistratus quam
diximus latet enim in eo Princeps, qui non suo, et
alieno beneficio Jurisdictionem hēt. = 2° vero prosse
debet magistratus administratores dici, ejus adm
inistratione, et concessa, non quod propriam Jurisdictio
nem non heant, sed quod prop administrationem, et exercita
tionem sunt creati, et veluti dicti a persona Prin
cipis, unica tamen, et individua Jurisdictione et
quod personatu publico in omnibus permanente
76 At hic tamen res non est in tuto, quoniam supra
explanatus modus, non sufficit ad hoc ut dicamus
Jurisdictionem propriam esse magistratus, aut offi
etenim personatus ille publicus cuius propriam
esse diximus Jurisdictionem Princeps quodammodo
est, exeoque latet in eo Princeps, cuius propria
Jurisdictio; quo magis Principis quam magistra
tus dicenda propria. = Sed facile respondes quum di
cimus Jurisdictionem esse propriam magistratus, non hoc
dicimus ut negemus propriam esse Principis, sed ut di
stinguamus ordinarium a delegato, cuius nullam
dicitur propria, at propriam Jurisdictionem magis
tratus dicimus, quod per hoc quod sit Principis non distin
guitur ordinario a delegato, quam etiam Principis
esse in comperto est. Ordinaria Jurisdictio Princi
pis quidem est propria, sed et etiam magistratus pro
pria. Delegata Jurisdictio Principis est propria
sed non est propria delegati. Jurisdictio ordinaria ap
pellatur propria magistratus, quod denominatio solet
sumi ab ulti differentia, in ordine autem publicarum
personarum ultima differentia non est persona Principis,
sed magistratus, ideo certo magistratus dicitur propria
Jurisdictio

Iurisdictio, quamvis magis propria sit Principis. 1

Subtilius respondet etiam ius iurisdictionem dici propriam magistratus, q. suo I. et non alieno beneficio habet d. l. 5 de iurisdictione. Quod idem est ac I. magistratus d. l. 1. hoc tit. id est propter connexionem iurisdictionis cum magistratu attenta natura et gentium ratione instituendi magistratus, qui necessario debuit institui cum iurisdictione, ut publice consuleret negotiorum expeditioni ut in superioribus diximus. In hac connexione consistit iurisdictionem esse propriam magistratus, non q. simpliciter non sit Principis, s. q. magis videatur ante habita, quam Princeps daret qui ad magistratus cum iurisdictione institutionem coactus recta gubernandi ratione fuisse dignoscitur. Proinde magis videtur debitam iurisdictionem tribuisse, ac veluti solvisse magistratui et officio, quam sua sponte dedisse. Qui sensus fit ad rem, ipsa rem haec videtur ex vulgari caritinella. Unde magistratus suo potius I. quam Principis beneficio nactus iurisdictionem, quasi propriam vindicasse non insubtiliter dicitur, quae omnia subtilissimus probat Papinianus in d. l. 1. in princ. hoc tit. ubi involvens huiusmodi ratiocinationem opponit inter se id q. I. magistratus competit, et id q. L. specialiter datur, aut delegatur. Ad stipulatur mirum in modum Ulpianus in d. l. 5. de iurisdictione: ibi suo I. non alieno beneficio, quae verba ad hunc beneficium Principis videntur excludere, q. solum per dicto modo verificari potest. 77

Ex his facile intelligitur ratio propter quam ea quae L. specialiter concedunt magistratibus mandata et delegata censentur, in quibus magistratus dicuntur mandatarii et delegati Legis, seu Principis d. l. 1. in princ. hoc tit., prout recte cum aliis Primanus 78

Osualdus d. lib. 17°. c° 8. dupplici lit. n. nec enim
ea quae specialiter L. concedunt, ut e merum Impe
rium, sunt ex eorum genere, quae necessario fuerunt
tribuenda magistratibus justa natura et qualitatem
eorundem instituendorum. Idcirco deficiente inter
hec et magistratum sufficienti connexione, neque pro
prio jure nec jure magistratus competunt, et si magi
79 stratibus atque officio tribuantur eius accessoria sunt.
Nec refragatur L. 6. in princ. de offo proconsulis L.
6°. §°. 8°. de off. praesidis L. 3° de jurisdictione L. 70
de reguli juris. In quibus verba, Deri et dari, proprie
itas naturali important proprietatem, nam etiam
quae mandata et delegata sunt dicunt dari et habere
L. 5. de jurisdictione L. 1°. de Judiciis L. 4. Socius
nec etiam obstat L. 1° in princ.° de offo praefecti urbi
quo loci verbum, vindicavit, non arguit proprietatem
nec enim ibi dicit praefecturam vindicasse imperium
sed omnia crimina sibi vindicasse, id est punienda
sive ex epistola Divi Severi ut interpretatur Osualdus
80 ubi proxime.
Ex quibus infertur celebris explicatio ad quaestio
nem illam, quando scilicet alicui intelligatur concessa juris
dictio ordinaria vel delegata mandatave, et qui
dem si concessio fiat per leges Principis supremo
titulo, et ab eo immediate accipiatur jurisdictio, cer
ti juris est eo in casu jurisdictionem dari delegatam
et non ordinariam, quoniam inferior ille, neque esse potest officii
vel magistratus abdicare L. penult. de offo praesidis,
neque potest novum officium seu magistratum cui ad[?] certa
jurisdictio creare L. 1. de L. Julia ambitus Pas.
Barbosa cum aliis ubi supra n. 56 cum sequenti
Merolla ubi supra 3° tomo disp. 7. c. 2° n 52. Ubi com
munem ait et n 54 recte respondet, per ea quae de
ad inferiorem pertinere designationem personae

cui tamen competat Jurisdictio ordinaria a consuetudine, aut a Principe concessa ut in Judicibus a Baronibus in sua ditione constitutis, vel a communitate alicuius professionis electis et Vicarius generalis communes in Vicario generali ab episcopo designato quibus omnibus facta per Barones communitates, aut episcopus electione, et designatione personae Jurisdictio competit ordinaria a Principe, aut consuetudine data, et non ab electoribus accepta.

Difficultas fere est quando Lex vel Princeps concedunt Jurisdictionem cui brevis ex supradictis respondet quod si in concessione addantur verba, authoritate nostra, vel authoritate huius statuti cognoscas, vel dicatur, delegamus, aut simille aliquid adiiciatur ex quo constet concedentes delegare voluisse tunc certissimus et talis est Jurisdictionem esse delegatam, quia constat non esse procedendum authoritate officii, magistratus vel similis, sed concedentis authoritate tamen continet Proemium initio ibi authoritate nostra, text. in l. 1. § omnia enim C. de veteri jure enucleando l. 1. § qui mandatam habet c. 1. de clerico egrotante in 6. ubi in glossa verbi authoritate Clementina ultima de supplenda negligentia praelatorum Clement. quod contingit de religiosis domibus bonus text. in c. cum aliquibus 4. de rescriptis in 6. c. si Apostolice 22 de praebendis in 6. Menochius de arbitrariis lib. 1. quest. 12 n. 4 Barbosa pluribus adductis ubi supra a n. 32 usque ad n. 36. videndus Merolla d. c. 2. n. 41 et 47. 81

Eodem pariter modo si Lex aut Princeps exprimant Jurisdictionem ordinariam concedere, tunc 82

86 potentioribus etc.
Procedunt haec omnia quotiens bene ratione officii magistratibusque conceditur Jurisdictio. Quod si concessio fiat non bene officii, et partis causae cognitione commissae, delegata censetur Jurisdictio ex supradictis; si vero cognitio lata sit ad universitatem causarum contingentium, distinguendum esse non dubito; vel enim creatur officium novum per modum legis definitum Statum et legitimum et hoc in casu si in concessione datur ratione ad officium (ego addo, et ad magistratus natal) Jurisdictio conceditur ordinaria Barbosa ubi supra cum aliis relatis et per ea supra traditis non idem Juris erit si persone et non officio concessio fiat.
87 Vel in ipsa concessione officium non creatur, aut si creatur hoc tamen non fit per modum legis sed extraordinarie tantum et tunc, et si concessio fiat ratione ad officium intelligitur Jurisdictio delegata ut bene ex eo infert quod [illegible] de hereticis in [illegible] L. 2a § 33 de origine Juris. Quibus junge Osualdus ad Donellum lib. 17. c. 7. in notatis duplici lit. B. Panzirolus in Thesauro variarum lib. 3. c. 30 etenim extraordinariae istae potestates, quas curationes, vel commissiones appellant, non sunt proprie magistratus, nec officia, et tum modo improprie easque ex Principis arbitrio imperantis pendere, nec proprias esse cum perpetuae non sint nec personae, nec officii ratione, ac velut precario haberi ideo delegatas esse docuit Osualdus ubi supra. Quod et procedit etiam cum vel aperte ex Hippolito Barbosa ubi supra an. 62, quoloco ex concessione facta sub nomine officii non perpetuo duraturi, sed ad nutum remouibilis, affirmat non bene inferri ordinariam Jurisdictionem. Nec quidem

mirum, cum deficiente lege delectu, non intelligat proprias potestates creatas iuxta necessitatis instituendi magistratus.

Insurgit tamen adversus omnino supradicta praefectus vigilum, qui propriam videtur habuisse iurisdictionem L. 3. §. 1. et per totum titulum ad de officio praefecti vigilum, et tamen magistratus non erat L. 2. §. 33 de origine iuris, cum propria et ordinaria dabit iurisdictio, quae ratione magistratus ita propria ut supra diximus. 88

Respondet Donellus lib. 17. Comentariorum c. 7. praefectum vigilum non esse proprie magistratum, sumpto magistratu in specialiori significatu pro magistratibus ordinariis, quos habet respublica certos et constitutos, sicut etiam proprie et specialiter dicitur actio ea, quae ordinaria est et distinguitur a persecutionibus extraordinariis, quamvis etiam istae generaliter actiones sint L. pecuniae §. actionis de verborum significatione. Probat autem praefectum magistratum extraordinarium fuisse ex Fenestella, Cassiodoro et Cicerone, quibus innititur ad hoc ut iudicem ordinarium praefectum faciat non dubitans asserere habuisse quidem propriam et non mandatam iurisdictionem, quae ratione magistratus et officii, etsi extraordinarii, competebat ipsi iurisdictio. 89

Vereor tamen ne Donellus fallat, etenim 90

impro prium magistratum fuit Vigilum Praefectus, cum omnia proprii magistratus requisita juxta Donelum conveniunt, habet namque administrationem reipublicae, Juridictionem, et praeest Juridicundo, et certo genere causarum, quae tria solum requirit Donel. ad magistratus initio c. 7.º Proinde suavis est improprium magistratum appellans, quem omnia requisita propria magistratus habuisse non dubitat.

91 Quo 2g. Sunt investiganda 1.us an magistratus 2.us an propriam habuerit Juridictionem. Circa 1.us adeo difficilis solonis visum fuit Corasio ind. § 6.º et haec omnia 33. de orig. Jur. et in rubr. D. de offic. praefecti vigilum ut suum non audeat interponere Juditium. Nec sine maximo fundamento in re, quae non solum antiquos scriptores, sed et nos Juris magistros videat habere inter se contrarios, et devidentes. Pro affirmativa faciunt haec sunt fundamenta. 1.º ex l. 7. § 6.º cum et alia D. quando dubitetur juncta l. 3. de offic. praefect. vigilum Juxta interpretationem Don Joannis Suarez in comment. ad l. Aquil. lib. 1.º c. 2. sect. 6.ª n. 37 ubi n. 39 asserit ideo magistratum fuisse praefectus, quia Juridictionem habebat, quia probatur text. in d. l. 3. § 1.º et l. penult. de condict. causa data l. 1.º § ult. de servis fugitivis. Cui adde in praefectum nonne l. ultima D. quod cum eo l. 1.º § sed ep. contrario 18 v.º solent de exercit. act. l. ult. § ult. de [illegible] de annon. l. mulierem 13. de accusat. Julium Paulum thedicorum lib. 1.º n. 41 cfr. in l. 2. de missis vocan. ibi: neque caeteros magistratus, qui imperium habent, qui et coercere aliquem possunt. quales esse Praefectum vigilum constat ex proxime citatis Juribus

92 P.º 2.º haec senta ex Novel. constit. 13. c. 1.º revera juncta praefatione ejusdem constitutionis

3.° tandem p. ex antiquis scriptoribus, qui praefectum vigilum magistratum appellant, et inter magistratus referunt, prout ex Fenestella, Cassiodoro, et Cicerone docet Conel. d.° c. 7. et sequitur Suarez ubi supra n. 39 Pacius d.° lib. 1.° h. 141. et alii.

Sed si istius sensus authores, qui praefectum vigilum extraordinarium faciunt magistratum intelligunt extraordinarium improprie esse talem, cessat eam controversia. Quod si proprie magistratum esse contendunt, verius est non fuisse magistratum prout expresse p. in d. L. 2. § et hic omnia 33 de Origine Iuris, nec respondere posse cum Pacio quem sequitur Cagnolus in d. L. 2.° n. 407 praefectum vigilum referendum esse inter minores magistratus, si Pomponius autem in d. § 33 loquitur fuisse de maioribus magistratibus, nam ut bene refellit supra laudatus Corasius Pomponius absolute negat esse magistratum. quod et de minoribus erit accipiendum, qui etiam proprie sunt magistratus, et solum mediocritate et non genere distinguuntur a maioribus arg. Legis ult. de fundo instructo. 93

Idem p. ex L. si in aliam 7.° § ult. de off. proconsulis: quo loci interesse contraponit Ulpianus Ius Romae dicere quasi magistratus et Ius dicere extra ordinem. ergo (inferunt ibidem Ant. Fab. in ratio.) non sunt magistratus qui extra ordinem Ius dicunt: atqui praefectus vitae extra ordinem Ius dicebat d. § 33 ergo non erat magistratus. Quod subtilius ex eodem text. deducit ibi: qui Romae, vel quasi magistratus, vel extraordinem Ius dicunt ubi verbum, quasi, non denotat improprietatem, alias enim veros et 94

legitimos magistratus sive improprie tales facere Jurisconsultos, quod absque distinguit textus in magistratibus proprie talibus duplices modos Jurisdicendi, et extraordinem, et quasi magistratus Jus dicere quasi magistratus est dicere Jus juxta vim eorum, quae competunt per magistratus, in quibus magistratus Jus dicunt quasi magistratus ad differentiam eorum, quae extraordinem sunt magistratibus specialiter concessa, in quibus licet Jus dicant magistratus, hoc tamen non faciunt quasi magistratus, sed extraordinem, id est quasi delegati a lege vel a Principe juxta l. 1. in princ. hoc non obstante quibus positis ex argumento magistratus duos extraordinem Jus reddunt non dicunt Jus quasi magistratus, nec tales esse tunc intelligi non censent, quod minus intelligent magistratus esse quoad totum officium, et dictionem Juris licet extra ordinem prout adhuc praefectus vigilum d. §. 33.

9 Quod argumentum fortissimum visum fuit illigeris Osualdo ad Donellum lib. 17. Commentariorum c. 7. in nota duplici lit. B. ubi cum Goveano, Hedeo, Matheo Stephano clarius cum Bovino tenet magistratum certa lege gentili definiri opportere, nec sine lege constituit ordinarias potestates, quibus opponit extraordinarias, quales eas esse intelligit, quae sine gentili lege constituunt, quod omisso bellis ex d. l. 2a d. §. 33 juncto §. populo 28 de origine Juris, loquitur cum constet utilitatis causa institutos fuisse Romae dictatores d. §. 18 ibi vi terdum res exigente quemadmodum et praefectus vigilum d. §. 33 ibi: utilitatis causa constituti sunt; in difficilius videtur non propter quam Pomponius dictatores magistratus fuisse affirmet, praefectus vero vigilum magistratus

fuisse negat. Censuit difficultatem Antus Fab. in d. §o 18
ubi aveat dictatores dici magistratus extraordinarios
quod licet quibusdam sciam placuisse, non tamen explicatur
ibidem Pomponius agens de magistratibus dictatorem
faciat magistratus; contra vero praefectus vigilum, cum
utrumque possit eodem modo extraordinarius magistra
tus appellari. Deinde in eadem L. 2 §o 19 magistri e
quitum, qui erant quasi vicarii dictatoris L. unica
in princ.o V ad idem D. de officio praefecti praetorio. di
cuntur magistratus legitimi et non extraordinarii; si
maiori cum ratione dictator magistratus legitimus
fuit habitus. Extraordinarius autem magistratus non
est legitimus.
Idem ipsa ratio componendi textum §um 18um cum §o 96
33 petenda est ex quo in L. adgregium et legiti
mum magistratum necessario requisita. Juxta
ovatum et alios, quibus adde Perionium de graeco
rum et Romanorum magistratibus lib. 1 dictatura
ex sui utilitatis causa ad tempus tantum gereret;
quo tamen lege lata fuit creata et instituta
d. §o 18 ibi: placuit maioris potestatis magistra
tum constitui, facto scilicet senatusconsulto ad plebem
perlato et ab eo probato, ut scripsit Rosinus Roma
narum antiquitatum lib. 7.o c. 17 id circo fuit magis
tratus legitimus quemadmodum et prius quasi vicarius
magistri equitum fuerunt magistratus legitimi
d. §o 19 ubi legitimus dicitur magistratus quod lege insti
tutus; sic legitima dicitur hereditas vel tutela
quae quo lege defertur. Ibidem jurisprudentiae in praefecto

uigilus qui nullo .. lato creatus extra ordinem constitutus fuisse. Laviroba in Thesauro variarum lectionum lib. 8. c. 30. quos videas velo, id circa magistratus non dicer vid. d. § 33. quo loci non tam ratione Pomponius non solum ait perfectum uigilum, ut sibi causa, sed etiam addit extra ordinem fuisse constitutum, quod non facit in d. lo. § 18. ut ex inde questus compositiones deduceremus intelligentes simul quod tertium ferendas esse adhoc ut proprie magistratus constituat.

97 Hinc solvitur 2a questio etenim ex quo uigilus perfectus proprie non fuit magistratus recte infertur predictum fuisse jurisdictionem, quae soli magistratus proprii competitura, nullatenus ei tribuendam, qui proprie magistratus non fuit — Nec dicas sufficere officium extraordinarium (quod ... fuisse perfecti non negamus) adhoc ut proprio ipsius fuisset jurisdictio ratione illius officii competens. Nam officium extraordinarium non est perpetuum, nec ratione muneris, nec ratione persone, cum extraordinarie potestates in totum dependeant a voluntate concedentis, cuius jurisdictio delegata esse videtur ... si extraordinaria potestas extra consuetum ordinem data ... et legitime magistratui non ... magistratus ... delegatione, quamvis ... tribuat ... Sachs ... ut in superioribus explicavimus et docet ... valdes ubi supra, et eodem libro 1. c. 8. in notis ... ei lit. f. Quonam pacto extraordinaria potestas sine lege data, nec legitime magistratui tributa effugiet delegationem, et mandatum. Quando autem lege lata creatur officium sicut L. perpetua est ita officium perpetuum esse ...

delectusque Legis, et pro munere interius habitus, trac
tatusque, ac matura deliberatio probat officium, et
personatum illud in perpetuum creari principaliter
et per se, quasi a Principe uti ramulus a radice productus
cui cohaerens Iurisdictio propria esse dicitur Iure magistra
tus, et officii sufficienter per se existentis, quae sibi eam valeat
vindicare, ideoque officio Iurisdictio cohaeret, et per
officium personae competit. At sine lege gratis lata de officio crean
do, publica curatio alicui commissa, non egreditur terminos volun
tatis concedentis, quae nuda a praefati circunstantiis perpetuam non
idcirco cum illa perpetua non censetur, quod accusari perpetua nequeat.
magisque delegatio facta, quam officius creatus intelligitur quo
in casu commissio fit personae principaliter, ex qua officium
et munus aliquod dependens resultare videtur quod extra
ordinarium est et quasi minus principale non attenditur
ideoque extraordinariae istae potestates delegationes praefe
cturae ut post haec probat in praefecto vigilum textus in
l. 1a in fine D. de officio praefecti vigilum: Deinde Divus
Augustus maluit per se huic rei consuli ubi ostenditur
praefectus vigilum vice Augusti fuisse, ita ut Augustus
incendiis arcendis consulens per se prospicere videretur,
et si medio, et interposito praefecto vigilum, alias enim
non per se ut inquit text. sed per alium prospexisse, aliter
possent praedicta verba accipi, nisi idem Ulpianus in
l. 3 eiusdem tit. dixisset arcendis incendiis alibi
non sufficere quas Caesar ipse. Quibus docemur Augustus
constituendo cohortes, tribunos et praefectos, supposuisse
ut huic rei personas sufficientes, sed nullus sufficiea
bat nisi Caesar ipse ut text. ait, sed ipse Caesar huic
rei prospiciebat, mediis tamen tribunis et praefecto
vicem ipsius gerente arguitur text. in l. 2. § et

1 Si decisione Juris Praefectus ig.[illegible] rem Principis gerebat et administrabat et enim ut colligitur ex L. 2. de off. praefect. vigilum plurimis uno die incendiis exortis, et ochesteris Augustus adeo in posterum incendia posse multiplicari et excrescere ut nullus nisi Princeps sufficeret ipsi arcendis et si maxima praeventione refutassent, ideoque opinius rem istam personae ipsius Principis indiscrete principaliter cui consulere maluit, quasi perales Alii quidem erant designandi curatores, verum ipsius Principis vice res gerentes atque administrantes, quales fuisse praefectos vigilum insinuat [illegible] in L. administrante At §. 4°. de excusat. tut. quo loci inter administrantes res principis excusat eos minime dubitant citra codicillos praefectum praefectus vigilum et [illegible], qui in excusando a tutela ab sunt minores magistratus [illegible] et magistratus minores non excusabant a tutela [illegible] tamen L. 17 §. [illegible] D. de excusationibus contra praefectus vigilum, quia Principis rem gerebat et administrabat vicem ipsius gerens, et omnino a libero Principis voluntate dependens [illegible] sens, cum utilitatis causa et ad tempus fuisse ab Augusto institutus ut ex Dione scripsit [illegible] cius in Novella 13. et forte sine codicillis constituebat. Codicilli erant literae, quibus Principes magistratus et dignitates vel gratias conferebant [illegible] novella 13 §. 1°. [illegible] re vera [illegible] C. ut omnes judices [illegible] L. judices 12 C. de dignitatibus lib. 12 §. filius fam. 4° in tit. quibus mod. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] verbo codicilli Pancirola in thesauro variarum lectionum libr.

c.° 28. Unde nec dignitates forte, nec gratias collatas
huit, s[ed] solum quasi gregario fungebat[ur] ministerio, si
modo suum principium inspiciamus, nec enim ex quo di
cat[ur] spectabilis in d. l. 3.a de off. praefecti vigilum sta
tim dignitates probabis, nam quatuor ordines dignitatum
quos faciunt integrales int[er] quos spectabiles sermone
rant si fuerunt tam scrupulose a priscis Italis ob
servati teste Corasio in d. l. 3.a cuius tempore si dum
inveniatur fuisse spectabilium dignitates probat Panciro
la d.to lib. 1.° c. 3.°

Neq[ue] obstat contrarie argumentum supra adductum, quo 98
probari videt[ur] praefectum fuisse magistratum, nam
in 1.° fundamento et confirmatione allato solum
probat fuisse magistratum extraordinarium, q[uod] idem est
ac improprie et abusive esse talem, ~~sic~~ juxta G
valdus d.to c.° 7.° duplici lit. B. nec enim in d. l. 7.
§.° est et alia D. qui autem magistratum com
matum vitribuit juris titulis s[ed] alia agens, magistratus
inquit, ut authoritates publicas intervenisse de
monstret contraponit ibi Ulpianus privato magis
tratui ad quod sufficit publicas esse potestates etiam
ilicite magistratus ut in l. nec singulis 256 de reg.
iur. id circo non obstante Ulpiano praefectum vigilum
facimus impropriam magistratum cum Pomponio in d.
§. 33 ubi de magistratibus principaliter sermonem ins
tituens magistratum fuisse aperte negat. Quomodo
etiam accipiendi sunt Titius Fenestella Cassiodo
rus et alii, qui potius historias aut alia agentes
et non de magistratibus disputantes, nec iuris profitentes
magistratus appellant omnes publicas potestates

ut facit Dionisius de antiqu. J. Romanorum lib.
V. d. 20 in principio, et de antiquo J. quaes
tiarum lib. 3. c. 5. in prin. Possunt etiam ii au
thores intelligi juxta tempus quo praefectus vigi
lum fuit legitimus magistratus factus juxta Cujac.
et Duarenum. Vide 2am solutionem ad 2um argumentum
sequenti. J. autem in d. L. 3a. §. 1o. de off. praef.
vigilum cum similibus solum probat praefectum
fuisse minorem animadversionem, quae mari impe
rii. Unde retorqueri potest argumentum nam qui hab.
merum imperium solummodo non habet propriam jurisdi
ctionem ut imperium merum non competat J. magi
stratus d. L. 1o. in prin. Sed tibi Nonius colligit ex his
J. magistratus fuisse praefectum immo delegatum
exstitisse convenit cum eo quod non J. magistratus
sed specialiter a Principe Senatu delegatus fuerat
Ut saepe supra diximus, quod si aliqua fortasse jurisdi
ctio in specie competeret praefecto inveniatur, ad sit
tamen non propria, sed delegata fuisse diximus quem
admodum et in praefecto annonae cui J. in rigore
relator solus tribuunt jurisdictionem, an autem
propria illa fuerit nec ne. Non aperiunt nec determi
nant, ideoque ex supra adductis pretendimus esse non dubitan
dum.

99 Officitur videtur text in d. novella 13. §. 1.
V. revera ibi tamen non fuit praefectus vigilum in
stitutus ab Augusto propterea fuisse magistratus
loquitur enim Justinianus de vigiliis antiquae
Romae correspondente ei, quam ipse sua L. in nova
Roma constituebat; illa autem veteris Romae dign.
tas non fuit praefectura de qua loquimur. tum

dicat ibidem idem imperator in teniore Roma splendide usu frequentatam fuisse multis retro temporibus ante imperatores constat autem prefectum vigilum ab Augusto capite d.° L.3.° de offo prefecti vigilum erit q.° illa dignitas de qua in d.° vero severa triumviratus nocturnus, vel alia iuxta L. 1.ª in princ.° de offo prefecti vigilum quod ostendat tribuisse illam dignitatem imperatorum tempore ut inquit d.us Vernulus severa, nam aliquam saltem ex dignitatibus quibus iure viceroy dumus incumbebat iuxta d.a L. 1.ª curare fuit adusque Iulii Caesaris tempora = Vel resp.dendo 2.° cum Cuiacio in L. 2.ª §. et hiccum de origine iuris Prefectos vigilum et annonae ab initio sue institutionis magistratus quidem non fuisse, postea vero legitimos magistratus fuisse factos ut et Duarenus sensisse videtur ad tit. de offo prefecti vigilum, d.° cum hoc ex d.° iconis responsis colligatur, admittamus propter tanti magistri authoritatem tempore posteriori et non Augustum tempore fuisse quo modo locus fuit d.° V.° severa ubi cum Iustiniano pronunciamus nullus ante imperatores, sed ea postea constitutas fuisse Romae dignitates et magistratus propter vicem eius.

Vel dic Romae dignitates fuisse prefecturas vigilum ex inde tamen non inferi proprius fuisse magistratus quorum adiversis igitur illatio et aliud est dignitas, aliud vero magistratus L.3. §. ult. de receptis arbitris. Videndus Oswaldus ad Donellum lib. 17° c.° 7° in notatis lit. l. et K. sic acceptas d.as severa 100

n obstat nobis jam asserentibus praefectum n fuisse p
prius magistratus ut tenuerunt Loncanus in l.
3 nt° de Jurisdictione Duarenus ad tit. de off. p
vigil. Cujac. 2° c. 7° dupliciter lit. B Lamundo
in thesauro variar. lect. lib. 2° c° 3° V. inspe
rante ad finem, et lib. 3° c° 22 Brisonius de
verborum significatione lib. 11. verbo magistratus in
quas partes ordinat Corasius in rubr. de off.
pref. vigilum ad finem et in d. L. 2. §° et hec om
nia lib. 24 juncto n. sequenti de orig. Juris
101 Constat ex hucusque disputatis argumentum deduc
tum ex praefecti vigilum jurisdictione contra Gothof
tissimum ordinarium Judicem et mandatarium nu
latenus obstare, quia praefectus ille n fuit pro
priam Jurisdictionem J. officium aut magistratum com
petentem, erat enim officium dumtaxat extraordinarium
a principe creatum, totum auctoritate Principis
dependens saltem Digestorum tempore, cuius gratia
tione n potest esse propria jurisdictio ut ex supe
rioribus constat.
102 Ex quibus infero 1° Legatum proconsulis n
fuisse Judicem ordinarium, sed delegatum et man
datam habuisse Jurisdictionem a proconsule L. cum
praetor 12 §. 1° de Judiciis l. 4. §° ult. L. 5. L. 6.
in princ. et §. 1. L. 12 cum L. sequenti D. de off.
proconsulis L. 1. §° ult. L. 4. Cod. nostro tit. textus in L.
1. §. an autem 4° de suspectis tut. exponunt et
tenent fenestela de magistratibus c. 12 Jacobus
Menochius in f. 2° n. 248 fol. tit. Claudius Chanlion
cultus de off. judicis lib. 2° c. 9 n. 7 Duarenus
ad tit. de off. proconsulis c. 3° et in L. more 5. de
Jurisdictione ubi Corasius et Equinarius Go

uianus lib. 2° de Jurisdictione n. 50. Petrus Faber
in L. 70 de regulis Juris. Otomanus lib. 3° obser
vationum c. 4°. Petrus Gregorius lib. 47 Syntagmatis
c. 32 n. 22. Morla in Emporio tit. 2 q. 15
n. 15 ubi affirmat dicendum contra sentientes et
convincere averit Cacaresforta lib. 2° variarum
antiquitatum c. 4°. Donellus lib. 17° c. 8° ubi
Osualdus in notatis. Triplici lib. N. Don Michael Pe
na et Avellino singularium lectionum tomo 2° c. 4°
n. 123 et 126 cum sequentibus. Julius Pacius me
thodicorum lib. 1° tit. 34 q. 2 n. 12°. Joannes
Antonius Bellonus de mandata Jurisdictione lib. 1°
c. 9 n. 5 ubi alios refert et sequitur. Huius sententiae
ratio ex supradictis apparere videtur, quia videlicet prae
fatus Legatus nullum officium habet, cuius ratione competat
ei iurisdictio, vel si habet, extraordinarium est et nulla
propria Lege creatum.

Nihil tamen DD. ordinarium Judicem faciunt 103
proconsulis Legatum ex sequentibus. 1° quia electo Le
gato per Principem vel Senatum, necessario debet
proconsul mandare Jurisdictionem L. 4 § ult. de
officio proconsulis, quia non a proconsule, sed a Principe
videtur eam habere. Confirmatur ex L. 1 et 6 § 1°
de officio proconsulis ubi in completo Principe, nequit pro
consul Legato suo Jurisdictionem adimere: quia depen
det a Principe et non a proconsule cuius quidem ne
cessitas in dando et conservando Jurisdictionem non
redolet mandatum, quod liberae voluntatis esse constat
argumento text. in L. Si vero 12 § 1 si mandavero D.
mandati iuncta L. 6 de Jurisdictione

104 2.° ex L. legati 13 de off. proconsulis, et de off. proconsulis ubi sic habet: Legati Proconsulis nihil proprium habent, nisi a Proconsule eis mandata fuerit Jurisdictio: igitur mandata Jurisdictione proprium habebunt, quesita occasione mandati, et non mandatam habebunt Jurisdictionem per text. in L. 1. in prin.° et §.° ult. h. tit. Quod et confirmari videtur ex text. in L. 4 in prin.° h. tit. Quo loci Macer ictus sic loquitur: cum propriam Jurisdictionem Legatis tuis dederis. Ubi verbum dederis, quod proprietatis translationem significat §. sic itaque dilectis inst. de actionibus cum simil. efficacius docet ut verbum illud proprium ad Legatos refeiat. Unde ordinarii, et non delegati erunt.

105 3.° Legatus Proconsulis habet cognitionem non modo civilium, sed, et criminalium causarum L. unica C. de off. Procons. Quarum plures Judicem exigunt pro tribunali sedentem, quemadmodum suspecti tutoris cognitio, quae pro tribunali debet examinari, et expediri L. 1.° §. suspecti ad Turpilian. et Legatis praefatis delata est principio instit. de suspectis tutoribus L. 1. §.° autem D. eodem: igitur ordinariam et non mandatam habent Jurisdictionem, alias namque non possunt pro tribunali sedere, cum mandatarii Judices tribunal non habeant L. ult. C. ubi et apud quem.

106 Quarto Legatus Proconsulis Judicem dat quem Judicare jubet L. cum praetor 12. §.° 1.° de Judi. At nemo Jubet Judicare, nisi magistratus sit L. cum qui 13. de Jurisdictione: igitur et ipse magistratus erit. Quod confirmat tot. 2.° quis et a quo appellet ubi probatur per Legatum multam dicere, quod magistratum fuisse Judicat juxta L. aliud

fraus l. 31 § ultimo ff. de V. S.

Quinto denique si Legatus mandataria fuis set Proconsulis non dicerectur prouinciae praeesse ut clare firmat Ulpianus in l. spe 8. juncta l. seq. ff. de offo praesidis: ergo ordinariam et propriam habet Jurisdictionem. Sic tenuerunt Bartol. in l. Legat. 12 ff. de off.o Proconsulis. Alexand. in l. a Judice 5. n. 3. C. de Judi. Purpuratus in l. 2. hoc nro tit. Vaconius a Vacuna lib. 6.o declarationum c. 84 n. 5. Bellonus lib. 3.o supputationum cap. 10 n. 3. Cujac. lib. 7 obser. c. 25. et lib. 10 Pauli ad edictum in dicta l. Legatus 12, eum l. et quia 6. ff. de Jurisdictione ubi eam seq. inspirat. ead. tit. de off. Procons. P. de Bellapertica in l. mo re n. 6. de Jurisdictione. Covarruvias lib. 3.o Variar. c. 20 n. 11. Gotofred. in l. a Judice 5. lit. O. C. de Judiciis. Bulenger. de Imperio Romano lib. 4.o c. 23 ad fin. et alii relati a Joan. Antonio Bellone de mandat. Jurisd. c. 9. quaest. 5 n. 1.o Quod et jure defendi posse videt sentire D. Michael Luna et Bellonus ubi supra n. 170 107

Istorum tamen pace fictilnea videntur huiusmodi argumenta. Quod ut melius intelligatur, animadverto olim Proconsulem caepisse tempore, quo populares Reipub. forma et democratia vigebat Romae. Quod etiamque ad Augustum perduravit qui prouincias distinguens, quasdam populi, quasdam vero Caesaris regimini adscripsit ut non in totum videret a populari regimine discessisse. in illas populus Proconsulem, in has vero Caesar legatos suos mittebat in quorum locum subrogati sunt praesides 108

cum Legatis suis, Præsidibus ve, et cum Proconsu-
libus mittebant etiam Populus, aut Princeps
Legatos et socios de quibus noster i. sermo
ut proconsulibus esset adiumento in provincia admini-
tranda, et in partem sollicitudinis, ut mandata a pro-
consule jurisdictione, quasi quidam vicarii et
locum tenentes Proconsuli sublevando inservirent
et simul impedimento essent, ne facile quidquam possent
contra Remp. moliri. Explicant et illustrant Suetonius
in Augusto c. 47. Tacit. lib. 3. annalium Lipsius ad Tacit.
lib. 1. annal. nota 207 Alexand. ab Alexan. dierum
genial. lib. 6. c. 3. Buleng. de imperio Romano lib. 4.
c. 33. ad finem. Rocin. antiquit. Rom. c. 44 P. Fab. in l. 70.
de regulis Juris. Cujacius lib. 1. quæst. Papinian. in l.
aliq. do 5. de off. proconsulis et lib. 7. observationum c. 21
Ant. Fab. in ratio ad l. 6. §. 1. de off. proconsul. Fend-
dus ad Donellum lib. 17. c. 8. triplici lit. N. Julius Pa-
cius Rethoricorum lib. 1. tit. 34. Jo. Dom. Pius Narbo-
na in l. 12 §. 1. n. 183 de judiciis Dns Gregorius lib.
47. Syntagmatum c. 32 n. 22.
109 Legati isti, antequam mandaret eis jurisdictionem Pro-
consul, ... nec officium aliquod suisse, ante man-
datum probari constat ex d. l. 13 de off. proconsulis
alias namque aliquid proprium habuisse, quod negat ille
text. solummodo simplices comites et socii erant desig-
nati ad prædictum effectum, et non amplius, si enim nomine
officii competeret ipsis jurisdictio, non esset necesse ad
hoc ut jus dicerent mandari jurisdictionem a pro-
consule, ut probant et loquuntur præfata jura. quoniam
verius esset jurisdictionem quidem competere nomine
officii suspendi tamen quousque proconsul ...
adgredi desideraret mandatum, neque jura frustra

mandu interuenisse requirant facile exinde conuincit ex vi mandati, et in tantu occasione mandati fuisse Legatu Jurisdictionem. Ut clare p. in d.a L. 4. ~~Sutte~~ Soctie. ubi dicit Legatis a proconsule data Jurisdictio. idem p. in d. L. 6. §. 1. de off. proconsulis ubi arbitrium mandandi Jurisdictionem in proconsule respicit offm in Legato, cui ex ratione competat Jurisdictio, et insuper post commissionem proconsulis manifestat durare ad sui mandatis ademptae Jurisdictionis a proconsule facta pro suo arbitrio. Idem adstruunt p. in d.a L. 1. §. ult. L. 4. Soctie. d.a L. 1. §. 4. ff. et si pretor D. de suspectis tutorib. in quibus n essent legitime facte actiones, de quibus ibidem Jurisdicti, oni si ex vi mandati competeret Legatis Jurisdictio. Hoc idem comprobat d. lex §. 1. de seditiis qui text. post mandatam Jurisdictionem debet accipi ut verificet in legato tanquam in expresso regula, de qua ibi. Tandem d.a L. 4. §. ult. de off. procons. in ratiocinatione Jurisdicti declarat n ex offo neq a Principe, sed a proconsule transferri Jurisdictionem in Legato. q.d et in calce text. melius probat. Que omnia licet tantummodo rem dubiam redderent nra tamen interpretatione capiendum esse dicant, videlicet in arbitrio fuisse ~~~~ proconsulis adimere Legato suo Jurisdictionem datam et auctam a Principe, q.d contra regulas esset et nisi privilegium probet n e admittendus quemadmodum nec credendus e relictam fuisse in arbitrio proconsulis Jurisdictionem Legati sui

demandare d.o l. 6.a §.o 1.o sicuti ipse ratione officii competentem esset.

110 Neque obstant in contrarium adducta n.o ... deductus ex d.o l. 4 §.o ult. q.d non probat proconsulem necessario debuisse legato suo mandare jurisdictionem, cum enim legatus ipsi in allegando ... ret in parte sollicitudinis, poterat procul dubio proconsul huic favori renuntiare l. si quis in conscribendo C. de pactis l. injustum de reg. jur. atque ita in arbitrio proconsulis fuit mandare jurisdictionem vel non mandare, d.o l. 6.a §.o 1.o de off.o proconsulis. enim namque mandare libere et non coacte volens ... arg. l. si vero §. 2 §.o si mandavero ff. mandati ... l. 6.a de jurisdictione, nec verbum, debet, in d.o §.o ult. necessitatem importat ad hoc ut proconsul mandet jurisdictionem, sed ad hoc ut si mandare velit, debeat hoc facere postquam provinciam fuerit ingressus et non antea, nec enim ibi quaerit an dare debeat nec ne, sed quando, posita mandandi voluntate, mandare debeat: et respondet q.d post ingressum provinciae ita ... Garcia in l. ... de ... et ... Oncelus in l. 3.a n. 5. C de ... ubi supra.

111. Quod si scrupulosus suspicet in d.o §.o ult. ... se Ulpianum q.d mandare debeat, et postea in v.o nec hoc ad monuisse q.d ante ingressum mandare non poterat, atque ita velle verbum, debet, referre ad necessitatem mandandi, nam alias battologia et inutilis repetitione notaret jurisconsultus, respondebo satis refelli huiusmodi scrupulum ex contextura eius del §. ultimi in princ.o ibi: post haec ingressus ubi post ingressum proponit debere mandare quoad esse, et in v.o nec hoc ... quoad ...

Alio

Aliud respondet non esse opt. non probari quod teneatur proconsul Legato mandare Jurisdictionem d. L. 6. § 1. de off. proconsulis, sed quod si mandare voluerit debeat mandare Legato suo et non alteri ut cum aliis interpretatur Bellonus de mandat. Jurisdictione c. 4. q. 1. n. 4. 112

Penultimo respondet quod verbum, debet, non semper denotat necessitatem, sed quandoque debitum solius honestatis quotiens videlicet hoc exigit subiecta materia ut cum pluribus adductis probat Augustinus Barbosa dictione 77. Quo pacto accipiendum esse in d. § ult. et supra proconsulis, sique dixinus cum libertate mandandi probat, et idem Cyprianus in d. L. 6. § 1. manifestat. Ubi verbum, debet, illum in voluit debitum quoddam honestatis, asserit enim ille Ulpianus quod sicut est in arbitrio proconsulis mandare vel non mandare Legato suo Jurisdictionem, ita et ipsam mandatam adimere Legato, quod tamen non obstante proconsulem, subiicit, non debere Jurisdictionem Legato suo adimere inconsulto Principe, non quod inconsulto Principe nequeat adimere si velit, alias namque non esset in ipsius arbitrio adimere, sed quod si adimat Principe inscio videatur iniuriam Principi facere, eo quod Legatus non fuerit delectus proconsulis arbitrio, sed a Principe datus, ne facile posset contra Principem proconsul quidquid moliri ut ratio sinat Ant. Fab. in ratio. ad dict. § 1. ubi etiam inquit videt Corasius n. 2. idcirco inscio Principe non debet adimere Jurisdictionem, quasi non honeste et irreverenter faciat adimendo in consulta Maiestate, quae Legatum ut Jurisdictione dignum designavit et quasi sociu dedit, sicut ergo potest adimere proconsul, indebite facit si adimat inscio Principe, et ideo non debet adimere: sic pariter potens mandare si voluerit d. § 1. 113

mandare tamen debet d.° § ult. q.a indignè et irreverenter n mandat Jurisdictionem ei, quem ut dignum Princeps ad tales effectus designauit, atq. ita esse intelligendus Ulpianus in d.° § ult. vi simul idem Jurisconsultus in d.° §. 1.° propter similitudinem, quam in utroque casu mandandi et adimendi ponit.

114 Tandem respondet q.d quamuis fateamur in d.° § ult. proconsulem omnimoda necessitate teneri ad Jurisdictionem Legato suo mandandam, ex inde tamen n deduci infert Legatus mandatarius eo enim ipso q.d Legatus Princeps cogit ad mandandam Jurisdictionem Legato, credit q.d Legatus mandatam habeat et n ordinariam

115 Ad 2.um respondet Corasius in d.a L. 13 n 2 cum Andr. Baro, proprium accipi in eo text. pro certo, juxta illud Virgilii 7.° Aeneidos

Hunc mihi da proprium Virgo sata nocte laborem
Quasi velit Legatum certam potestatem n habere antequam dentur ipsi Jurisdictio, quamuis ante mandatam Uniuersam Jurisdictionem exequatur Legatus quidquid ipsi mandat Proconsul spetiatim. Insuper n improbabiliter respondet cum Morla d.a quest 15 n 15 in d.a L. 13 dictionem, nisi, applicare casum contrarium in genere, s.d n cum eadem qualitate ut in L. si quis q.a in princ.° V.s si multis D. de tritico Legato Junct. L. Labeo §.° 2.° de suppellectili legata. sensus ig.r erit, Legatum nihil proprium habere ante mandatum; post mandatum tamen Jurisdictionem quidem habere s.d n propriam.

116 Subtilius respondet cum Donelo lib 17.° Comentariorum c.° 8 dictionem, Proconsulis, positam prius in d.a L. 13 n respicere verbum, Legati, s.d verbum, proprium, ita ut sit sensus, Legatos nihil proprium Proconsulis habere ante mandatam Jurisdictionem. Unde post verbum, Legati, comma adiice et consonat Lex Athenis ...

Verius respondet argumentis deductis ex d.a L. 13 illum 117
convincere quod mandata Jurisdictione aliquid proprium habeat le
gatus proconsulis, quod nos non negamus; sed tamen non convincit quod habeat
propriam Jurisdictionem, praeterquam aliquid proprium potest habere non
vi mandati, sed occasione mandati a lege specialiter conces
sum ut est tutoris datio L. penult. de off. proconsulis L. 1. §
legatus ff. de tutoribus et curatoribus junct. L. 6 § tutoris
datio ff. de tutelis item juxta plures multis dictis d.
L. 1.a quis et a quo appelletur junct. L. penult. § ult. de
Judiciis: item manumissionis confirmandae authoritas
et legis actio ut adoptio, L. apud proconsulem 17 de ma
numissis vindicta junct. L. 2 et 3.a de off. proconsulis
quae omnia specialia, et propria ipsius legati esse dicunt, non ex
vi mandati, quamvis nihil horum proprium habeat nisi man
data Jurisdictione, quia non aliter intelliguntur eidem specialiter
data L. legatus 12. L. 2. et 3 de off. proconsulis, quae san
te Jurisdictionem mandatam habere locum, et sic conciliandus
est cum d.a L. 17.a quae post mandatam Jurisdictionis proce
dit firmarunt plures, ita Osualdus ubi supra alios
referens, Bellon. de mand. jurisd. d.o c. 9 q. 2 a n. 33
cum sequenti ubi animadvertit haec specialia non competere
legato ante mandatam, quia constitutiones singularia attr
ibuentes accipiendae sunt de legato gerente vices procon
sulis, quod effectu non fit ante mandatam.

Nec dicas specialiter a L. concessa non esse propria, sed 118
delegata et mandata ut saepe in superioribus diximus quo
niam respondet proprium in d. L. 13 non accipi pro eo quod quis
jure suo habet, id est jure officii seu magistratus, prout accipit in
L. 1 in princ. [illegible] sed summitur proprium in d.o L. 13 pro specia
li, peculiari, et non cum aliis communi. Quomodo in [illegible] volet

acipi l. 2a in princ.° de vacatione munerum l. 21, § ult. ad municipales l. 2a § penult. de administratione rerum ad Civitatem pertinentium l. Jus civile 6a de justitia et jure § illud instit. de adoptionibus Brissonius de verborum significatione verbo *proprius*. Plinius lib. 7° hist. natur. c.° 25: cum, inquit, proprium et speciale sit eum dictae clementiae ingenium, hic eum Cantiuncula, Duarenus, Eduardo et alii relati, Bellonus 2° c. q. 5. n 35 cum sequent., atque legatus mandati occasione habet aliquid proprium, id est separatum a jurisdictione proconsulis, non enim mandato, sed speciali constitutione tribuatur.

119 Ad confirmationem respondetur verbum *propria*, in d.a l. Ar-ferendum esse ad proconsules. Quod autem verbum *dederis*, proprietatis translationem significet perpetuum quidem non est, fallit enim quoties subiecta materia id non patitur, ut in materia jurisdictionis est certissimum, quae in alios nequit magistratus jure proprietatis transferre, quemadmodum quod in materia emptionis et saepe in aliis importat *tradere* l. ex eo 21 § 2° de actionibus empti. Item, et *cedere*, in materia locationis fundi et similium. Augustinus Barbosa dictione 92 n 2 et 3. Sic in materia delegationis significat exercitium jurisdictionis et usum transferre, quod si replices juxta hunc sensum verbum *propria* in d.a l. A. vaccare, et nihil ad decisionem conferre, respondebo Hadrianum proconsules Africae forte imperatori significasse omnes suspecti non videre legatis suis competere, sed ad propria ipsius jurisdictionem pertinere cui imperatores rescripserunt ex eo ipso quod asserebat omnes esse ut ad legatos pertineret, quibus propriam ipsius jurisdictionem dederat, ut intelligamus legatis non tantum exercitium jurisdictionis in actu 2° sed etiam in actu 1° competere, quemadmodum et cuilibet delegato, cui ipsa tum competere jus exercendi jurisdictionem propriam mandantis, quam et legatus in substantia habere, et non solum in modo exer-

citio, noluerunt verba d.ae l. 4.ae ut interpretat Merolla disputationum in Univ. Theologiae moralis tomo 3.o disp. 7 c.o 2.o n. 29

120

Ad 3.um respondet, eum cui mandata e Urta Jurisdictio posse pro tribunali mandantis sedere, quamvis ipse proprium non habeat tribunal, cui proponit exemplo vicarii generalis episcopi c.o 2.o de consuetudine in 6.o c.o Romana §. de appellationibus in 5.o Covarruvias ipse l. 10 n. 3. de Jurisdictione Antonius Faber in ratio ad l. 1.a de Judiciis Osualdus ad Donellum lib. 17.o c.o 8. in notatis triplici lit. N. Bellonus de mandata Jurisdictione c.o 8.o quaest. 22 n. 36. Obiicies tamen dicta l. 1.a §.o suspecti ll. ad Jurisdictionem ubi sic Martianus loquitur Suspecti tutoris accusatio pro tribunali tantum examinari potest et nullus alius de huiusmodi quaest. quam praeses pronuntiare potest, quasi ex eo quod pro tribunali examinanda sit inferat nullum alium, nisi praesidem et cons. nec legatum pronuntiare posse. Praeterquam quod negari posset ibi talem fecisse illationem, facile respondetur Martianum non voluisse excludere legatum, alias namque contrariaret Juribus, de quibus in argumento. Tantum igitur voluit excludere municipales magistratus, qui nec proprium, nec alienum habent tribunal, quod etiam in fondulis in l. 1.o §.o damus de suspectis tut. §. 2.o in istit. eodem tit. Voluit enim Martianus nempe in suspecti cognitione Judicem dare posset, qui sedens sicut alii Judices dati nullum tribunal sit nec proprium nec alienum, praeses igitur cognoscere debet, vel his qui vicem ipsius gerit qualis est Legatus, qui perinde est ac si praeses foret l. 1.a §. 1.o l. 3 hoc nostro tit. ita Antonius Fab. in Jurisprudentia tit. ult. princ. ulti. ad finem, et in ratio ad l. 4.a hoc tit. Bellon. d. quaest. 22 n. 56 cum sequenti Quintano de Jurisdic. lib. 1.o tit. 11. n. 20 ubi istas solutiones ad d.tum §.um suspecti. Confirmat ex eadem l. 1.o §.o 8. ad Jurisdictionem ubi animadverto quod si pro tribunali cognitio posset demandari non addidisset Jurisdictionis a se velle nec mandari non posse quamvis dixerat pro tribunali

esse imperitanda, et ut notat Quintana hic idem, et dixisset int...
suspecti tt. sint, suspecti cognitio mandari non posset ut facit in
121 d. §. 8.
2do verius est in d. § suspecti tractari de cognitione suspecti tutoris
criminaliter et non civiliter. non agit in eo text. nisi de accusatione suspe-
cti ut puniatur tamquam go... ut ex eodem text. et illo tit. constat
ideoque ipsius magistratus cognitio pro tribunali requiritur, nec manda-
tarius sufficit quia merum imperium, de quo in eo text. mandari non
potest juxta d. l. 1. in prin. hoc tit, at legati proconsulis il-
lud tenent suspecti cognitionem demandatam civiliter, et non criminaliter ad
effectum scilicet ut simpliciter removeatur tutor d. l. 4. hoc tit. in
similibus sic intelligendis de quo latius infra c. 5. deserviunt quae
supra traditur ad hoc ut sciamus legatus proconsulis ordinarius
Judices non probari, ex eoque pro tribunali sedere posse, et enim man-
datario universae jurisdictionis (qualis est legatus) tribunal
mandantis licet ascendere ut superordinem, quamvis non idem juris
sit in eo, cui jurisdictio ad unam vel alteram causam mandatur, quod tan-
122 tum probant in text. ult. C. ubi et apud quos.
Ad 4um respondet legatum proconsulis non esse magistratum pos-
se in l. 70 de regulis juris potuisse tamen judicem dare, et jus-
sere judicare. Nec obstat d. l. 13 de jurisdictione. Ubi magi-
stratus non requiritur ad hoc ut exinde excludat, qui mandatam habet ju-
risdictionem a magistratu licet namque exercitio jurisdictionis et in ju-
dice dando vicem gerit magistratus et cum judicare jubet perinde ha-
betur ac si magistratus ipse juberet d. l. 1. §. 1. d. l. 3. hoc tit.
Solum enim intendit jurisconsultus in d. l. 13 excludere privatum qui
nullam, nec propriam nec mandatam habet jurisdictionem ut colligit ex
§. 1. eiusdem l. 13. Donel. lib. 17. Comentar. c. 23 ubi ex Po-
fab. Otualto in notatis lit. e. Ant. fab. in rati. ad d. l. 13 et l.
4am hoc tit. ideoque d. l. 13 sensus erit, privatum non posse jubere judica-
re eum judicem, quem ipse dum magistratus erat dedit. in quo ra-
tio dubitandi illius text. consistit. similis etiam casus decidit in §.
1o eiusdem text. Ubi magistratus tempore nemo jubere potest ut
123 Judex a se datus judicet eo tempore, quo magistratus non erit.
Similis in d. l. 131 §. ult. de verborum significatione nec
ad multas dictiones non requiritur magistratus, ad hoc ut excludat...

qui a magistratu mandatam habet Jurisdictionem, quoniam iste cum vice magistratus fungatur, et multam dicere potuerit, et perinde erit, ac si ipse met magistratus dixisset, competit namque multae dictio Jurisdictionis magistratus dicto §o ult. Nec requiritur ad hoc ut quis possit dicere multam, nisi quod publice judicet dicta L. 2 §o ult. de judiciis. Publice, id est inter omnes communiter, aperte et publice ut explicat Cujacius in solemnibus recitationibus ad dictam L. mandatam §o ult. vel publice per antonomasiam, id est ex electione populi Romani, ut quamvis alii explicant Dominus Barbosa in eodem §o ult. n. 27 et 42, et utrumque facile ei accomodatur, qui mandatam Jurisdictionem habet a magistratibus per populum Romanum constitutis, cum eorundem nomine judicat. Unde probabiliorem judico eorum opinionem, qui mandatario universae Jurisdictionis jus multae dicendae tribuunt, quorum aliquos refert Barbosa ubi supra in me n. 87 et pluribus deffendit Morlanriengonio lib. 2 q. 48 per totam. ideoque magistratum requirit dicta Lex 131 §o ult. quia intendit excludere privatos, quibus nulla, nec hordinaria, nec mandata competit Jurisdictio prout idem text. videtur probare, constituens differentiam inter poenam, et multam, ita ut illa a privato qui nullum habet magistratum irrogari possit dummodo ei data sit criminis executio, haec vero contra, quae non a privato, sed ab his qui publice proprio vel alieno nomine judicant, dici potest. Vide Cujacium latius explanantem in dicto §o ultimo. 12 A

Ex hac tamen ratione magis videtur obstare dicta Lex 2a quis et a quo appellet dum asserit a Legato appellari proconsulem; cum tamen a mandatario Jurisdictionis non mandans, sed his qui a mandante provocaret appellandus sit L. 1 §o 1 quis et a quo appellet. Unde manifeste colligitur legatum non esse mandatarium proconsulis, nec multae dictionem transferri in Legatum ex vi mandatae Jurisdictionis, ac per consequens legatum esse magistratum juxta dictam L. 131 §o ult.

Quidam non improbabiliter existimant multae dictionem specialiter a L. concessam fuisse Legato juxta L. mandatam §o ult. de judiciis. ideoque a Legato multam dicente appellari proconsulem dicta L. 2a quod Legatis vi non mandatae a proconsule, sed specialiter a L. concessis 12 S

ni representat proconsulem. idcirco in his n. hereben. d.is l. l. adl. §. 1. sentiunt Menochius lib. 1. de arbitr. iud. q. 74 n. 7. Mola in empor. q. 28 n. 40. v. uerum nec in fine Gratul. dus alios referens ubi supra triplici lit. N. Unde licet legatus non sit magistratus poterit tamen multas dicere ex speciali commissione iuxta l. 2. §. ult. in fine de iudicij qui in uim exceptionis addendus est d. l. 131. §. ult. de uerborum significatione.

126 Dixi magis tamen probabiliorem esse eorum sententiam, qui putant multis dictionibus mandatam iurisdictionem transferri ut latius dicam infra c. 5. qua propter cogimur aliam interpretationem donare d. l. 2. Longoualius in l. imperium n. 26 de iurisdictione Affirmat regulam d. l. 1. §. 1. quis et a quo appellet. ni fuisse receptam in Legato Proconsulis, nec rationem addit, Fachineus tamen lib. 12 controuersiarum c. 89 tacito Longoualio diuersitatis rationem inter legatum et alios mandatarios ex eo deducit, quod legatus eligebatur a populo uel a Principe, et non a proconsule ut in superioribus dixi, ideoque nullo subesse poterat suspicio proconsulis, quamuis a Legato appellaret, contra uero in aliis mandatarijs, qui electi sunt ab ipso mandante, ideo fas ipsi non mandans appellat, sed his qui mandant appellare d. l. 1. §. 1. cuius quidem decisionem admittere in Legato nihil aliud esset quam nimium grauare Prouinciales, dum Principes tenerent appellare, quod in tanta negotiorum uarietate, simul atque locorum distantia molestum nimis, et contra bonum prouinciarum esset. que solutio ex ipsi dem. Iuribus probare uidetur, nec enim sine misterio addit in d. §. 1. uerba antiquitus et statim subiciunt compositores d. l. 2. ut intelligamus in d. §. 1. antiquitus regulam proponi a quo Legatus appelletur in d. l. 2. et quamuis sentiam in 2. parte texti ibi: et si multa allegata a dici Proconsulem per modum simplicis querele ut statim dicam; negari tamen nequit in prin. d. l. 2. Venuleius

ium Ictum clare loqutum fuisse de appellatione Vñ
ñ tandem ē accipiendum in his que specialit. ut lege
sunt sunt Legato concessa, ut de bruent plures, quos
cum Camilo Plautio sequit. Bellonus de mandata Iurisdic
tione cap. 9. q. 5. n. 44 cum seq. Sed gnlit. ē intelligen
dus cum gnlit. Loquat. Iuxta supra traditam doctrinam
Atq. quoad 1.am partem d. l. 2 quoad 2.am vero 127
partem ibi: et si multam etc. 1.o noto 1.o Venuleium ñ lo
qui de multa, que pro delictis irrogat., cum solum procon
des et proconsules provinciarum de criminibus loqua
rentur. L. solent 6. ff. de off. proconsul. Q.d enim habet Legatus
ex Constantino in l. unica C. de off. procons. solumē ut custo
dias audire possit in criminalibus, ñ tamen ut sententiam profe
